This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Codex diplomaticus Salemitanus, Urkundenbuch der cisterzienserabtei ...

Salem abbey

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3/-
B

CODEX DIPLOMATICUS SALEMITANUS.

BODLEIAN
FOREIGN
PROGRESS

URKUNDENBUCH
DER
CISTERZIENSERABTEI SALEM

HERAUSGEGEBEN
VON
Dr. FRIEDRICH von WEECH
GROSSH. BAD. KAMMERHERRN UND GEHEIMEN ARCHIVRATH.

12

5. LIEFERUNG
II. BAND I. LIEFERUNG.
1267—1274.

HIERZU 3 TAFELN MIT SIEGELABBILDUNGEN
AUS DER HOF-LICHTDRUCK-ANSTALT VON J. BAUCKMANN IN KARLSRUHE.

KARLSRUHE.
DRUCK UND VERLAG DER G. BRAUN'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.
1884.

2403 d. 13

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX DIPLOMATICUS SALEMITANUS.

URKUNDENBUCH
DER
CISTERZIENSERABTEI SALEM

HERAUSGEGEBEN
VON
DR. FRIEDRICH VON WEECH
GROSSH. BAD. KAMMERHERRN UND DIREKTOR DES GENERAL-LANDESARCHIVES.

ZWEITER BAND
1267—1300.

HIERZU 15 TAFELN MIT SIEGELABBILDUNGEN
AUS DER HOF-LICHTDRUCKANSTALT VON J. BAECKMANN IN KARLSRUHE.

KARLSRUHE.
DRUCK UND VERLAG DER G. BRAUN'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.
1886.

Digitized by Google

BODLEIAN LIBRARY
12 JUL. 8
OXFORD

Digitized by Google

Inhalt.

	Seite
Vorwort	I
Urkunden 1267–1300	1
Namenverzeichniss	581
Wörterverzeichniss	655
Verzeichniss der Eingänge	674
Berichtigungen und Zusätze	677
Erläuterungen der Siegelabbildungen	681

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorwort.

Die grosse Masse des Materials hat den Herausgeber veranlasst, von der im Vorwort zum I. Bande ausgesprochenen Absicht, auch sämmtliche Urkunden des 13. Jahrhunderts ihrem vollständigen Wortlaute nach zum Abdrucke zu bringen, abzugehen und einen grossen Theil derselben nur in Regestenform mitzutheilen.

Vollständige Abdrücke erfolgten jedoch in allen Fällen, in denen ein sachliches, rechtsgeschichtliches oder sprachliches Interesse die Kenntniss des vollen Wortlautes wünschenswerth erscheinen liess, insbesondere wurden alle Urkunden des 13. Jahrhunderts, die in deutscher Sprache verfasst sind, wörtlich abgedruckt. Bei Bearbeitung der Regesten sind die Personen- und Ortsnamen, sowie die der juristischen Terminologie angehörenden Ausdrücke stets in der urkundlichen Form wiedergegeben.

Hinsichtlich der Texte bin ich insofern von den im I. Bande beobachteten Grundsätzen abgewichen, als ich u und v (ausser bei Personen- und Ortsnamen) nicht mehr nach dem Gebrauche der Originale, sondern unserm heutigen Gebrauche entsprechend anwandte; auch die f wurden nicht beachtet, sondern überall durch s ersetzt.

Die Beschreibung der Siegel ist mit der gleichen Sorgfalt und Ausführlichkeit wie im I. Bande vollzogen worden; die beigegebenen Siegelabbildungen aus der Hof-Lichtdruckanstalt von J. Baeckmann dahier dürfen wohl, wie jene des I. Bandes, auf den Beifall der Sphragistiker rechnen.

Bei der Abschrift der Urkunden bin ich von Herrn Dr. Paul Ladewig freundlich unterstützt worden, das Namenverzeichniss hat Herr Dr. Albert Krieger bearbeitet. Beiden Herrn bin ich für ihre Mühewaltung zu Dank verpflichtet.

Digitized by Google

In Folge des Ueberganges der „Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins“ an die Badische historische Commission und die gleichzeitige Aenderung im Programme derselben, welches den Abdruck grösserer Urkundensammlungen ausschliesst, trat die Frage heran, ob die Fortführung des Codex diplomaticus Salemitanus, der bisher gleichzeitig mit vorliegender Separatausgabe in jener Zeitschrift veröffentlicht wurde, möglich sein werde. Eine Einstellung dieser für die Geschichte Oberschwabens allgemein als hochwichtig anerkannten Publication mit dem Ende des 13. Jahrhunderts hätte gewiss aufrichtig beklagt werden müssen.

Durch die Gnade Sr. Königl. Hoheit des Grossherzogs, höchstwelcher für die Herausgabe eines III. Bandes eine bedeutende Beihilfe zu genehmigen geruhte, ist der Abschluss des Urkundenbuches gesichert. Sei es gestattet, auch an dieser Stelle Sr. Königlichen Hoheit für diesen neuen Beweis fürstlicher Munificenz den ehrfurchtsvollsten Dank auszusprechen.

Dem III. Bande des Codex diplomaticus Salemitanus wird — um das massenhafte Material bewältigen zu können — eine andere Anordnung zu Grunde gelegt werden. Zunächst sollen in systematischer Reihenfolge die Generalien und dann in alphabetischer Reihenfolge der Ortsnamen die auf die einzelnen Orte, die zum Klostergebiete gehörten oder in denen das Kloster Besitzungen und Rechte innehatte, bezüglichen Urkunden verzeichnet werden. Eine chronologische Uebersicht wird am Schlusse des Bandes mitgetheilt werden. Zum vollständigen Abdruck sollen auch im III. Bande die wichtigsten Stücke gelangen, wie auch die Abbildung interessanter Siegel fortgesetzt werden soll. Mit diesem III. Bande darf man hoffen, die Publication zu einem würdigen Abschlusse bringen zu können.

Karlsruhe, im Juni 1886.

Dr. Fr. v. Weech.

Digitized by Google

1267. o. T. Schopfeln auf Reichenau. **Abt Albert und das Capitel von Reichenau übertragen das Recht ihrer Kirche an den halben Zehnten von einer Grangia in Grindelbuch an das Kloster Salem, nachdem die mit demselben Belehnten Verzicht geleistet hatten. 424.**

Universis hanc paginam inspecturis Albertus dei gratia abbas totumque capitulum Augie Regalis rei geste noticiam cum salute. Temporum malitia et hominum memoria labilis et infirma monent ea, que geruntur in tempore, perstringi serie litterarum. Cum igitur reverendi in Christo, Eberhardus abbas et conventus monasterii de Salem, quorum profectum amplectimus toto corde, partem dimidiam decime grangie sue in Grindilbvch, que nostre ecclesie proprietatis titulo pertinebat, a Conrado de Legilon et Gerone de Waltenstain, qui de ipsa a nobili viro domino Cûnrado de Wartinberc fuerant infeodati, quia et idem eandem decimam a nobis immediate in feodo tenuerat illucusque, pro 6 marcis argenti legalis, quas iidem fatentur se presentibus recepisse, cum omni iure, quod ipsis in eadem pertinebat vel pertinere videbatur, casu aliquo contingente, adhibita omni iuris et verborum sollempnitate, iusto emptionis titulo, accedente consensu expresso dominorum feodi prelibati, publice conpararunt et dictus Cûnradus nobilis de Wartinberc ius feodale oblatum a predictis, videlicet Cûnrado et Gerone, recepisset nobisque ad manus nostras resignasset, renunciantibus omnibus et singulis omni iuri, actioni, exceptioni, legum et iuris subsidio et aliis quibuscumque, per que predicta emptio possit ab aliquo in posterum enervari, nos, eandem emptionem tam legaliter factam ratam et gratam habentes, totum ius decime sepedicte, quod in ipsa nostre ecclesie pertinebat, in supradictum monasterium de Salem transferimus,

[1] Im Cod. Sal. steht unrichtig: partem dimidie grangie.

Digitized by Google

donantes et tradentes iure feodi pro annuo censu, videlicet dimidio fertone cere, in purificatione beate virginis annis singulis persolvendo, perpetuo possidendam. Actum apud Schophiloch, castrum nostrum anno domini M° CC° LXVII, indictione X^a, subnotatis testibus presentibus et rogatis: Hainrico de Gerlikouin, Hainrico notario, dicto Schědienest, [210] Cûnrado scolastico, Hainrico dicto Eilnbast et Hainrico Bawaro, clericis, Struz de Wartinberc, . . duce de Spolit, Hainrico Bĕrzelario, Hainrico de Bilstain et Algozone de Rast, militibus, Hainrico de Badewege, Friderico de Stophiln, Hugone de Langinstain, Cûnrado de Owe et Cûnrado, filio Bv̂rzelarii et fratre Nycolao, monacho in Salem. Ut autem hec robur obtineant perpetue firmitatis, presens instrumentum super hoc confectum sigillo nostro et capituli nostri duximus muniendum. Ego C(ûnradus) de Wartinberc supradicta omnia profiteor esse vera, huic instrumento ad petitionem partium sigillum meum pro testimonio apponendo. Nos vero Cûnradus de Legillon et Gero de Waltinstain presentibus eadem profitemur, et quia sigilla propria non habuimus, sigillis predictorum, scilicet domini abbatis suique capituli et domini C(ûnradi) de Wartinberc, usi sumus in hoc facto pro testimonio et cautela.

Cod. Sal. III, 209. Nr. CLXIX. Reg. Ztschr. 3,479.

1267. Jan. 7. Weissenau. **Abt Walther und der Convent des Klosters Weissenau verkaufen an das Kloster Salem ihre Güter in Baufnang. 425.**

Universis[1] hanc paginam inspecturis Waltherus abbas et conventus Augie Minoris noticiam subscriptorum || cum salute. Ut gesta modernorum posteris elucescant, scriptis solent, sigillis et testibus conmuniri. Presentes igitur || noverint et futuri, quod cum monasterium nostrum, propter malignorum hominum insultus varios, multis esset debitis oneratum || nec posset creditoribus propter penuriam de pecunia sibi credita, dampnis et usuris excrescentibus in inmensum, satisfacere, ad exonerandum autem dictum monasterium a dampnis huiusmodi, possessiones nostras in Buvenang cum omnibus suis pertinentiis, agris, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis, semitis, itineribus, aqueductibus, piscationibus, cum omnibus iuribus et consuetudinibus et aliis omnibus eisdem possessionibus intus

[1] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

et extra pertinentibus et ad plenam libertatem conpetentibus pro ducentis marcis argenti legalis ad pondus Constantiense, tradendo cum omni sollempnitate et legalitate, monasterio de Salem vendiderimus, tali modo, qui in huiusmodi donationibus et tradicionibus vendicionum consuevit adhiberi, omnium eorum, quorum intererat, et specialiter reverendi patris et domini Eberhardi, dei gracia Constantiensis episcopi, accedente consensu et voluntate, possessionem liberam et vacuam dictarum possessionum de cetero quiete ac pacifice possidendam. Renunciantes omni iuri et iuris auxilio, omni foro tam civili quam ecclesiastico, omni defensioni, omni constitutioni tam legum quam canonum, omni consuetudini tam loci quam patrie, omnibus sollempnitatibus, que in tali contractu sunt habende, omnibus litteris inpetratris vel inpetrandis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate peccunie, nec non omnibus aliis exceptionibus, defensionibus, per quas dictus contractus posset irritari, revocari vel inpediri. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, presens instrumentum exinde conceptum et monasterio de Salem traditum pro testimonio et cautela sigillo nostro et sigillo conventus nostri, necnon sigillo reverendi patris et domini E(berhardi), dei gracia Constantiensis episcopi, duximus muniendum. Nos Eberhardus, dei gracia episcopus Constantiensis, profitemur, predicta omnia esse vera, sigillum nostrum huic instrumento ad peticionem partium predictarum pro testimonio apponentes. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXVI° in crastino Thome episcopi et martiris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Eberhardo de Stekborum milite, Ulrico dicto Sralle, Cûnrado de Vrendorf, de fratribus vero de Salem Cûnrado de Veringen, Hainrico, Cûnrado et Berhtoldo cellerariis, H. pistore, Nycolao et Walthero monachis et sacerdotibus et aliis quampluribus probis viris. Datum apud Augeam anno domini M° CC° LXVII°, in crastino epiphanie, subnotatis teſtibus presentibus et consentientibus, videlicet Wernhero priore, Hainrico ſubpriore, Vokmaro (sic!) vestiario, Hainrico de Husen, Rudolfo de Sancto Gallo, item Rudolfo de Sancto Gallo, Berhtoldo de Sancto Gallo, Hainrico Romano, Hainrico de Vriburg, Marquardo de Ulma, Hainrico de Roggenburg, Cûnrado dicto Emche, Hainrico de Wintertur, Cûnrado de Tisentis, Wernhero de Biberach, Hainrico de Biberach, Cûnrado de Lindaugea, Leone de

Digitized by Google

Lindaugea, Hainrico de Augusta, Hainrico de Constantia, Hainrico de Aenmaerkingen, monachis et sacerdotibus, fratre Hainrico dicto Yppli, cellerario, Hainrico Fabro de Bodem, Willehelmo de Wintertur, Ber(tholdo) Sutore de Phullendorf, Hainrico Villico de Buvenang, Dietrico Vinitore de Mersburg, Ulrico infirmario et Cunrado quondam milite de Rienolz.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 3 Siegel an Pergamentstreifen. 1. aus Malta, des Bischofs Eberhard von Konstanz, bekannt, auf dem Rücken in der Mitte Daumeneindruck. 2 und 3 des Abtes und des Conventes von Weissenau, aus Malta, die Oberfläche mennigroth gefärbt, 2 convex, 3 mit den Fingern erhöht, beide sind spitzoval; 2. (II B) 45:27 mm, ein stehender Abt, Umschrift: s. **abbatis. minoris. avg(ie)**; 3. (II B) 50:25 mm, der heil. Petrus. Umschrift unleserlich. Cod. Sal. II, 170 No. CXLI. Reg. Ztschr. 3, 80.

1267. März 23. Salem. März 26. Konstanz. Die Grafen Konrad, Berthold und Heinrich von Heiligenberg ertheilen dem Verkauf einer Wiese in dem Wasach durch ihre Eigenleute Johannes Absalon und dessen Mutter und Schwester an das Kloster Salem ihre Zustimmung. 426.

Universis[1] hanc paginam inspecturis Cûnradus, Berhtoldus et Hainricus fratres comites Sancti Montis salutem et || noticiam subscriptorum. Vita cunctorum instabilis et memoria hominum labilis ac infirma monent, gesta temporum perhennari se||rie litterarum. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum Johannes dictus Absalon una cum Gûta matre sua et Gûta sorore sua, || qui omnes iure proprietatis nobis vel ad nos spectare dinoscuntur, receptis a venerabilibus in Christo Eberhardo abbate et conventu monasterii de Salem novem libros denariorum usualis monete, pratum suum, quod vulgo dicitur *in dem Wasach*, cum decima eiusdem prati, que iure proprietatis sibi attinebant, nec non tria iugera agrorum apud Wildorf, de quibus a iam dictis abbate et conventu fuerant inpheodati, vendidissent, nec hoc, videlicet pratum et decimam eiusdem prati, sine nostro consensu facere possent, nobis humiliter supplicarunt, ut nostrum super hoc pium preberemus assensum. Nos vero, ob favorem religionis et dilectionem dicti Johannis, nostrum dicte vendicioni pium prebemus assensum, supplentes defectum pro posse, per quem inposterum dicte vendicioni posset obviari. Nos vero Johannes, Guta mater sua et Gûta soror sua, acce-

[1] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

dente consensu dominorum nostrorum, Cunradi, Berhtoldi et Hainrici fratrum comitum Sancti Montis, profitemur, nos predictum pratum cum decima eiusdem nec non tria iugera predicta in religiosos viros iam dictos vendicionis nomine transtulisse libere ac quiete perpetuo possidenda, profitemur nichilominus predictam summam, videlicet 9 libros denariorum usualis monete recepisse. In cuius rei evidentiam presentem cedulam fecimus conscribi et eam sigillo domini nostri Cûnradi comitis Sancti Montis sigillari. Acta sunt hec apud Salem ex parte Cûnradi comitis Sancti Montis anno domini M°CC°LXVII°. X. kalendas aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Mangoldo et Cûnrado fratribus de Milnhouen, Hainrico et Goezwino fratribus de Bivrron et Rudolfo de Rehenowe, de fratribus vero de Salem: H(ainrico) priore, Hainrico et Cûnrado cellerariis, Cûnrado de Veringen et Nicolao, monachis et sacerdotibus. Acta vero ex parte Bertoldi et Hainrici comitum apud Constantiam anno domini supradicto VII°. kalendas aprilis, subnotatis similiter testibus et rogatis, videlicet: Walthero dicto Shambelier, Bertoldo Pincerna, Ortolfo de Laifinswiler et Ludewico de Bona Cella, clericis, de fratribus vero de Salem: Vlrico Gratar, Nicolao et Rudolfo bursario et aliis quam pluribus probis viris. Nos vero Berhtoldus et Hainricus fratres comites Sancti Montis, quia sigilla propria non habemus, usi sumus sigillo Cunradi, fratris nostri, comitis Sancti Montis, in hac parte.

Perg. Or., Salemer Kanzleihand, mit dem an einem Pergamentstreifen anhängenden Siegel des Grafen Konrad von Heiligenberg aus Malta, rund, 45 mm, auf der Rückseite 2 Fingereindrücke, wie an Nr. 370. Cod. Sal. III, 135 Nr. CXXII. Reg. Ztschr. 3,80. Fickler, Heiligenberg Reg. 109.

1267. Apr. 1. Esslingen. Bischof Eberhard II. von Konstanz beurkundet, dass vor ihm Wolfelin von Bernhausen auf alle von seinen Vorfahren herrührenden Ansprüche auf irgend welche Rechte in den Besitzungen des Klosters Salem bei Stetten auf den Fildern verzichtet habe. 427.

Universis hanc paginam inspecturis Eberhardus, dei gratia Constantiensis episcopus, salutem et noticiam subscriptorum. Vita cunctorum instabilis et memoria hominum labilis ac infirma monent, gesta temporum perhennari serie litterarum. Ea propter tenore presencium universis tam posteris quam

Digitized by Google

modernis cupimus esse notum, quod, dum vir discretus Wolfelinus miles dictus de Bernhusen, ad nos veniens apud Ezelingen, in multorum presencia discretorum, sanus et incolumis, ductus spontanea voluntate, que subscripta sunt protestatus fuisset publice viva voce, omnes, qui aderant, exhortando, quatenus testimonium veritatis fideliter attenderent et memorie commendarent, videlicet quod ipse, receptis 15 libris hallensium ante unum annum a venerabilibus in Christo Eberhardo abbate [322] et conventu[1] monasterii de Salem, omni iuri, quod habebat vel quod habere videbatur, quoquo nomine censeatur, in possessionibus ipsorum apud Steten, in pago qui dicitur *uf vildern*, prout lite mota inter predecessores suos, quibus iure hereditario successit, et ipsum monasterium composicionis habite in instrumento publico, sigillo reverendi in Christo patris et domini felicis recordacionis predecessoris nostri H(ainrici), dei gracia Constantiensis episcopi, communito plenius continetur, nomine suo et heredum suorum pure renunciasset, publice recognoscens, se vel dictos heredes suos nichil iuris deinceps in dictis possessionibus habere vel quoquo casu contingente aliquid de predictis iuribus in eisdem vendicare, nos ad preces parcium predictarum in testimonium evidens huius facti presens exinde conscribi fecimus instrumentum et sigilli nostri munimine, cum appensione sigillorum Johannis sculteti et communitatis civium in Ezelingen et iam dicti Wolvelini roborari. Nos vero Johannes scultetus de Ezelingen profitemur, predictis interfuisse et sigillum nostrum ad peticionem parcium predictarum huic instrumento appendisse. Ego vero Wolvelinus premissa profiteor esse vera et pecuniam, videlicet 15 libros, recepisse et in premissa omnia, prout premissa sunt, consensisse. Acta sunt hec apud Ezelingen anno domini M° CC° LXVII°. kalendas aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet C(ünrado) preposito maioris ecclesie de Constantia, fratre . . priore predicatorum in Ezelingen, fratre antiquo priore et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Cod. Sal. I, 321 No. CLXXXXII. Die im Text erwähnte Urkunde des Bischofs Heinrich von Konstanz d. d. 1238 Nov. 8. s. Cod. dipl. Sal. I, 223.

[1] Cod. Sal. hat conventui.

Digitized by Google

1267. Mai. 17. Salem. Die Grafen Mangold von Nellenburg, Berthold, Konrad und Heinrich von Heiligenberg überlassen dem Kloster Salem die Eigenschaft der von ihnen zu Lehen rührenden Güter bei Mutingsgereut, welche die Brüder Heinrich und Goswin von Beuern an dasselbe verkauft hatten. 428.

Omnibus hanc paginam inspecturis Manegoldus comes in Nellenburc, Berhtoldus, Cûnradus et Hainricus || fratres comites Sancti Montis subscriptorum noticiam cum salute. Ne ea, que geruntur in tempore, labantur cum tempore, litterarum || solent testimoniis perhennari. Tenore igitur harum pateat universis, quod cum Hainricus et Gôzwinus fratres dicti || de Bvrron, sororis sue Adilhaidis[1] voluntate prehabita et consensu, possessiones suas sitas iuxta Mv̊tingesgerivte cum decimis inde provenientibus, que omnia et singula in pheodo a nobis tenuerant illucusque, consensu nostro pleno et expresso accedente, monasterio de Salem pro novem libris currentis monete vendiderint, omni sollempnitate iuris adhibita, nos, recepta resignatione tam ab ipsis quam a sorore ipsorum predicta, uxore videlicet dicti Betzil, predictas possessiones cum decimis, prout premissum est, tamquam veri domini earundem, ipsi monasterio de Salem cum omnibus iuribus, appendiciis, pratis, pascuis, nemoribus, itineribus cultis et incultis et aliis quibuscumque eisdem intus et extra pertinentibus tradidimus et donando transmisimus libere et quiete perpetuo possidendas. Renuntiantes omnes et singuli unâ cum predictis fratribus H(ainrico) et G(ôzwino) et A(delhaide) sorore eorundem omnibus iuribus, actionibus, defensionibus, exceptionibus, cuiuscumque iuris subsidio, omnibus consuetudinibus, exceptioni restitutionis in integrum, pecunie non numerate et aliis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta vendicio predictorum et nostra donatio tam legaliter in omnibus celebrata calumpniari posset inposterum vel enervari casu quolibet contingente. In cuius rei evidentiam presentem cedulam exinde conceptam nos Manegoldus comes de Nellenburc et nos Cûnradus comes Sancti Montis sigillis nostris duximus roborandam. Nos vero Berhtoldus et Hainricus fratres comites Sancti Montis, quia sigilla propria non habuimus, in hoc facto sigillis predictorum comitum usi sumus. Acta sunt hec in Salem anno domini M°. CC°. LX°VII°. XVI° kalendas junii, indictione X^a^, subnotatis testibus presentibus

[1] Das Or. liest: sorore sua Adilhaide.

Digitized by Google

et rogatis, videlicet: Wernhero milite dicto Vinke, Hainrico de Lovnegge et Hainrico filio suo, Cûnrado et Manegoldo fratribus de Milnhoven, Arnoldo de Wildenvels, Manegoldo de Hertenstain, Burchardo de Loubegge, militibus, R(ûdolfo) de Rehenowe, C. ministro et H. dicto Biwin; de fratribus vero de Salem: H(ainrico) priore, Reinhardo, C(ûnrado) de Veringen, C(ûnrado), H(ainrico) et F(riderico) celerariis, monachis aliisque quam pluribus probis viris. Nos Hainricus et Gôzwinus fratres de Bvrron profitemur, predicta omnia esse vera, quia sigilla non habuimus, sigillis predictorum comitum usi sumus, profitentes etiam dictam pecuniam recepisse et in usus proprios convertisse.

Perg. Orig. Salemer Kanzleihand, mit 2 an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln aus Malta: 1. des Grafen Mangold von Nellenburg (IV A 2), schildförmig, 57:48 mm, auf der Rückseite mit den Fingern erhöht, im Schilde drei nach links gerichtete Hirschstangen, die oberste mit 5, die mittlere mit 4, die unterste mit 3 Enden; Umschrift: † s'. **manegoltis. (d)e. nellenb(vr)ch.** 2. des Grafen Konrad von Heiligenberg, wie an No. 370, auf der Rückseite 2 Fingereindrücke. Cod. Sal. III., 125 No. CXV. Reg' Ztschr. 3, 80. Fickler, Heiligenberg Reg. 111.

1267. Juni. 20. Burgau. Heinrich Markgraf von Burgau übergibt dem Kloster Salem genannte Leibeigene. 429.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus marchio de Burgov noticiam sub||scriptorum cum salute. Presenti scripto patere cupio universis, quod ego, accedente consensu || nobilis domine Adelhaidis, uxoris mee, Miam, relictam quondam Bertholdi de Grode, cum Alberto, || Herbortone, et Bertholdo, filiis suis, et Mia filia sua, qui iure proprietatis mihi attinebant, divine miserationis et beate Marie virginis intuitu, in remedium anime mee nec non parentum meorum, venerabilibus in Christo Eberhardo abbati et conventui de Salem ac per eos suo monasterio contuli et donavi iure proprietatis perpetuo possidendos, renuncians omni iuri, quod in ipsis habebam vel habere videbar, casu quolibet contingente, et hoc profiteor per presentes. Acta sunt hec in castro Burgowe anno domini M° CC° LXVII°. XII°. kalendas julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Ulrico capellano dicto Vrás, nobili viro Ber(tholdo) comite de Graifsbach, C. de Shopbach, Bur(cardo) de Elrbach, militibus, H. de Kûbach, fratre C. de Shoenenvelt, fratre Ûl(rico) Gratario et fratre Nycolao. In

Digitized by Google

cuius rei evidentiam presentem cedulam exinde conscriptam et sigillo meo communitam ipsis porrexi ad cautelam.

Perg. Or. Liniertes Pergament, unsicher ob Salemer Kanzleihand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers (IV A 2) aus mennigroth gefärbter Malta, rund, 46 mm, im damascierten Siegelfelde der Dreieckschild, fünfmal schräg getheilt, mit einer Lilie belegt. Umschrift: † **s. hainrici. marchi(o)n(is). de bvrgowe.** Auf der Rückseite des Siegels Daumeneindruck.

1267. Jul. 6. **Wartstein.** Graf Eberhard von Wartstein vertauscht, mit Zustimmung des Bischofs Eberhard von Konstanz, Besitzungen der Kirche zu Erbstetten, die er dem Kloster Salem verkauft, gegen andere Güter. 430.

Omnibus hanc paginam inspecturis Eberhardus comes de Wartstain affectum caritatis et noticiam rei geste. Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod nos, de consensu venerabilis patris et domini E(berhardi), dei gracia Constantiensis episcopi, agrum unum et pratum sub silva, que dicitur *Osternhart,* sita iuxta pratum, quod dicitur *Blawise* [230] in descensu fluvii, qui dicitur *Luterin*[1], que omnia iure proprietatis ecclesie in Erfsteten attinebant, accedente nichilominus consensu domini Hainrici, rectoris ecclesie iam dicte, libere et expresse titulo venditionis transtulimus in abbatem et conventum monasterii de Salem pro quatuor libris hallensium ad manus nostras traditis et receptis. Profitemur etiam, quod in recompensationem eiusdem ecclesie contulimus sine omni dolo et fraudis scrupulo quartam partem agri siti iuxta fluvium antedictum, que per se ad nos iure proprietatis libere pertinebat, tres vero partes attinebant ecclesie memorate. Juraverunt etiam in animas suas Hainricus Selvink, C. Canis, C. Razenhover, Hainricus Bruno, Dietricus minister, C. Wahter, H. Kol et Bur(cardus) Buggo, subditi eiusdem ecclesie, quod predicta permutatio in utilitatem ecclesie venerit supradicte. Nos E(berhardus), dei gratia Constantiensis episcopus, cum sciamus, predictam permutationem, ut supra dictum est, in utilitatem sepe dicte ecclesie devenisse, ipsam confirmamus, sigillum nostrum presentibus appendentes. Actum in Wartstain anno domini M° CC° LXVII. in octava apostolorum Petri et Pauli, hiis testibus presentibus et rogatis, scilicet H. decano in Griesingin, Wer(nhero) dicto Hunt, milite, et C. fratre suo, Alberto

[1] Cod. Sal. hat Suterin.

Digitized by Google

de Schammerberg, H. de Wilzingin, Her(manno) Selvink, C. Razenhover, Gotefrido dicto Môr, Ber(tholdo) de Techingin, D(ietrico) ministro comitis et H(ainrico) de Ezzelingin, cellerario in Salem. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis venerabilis patris et domini nostri E(berhardi), dei gracia Constantiensis episcopi, et nostro, necnon H(ainrici) plebani de Erfsteten prefatis religiosis patenter tradidimus communitam pro perpetuo testimonio et cautela.

Cod. Sal. III, 229 No. CLXXXVII. Regest: Ztschr. 3, 81.

1267. Juli 7.-Salem. Die Grafen Berthold, Konrad und Heinrich von Heiligenberg überlassen dem Kloster Salem eine Hufe in Weildorf, nachdem der mit derselben von ihnen belehnte Johannes v. Rinkenburg darauf Verzicht geleistet hatte. 431.

Omnibus hanc paginam inspecturis Berhtoldus, Cûnradus et Hainricus comites Sancti Montis rei geste || noticiam cum salute. Temporum malicia et hominum memoria labilis monent, ea que geruntur in tempore, litterarum serie || perhennari. Non lateat igitur quemquam presentium inspectorem, quod nos, resignatione facta in manus nostras publice coram multis, || mansum unum dictum *des Cramers gut*, situm in Wildorf a Johanne de Rinkenburc, qui eundem mansum a nobis in pheodo tenuerat illucusque, receptis ipse Johannes duabus marcis et dimidia argenti legalis a monasterio de Salem, una nobiscum tradidit eidem monasterio cum omnibus iuribus et appendiciis eidem manso intus et extra pertinentibus pleno iure libere et quiete perpetuo possidendum. Renunciantes omnes et singuli omnibus iuribus, actionibus, exceptionibus, defensionibus et aliis quibuscumque, per que predicta venditio et eiusdem mansi traditio calumpniari possit inposterum vel enervari casu quolibet contingente. Postmodum vero sepedictum mansum monasterium prenotatum eidem Johanni de Rinkenburc pro annuo censu. scilicet duorum denariorum, ad vite sue terminum tradidit possidendum. In cuius rei evidentiam presens instrumentum sub sigillis tam monasterii quam nostris et dicti Johannis pro testimonio est confectum. Acta sunt hec in Salem anno domini M°. CC°. LX°. VII°. nonas julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Burchardo de Ramsperc, Wernhero Vinkone, militibus, Manegoldo de Milnhoven, Rûdolfo de Rehenowe,

Digitized by Google

Hainrico dicto Stecher, Hainrico dicto Alwic et Cûnrado dicto Molle aliisque quam pluribus probis viris. Ego Johannes dictus de Rinkenburc predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Konrad von Heiligenberg wie an Nr. 370, auf der Rückseite mit Daumeneindruck[1], 2. des Abtes von Salem (bekannt) hinten convex, 3. des Johannes von Rinkenburg, schildförmig (IV A 2) 45:40 mm, im Dreieckschild eine Burg (sehr rohe Arbeit). Umschrift: † **s'. egenonis. et ioh'is. frt. de. rinkenb.**[2], auf der Rückseite Daumeneindruck. Cod. Sal. III, 147, No. CXXXI. Regest: Ztschr. 3. 81.

1267. Jul. 18. Zimmerholz. Rudolf d. ä. von Höwen beurkundet, dass Werner von Zimmerholz durch seine Hand dem Kloster Salem die Mechtild Schinerin sammt ihrer Nachkommenschaft zu eigen übergeben habe. 432.

Universis hanc paginam inspecturis Rudolfus senior de Hewen rei geste noticiam cum salute. || Ut ea, que geruntur in tempore, inviolabiliter perseverent, solent litterarum testimoniis perhennari. Eapropter || tenore harum pateat universis, quod Wernherus miles providus et discretus dictus de Zimberholtz, qui mihi || iure proprietatis noscitur pertinere, Mæhtehildim dictam Schinerin[3] cum universa prole sua, quam nunc habet vel habere poterit infuturum, sibi proprietatis titulo attinentem, venerabilibus in christo E[3](berhardo) abbati et conventui de Salem suoque monasterio pro anime sue suorumque parentum remedio, accedente consensu omnium, quorum intererat, pleno et expresso, per manus meas, quia aliter de iure communi fieri non potuit, pleno iure tradidit et donavit, libere et absolute perpetuo possidendam. In cuius facti evidentiam presentem cedulam sigillo meo munitam predictis fratribus de Salem tradidi pro testimonio et cautela, consensum eiusdem donacionis per me et dictum W(ernherum) factam legaliter per hoc plenius exprimendo. Ego Wernherus miles

[1] Dieses Siegels des Grafen Konrad bedienten sich demnach die 3 Brüder Grafen von Heiligenberg als eines gemeinschaftlichen Siegels, ohne dass es in der Siegelformel ausdrücklich angegeben ist. — [2] Dies ist also ein gemeinschaftliches Siegel der Brüder Egeno und Johannes von Rinkenburg, dessen sich aber der eine Bruder für sich allein bedient, und zwar ohne dass dies in der Siegelformel erwähnt wäre. — [3] Schinerin mit blasserer Tinte von anderer Hand nachgetragen. — [4] Ebenso.

Digitized by Google

de Zimberholtz una cum uxore mea et liberis universis predictam donationem per nos esse factam presentibus profitemur. Renuntiantes omnes et singuli insolidum omnibus iuribus, exceptionibus, restitutioni in integrum necnon aliis universis, que nobis in dictis hominibus competere videbantur vel competebant, casu quolibet contingente. Actum apud Zimberholtz, anno domini M° CC° LX°VII°, indictione XI., XV kalendas augusti, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Gerungo de Oeningen, Hainrico et Rûdolfo dictis de Zimberholtz, militibus, R. filio W. de Engen E . . .[1] dicto Strube et fratre Erlwino, monacho de Salem aliisque quam pluribus probis viris.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, die Schrift der letzten Zeilen stark verblichen. Das Siegel des Ausstellers hing an schmalem Pergamentstreifen, welcher durch Abschneiden eines Theils des unteren Pergamentrandes gewonnen war, ist abgefallen, liegt aber bei der Urkunde, aus Wachs (IV C) rund, 30 mm, getheilter Schild, im oberen Theil ein Stern, als Beizeichen im Siegelfelde rechts eine Lilie, links ein Stern, Helmkleinod: verzierte Hörner. Umschrift: **(rvd)olfi. senioris. de. hew(en).**

1267. October 29. Konstanz. Bischof Eberhard von Konstanz entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Salem und dem Grafen Berthold von Heiligenberg, Kirchherrn zu Röhrenbach, über den Viehzehnten zu Vahsirieth. 433.

Eberhardus, dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Ut contractus habiti studio caritatis inviolabiliter perseverent, expedit, eos perstringi serie litterarum. Noverint igitur universi, quod mota questione inter viros religiosos, Eberhardum abbatem et conventum monasterii de Salem ordinis Cysterciensis et nostre dyocesis ex una, et nobilem virum Berhtoldum comitem Sancti Montis, rectorem ecclesie in Rôribach, ex parte altera super decimis animalium curie in Væhsirieth, site in dicta barrochia, ad predictos abbatem et conventum de Salem proprietatis titulo pertinentis, nos, qui quieti virorum religiosorum nostre dyocesis lites resecare cupimus, ut debemus, sic inter ipsos, accedente consensu nostro et nostri capituli necnon nobilis viri Cûnradi comitis Sancti Montis, patroni ecclesie memorate in Rôribach, de voluntate partium

[1] Verwischt.

Digitized by Google

utrarumque, intuentes utilitatem tam monasterii quam ecclesie sepedicte, sic de consilio proborum virorum duximus ordinandum, ut ex prenotata curia singulis annis imposterum tantum viginti oves pro decimis omnium animalium, cuiuscumque generis seu speciei existant, eidem ecclesie persolvantur. Et ut hec robur firmitatis obtineant, sigillum nostrum nostrique capituli et sigillum predicti Cûnradi comitis, necnon sigillum, quo dictus abbas et conventus de Salem utuntur, et etiam sigillum Berhtoldi comitis, rectoris ecclesie supradicte, presenti cedule sunt appensa. Acta sunt hec apud Constantiam anno domini M° CC° LX°VII°. IIII° kalendas novembris, indictione XI^a., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Eberhardo Pincerna, Bertoldo de Wildenvels, Bertoldo thesaurario Walthero de Lovbegge, magistro Cûnone, Cûnrado Subschopa, Ûlrico de Hiltolvingen et Walthero dicto Schamblier, clericis, Wernhero Vinkone, milite, Rûdolfo Johelario[1], Manegoldo de Milnhouen, Hainrico et Rûdolfo de Rehenowe aliisque quampluribus probis viris. Nos vero Bertoldus, rector ecclesie in Rôribach, et Cûnradus, eiusdem ecclesie advocatus, fratres comites Sancti Montis, tenore harum predicta omnia esse vera et per nos, prout premissa sunt, esse facta publice protestamur, sigilla nostra huic instrumento confecto ad petitionem venerabilium in Christo . . abbatis et conventus de Salem et nostram pro testimonio apponentes.

Perg. Or. (aussergewöhnlich hartes Pergament) Salemer Kanzleihand. Von 5 Siegeln hängen die bekannten Siegel des Bischofs Eberhard und des Domcapitels zu Konstanz, des Grafen Konrad von Heiligenberg und des Abtes von Salem (aus Malta) an schmalen Pergamentstreifen an der Urkunde, 1 mit 2 wagrechten Einkerbungen, 2 und 5 mit Daumeneindruck, 3 durch Fingerdruck etwas erhöht; das Siegel des Grafen Berthold von Heiligenberg ist abgefallen. Cod. Sal. I, 285 No. CLIX. Regest: Fickler, Heiligenberg Reg. No. 111b.

1267. December 3. Esslingen. Bruder Albert, Prior der Prediger zu Esslingen, und zwei Richter der Stadt daselbst entscheiden einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Elisabeth, Wittwe des Rüdiger Pluvat, über Grundbesitz zu Esslingen und Mettingen. 434.

Universis hanc paginam inspecturis nos frater Albertus, prior predicatorum in Ezzelingin, Marquardus in Cimiterio et Marquardus dictus Pluvat, judices civitatis eiusdem, rei geste noticiam cum salute. Ut contractus habiti studio caritatis

[1] Or. hat Ichelario.

Digitized by Google

inviolabiliter perseverent, literarum solent testimoniis perhennari. Mota igitur questione extra formam judicii inter reverendum in Christo Eberhardum abbatem et conventum de Salem ex una et Elizabetam relictam quondam Rûdegeri dicti Pluvat ex parte altera super quibusdam rebus mobilibus et immobilibus, quas idem R(ûdegerus) Pluvat aliquibus conditionibus preconceptis, ut predictus E(berhardus) abbas suique fratres referebant, adhuc sanus, monasterio de Salem legaliter tradidit viva voce, ipsa vero relicta ipsam donationem factam aliter protestante, tandem post multa ipsa lis in nos et quosdam alios probos viros tanquam veros arbitros a partibus prelibatis cum auctoritate plena exstitit conpromissa, quam nos conmuni concordia de voluntate partium taliter duximus decidendam, videlicet ut area pro foribus curie predictorum dominorum de Salem sita ad eosdem monachos ex nunc cum tercia parte quatuor jugerum apud Metingin sitorum, que ipsi R(udegero) Pluvat proprietatis titulo attinebant, ac tercia parte domorum duarum apud capellam sancte Marie libere devolvantur et tercia pars jugerum ac domorum predictarum ipsi relicte atque tercia reliqua pars filie, quam nunc habet, cedere debet tantum ad terminum vite sue, ita tamen, quod si filia memorata ante instans festum beati Georgii migraverit ex hac luce, mater sua prelibata usque ad obitum suum portionem suam possideat pleno iure, ita ut si ipsas, matrem scilicet et filiam, in seculo contigerit evolare, predicte possessiones ex integro monasterio de Salem cedant libere ex condicto. Quod si religioni dare se voluerint, simul vel singulatim[1], portiones suas predictorum omnium ipsis monasteriis conferre poterunt pleno iure, hoc adiecto, quod ipsas possessiones, si vendere vel distrahere propter necessitatem famis vel intrandi religionem voluerint, sepe dictis fratribus de Salem sine contradicione qualibet pro eodem precio, quo vendi poterunt aliis, sine dolo et fraude primitus ipsis vendant, dum modo voluerint comparare. Porro si mater filia superstite migraverit ex hac vita, portio, que ipsam contigerit ex predictis, ad superdictum monasterium devolvetur. Et quia iidem fratres de Salem pacem videntur et concordiam affectare, predicte matrone 12 libras hallensis monete, ut hec omnia pro voluntate sua videantur plenissime terminata et ut ipsa testamentum, quod

[1] Cod. hat sigillatim.

Digitized by Google

maritus suus in morte sua hincinde legaverat, ac debita universa, que mutuo solvere tenebantur, pro se et filia sua ac monasterio pretaxato solvere teneatur, dare in distinctis terminis tenebuntur. Acta sunt apud Ezzelingin in domo monachorum de Salem anno domini M° CC° LXVII°. III° nonas decembris, indictione XI, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet fratre Eberhardo, priore fratrum predicatorum in Rotwil, fratre Ortliebo predicatore, Hermanno dicto Plvuat, Rûperto de Nîwertingin, Rûde(gero) Hasunzagel, civibus in Ezzelingin, Marquardo scolastico, fratre Hainrico cellerario et fratre Nycolao, monachis in Salem, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presens instrumentum exinde conceptum, sigillo predicti . . abbatis et nostro, scilicet fratris Al(berti), prioris predicatorum, ac universitatis civium in Ezzelingin communitum, partibus predictis dedimus ad cautelam. Ego Elizabet, relicta predicti R(ûdegeri) Plvuat, predicta omnia profiteor esse vera et per me facta, et ego Elizabet filia prefata eadem profiteor per presentes. Renuncians una cum matre mea ac curatoribus et tutoribus universis omnibus iuribus, exceptionibus, defensionibus, legum et iuris subsidio, pecunie non numerate, profitemur enim eam presentibus recepisse, ac iuri restitutionis in integrum ac omnibus aliis, per que predicta compositio calumpniari possit in posterum vel aliqualiter enervari. Et quia sigillum proprium non habuimus, in hoc facto sigillo nostrorum civium use sumus pro testimonio et cautela.

Cod. Sal. III, 183 No. CL.

1267. December 24. Ueberlingen. Wernher, der Schultheiss zu Ueberlingen beurkundet die testamentarischen Bestimmungen des dortigen Bürgers Berthold, genannt Villicus, der sich anschickt in das heilige Land zu pilgern, zu Gunsten des Klosters Salem. 435.

Omnibus hanc paginam inspecturis Werinherus minister in Vberlingen rei geste noticiam cum salute. || Si res geste literarum memorie commendantur, successoribus aufertur occasio litigandi. Ea propter tenore || harum pateat universis, quod cum Berhtoldus concivis noster, dictus Villicus, qui jure proprietatis || monasterio de Salem noscitur pertinere, pro anime sue remedio et salute proposuerit, hincinde peregrinando sanctorum limina visitare, de consensu omnium, quorum intererat,

Digitized by Google

previa ratione de rebus suis mobilibus et inmobilibus subnotatis, videlicet de tribus vineis, una dicta *in Welinsmoz*, altera dicta *in Hefilinshaldun*, tertia vero dicta *des Bloversgarte*, ac aliis rebus duxit taliter ordinandum, scilicet, quod si ipse Ber(htoldus) prelibatus migraverit ex hac luce, monasterio de Salem vinea *in Welinsmoz* cedat libere, et reliquas duas Elisabetha uxor sua tantum possideat pro tempore vite sue, ita ut post mortem suam, similiter sicut prima, absolute ad supradictum monasterium devolvetur, quia ipsas medio tempore non potest distrahere modo quolibet ex condicto. De rebus vero suis mobilibus subnotatis, scilicet tribus equis et duobus bubus, apud Bernherum dictum Bermv̊tinger, duobus equis apud fratrem predicti, duobus equis apud Ulricum ministrum, uno bove apud Cûnradum dictum Bermv̊tinger, uno equo et vacca apud Bernherum dictum Widimer, uno bove apud Bernherum cellerarium, et ista sunt in Bondorf, item in Bilolvingen uno bove apud Burc(ardum) fratrem suum, item in Seluingen duobus equis apud Cv̊nradum dem Widimer, item in Althain uno equo apud Fridericum, item in Miminhusen uno equo apud Leonem, uno equo apud Eberh(ardum) Hvrdilin, item in Nvfron uno equo et duobus bubus apud Ber(nherum) Boemum, item in villa Vberlingen una vacca apud Cûnradum Milvum, una vacca apud Albertum Wielant, una vacca apud Eberhardum Rasorem et uno equo apud Cûnradum Villicum de Buginsegil, item de 30 modiis nucum, item de 9 libris denariorum, quas Gerungus dictus Gretter eidem Ber(htoldo) in purificatione beate virginis solvere tenebatur, duxit taliter ordinandum, videlicet quod Irmingardi, sorori sue, post mortem suam tres equi et duo boves, quos apud supradictum Ber(nherum) Bermv̊tinger habuit, assignentur. Item Anne, sorori sue, duo equi, quos habet apud Cûnradum Bermûtinger, dari debent. Item Burc(cardo), fratri suo, unus equus apud Boemum debet dari; item Cûnrado servo una vacca cum vitulo apud Ber(nherum) Boemum dari debet. Item in Bonam Cellam duos modios nucum legavit, in Heggibach duos, in Vallem Sancte Crucis duos, in Bvnde duos, in Walde duos, in Pratum duos, hospitali unum in Uberlingen et hospitali in Constantia unum; relique nuces[1] conventui de Salem assignentur cum supradictis animalibus universis. Et ut ista fieri possint legitime, omnia et singula supradicta

[1] Or. nucces.

Digitized by Google

coram nobis et nostre civibus civitatis apud Vberlingen monasterio de Salem docta verborum sollempnitate legaliter tradidit et donavit libere possidenda, ipsum monasterium in possessionem ab hodie in futurum absolute ac simpliciter transmittendo; renuntians omnibus, que supradictam ordinationem, donationem et traditionem possint in posterum enervare. Actum apud Veberlingen anno domini M° CCLXVII. in vigilia nativitatis domini, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Vrunsteter[1], Hainrico dicto Ehinger, Gerungo dicto Greter et Eberhardo Rasore, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario et Nycolao monachis, Ber(tholdo) mercatore et fratre Geroldo, conversis. In cuius facti evidentiam conscribi presentem cedulam fecimus, sigillum universitatis nostre et nostrum[2] pro testimonio apponentes. Reliqua vero mobilia, videlicet 4 caratas[3] vini et dimidiam, 10 maltera spelte, 10 maltera siliginis, duo maltera avene et 6 maltera farine uxori memorate liquerat absolute, ita tamen, ut de ipsis suis creditoribus reddat debita universa.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, wie wir sie fortan mehrfach finden, rasch hingeworfene Schrift von conceptartigem Charakter. Das Siegel des Ausstellers, aus Wachs, wie an No. 197, in gleicher Weise befestigt wie das Siegel an No. 432, auf der Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht.

1268. o. T. Mühlheim. Die Grafen Friedrich und Friedrich von Zollern, Vater und Sohn, bestätigen die Schenkung einer Wiese bei Mühlheim durch den dortigen Schultheiss Ulrich und seine Ehefrau Hailwig an das Kloster Salem. 436.

Omnibus presentium inspectoribus illustres viri Fridericus et Fridericus, filius suus, comites de Zolre rei geste noticiam cum salute. Ut pie donationes perpetua maneant firmitate, solent frequenter scripturarum indiciis annotari. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod Ůlricus, scultetus noster in Mv̊lhain et Hailwigis, uxor sua proprietatem cuiusdam prati siti *under Bvochaldun*,[4] nostro accedente consilio et consensu, dilectis in Christo . . abbati et conventui in Salem liberaliter tradiderunt ac donaverunt in remedium animarum suarum et omnium parentum suorum perpetuo possidendum, tali adiecta conditione, quod quam cito ipse Ůlricus vel uxor

[1] Or. Vrunstereter. — [2] et nostrum ist über der Zeile nachgetragen. — [3] Or. hat caritas. — [4] v mit darübergesetztem o.

Digitized by Google

sua Hailwigis viam universe carnis ingressi fuerint, quod usus fructus cedat monasterio antedicto sine cuiuslibet reclamatione. Et ut hec firma, rata et inconcussa permaneant, presentem literam in testimonium conscribi et sigilli nostri ac civitatis in Mv̊lhain munimine fecimus communiri. Ego autem Ůlricus scultetus predictus et Hailwigis, uxor mea profitemur omnia prescripta esse vera et sigilla ad nostram petitionem fore appensa. Acta sunt hec apud Mv̊lhain anno domini M° CC° LXVIII., indictione XI^a, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Berhtoldo dicto Sibenstunt, Alberto dicto Saltzmann, Ůlrico Fabro, Cůnrado de Colbingin, Nycolao et R(ůdolfo) incisore, monachis in Salem, aliisque pluribus probis viris.

Cod. Sal. III, 185 No. CLI. Reg. Ztschr. 3, 82. Druck nach dem Or. im kgl. Hausarchiv zu Berlin Mon. Zoll. I, 87 No. 209.

1268. o. T. Neckarrems. Wolfrad von Rems übergibt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht an Gütern zu Fellbach, welche die von ihm mit denselben Belehnten an das Kloster verkauft hatten. 437.

Universis hanc paginam inspecturis Wolfradus miles de Rems geste rei noticiam cum salute. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, literarum solent testimoniis perhennari. Presenti igitur scripto pateat universis, quod cum reverendi in Christo . . abbas et conventus de Salem a Beringero, molendinatore et carnifice de Waibelingin, possessiones quasdam, videlicet areas in Velbach sitas, quarum census ad unam libram et 6 denarios hallenses estimatur, que omnia et singula michi proprietatis titulo pertinebant, dictas *des Modils guot,*[1] de quibus . . dictus Flurich a me fuerat inpheodatus, iusto emptionis titulo pro 12 libris hallensibus comparasset, et idem . . dictus Flurich una cum Beringero predicto ius feodale cum ipso feodo ad manus meas libere resignasset, ego dictas possessiones et census eosdem vacuos, liberos et absolutos ac ipsorum omnium proprietatem dicto monasterio de Salem tradidi et donavi, pro animarum progenitorum meorum et mee remedio et salute, perpetuo possidendas, renuncians omni iuri, actioni, conswetudini, exceptioni et omnibus aliis, que nobis in predictis omnibus competere videbantur, casu quolibet contingente. Actum apud Rems per manum

[1] u mit darübergesetztem o.

Digitized by Google

nobilis domini mei Ulrici comitis de Wirtenberc anno domini M° CC° LXVIII. In cuius facti evidentiam presentem cedulam sigillo meo duxi pro testimonio roborandam. Nos Beringerus et . . Fluricus predicti profitemur, predicta omnia esse vera et per nos, prout premissum est, omnia esse facta, et quia sigilla propria non habemus, sigillo predicti domini Wol(fradi) de Rems in hoc facto pro testimonio usi sumus.

Cod. Sal. III, 175 No. CXLIII. Reg. Ztschr. 3, 82.

1268. Januar 21. Bichishausen. Die Brüder Swicker, Swicker, Konrad und Berthold von Gundelfingen genehmigen den Tauschvertrag zwischen dem Kloster Salem und Konrad Thus, ihrem Lehensmann, über Güter zu Anhausen und Indelhausen. 438.

Omnibus presentium inspectoribus nos Swigerus, Swiggerus, Cûnradus et Bertholdus fratres de || Gundoluingen noticiam rei geste. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod cum habito tractatu permutandi quasdam possessiones inter monasterium de Salem ex una et Cûnradum dictum Thus ex parte altera, verum cum proprietas possessionum iam dicti Cunradi ad nos spectaret et ipse possessiones ipsas a nobis haberet in pheodum et obhoc permutatio sine consensu nostro procedere non posset, nos ad peticionem utriusque partis, recepta resignatione dictarum possessionum ab ipso, nostrum adhibuimus consensum, ipsi monasterio tradendo proprietatem possessionum, que venerunt in permutationem, quas prefatus Cûnradus a nobis recepit in feodum. Sunt autem possessiones, quarum proprietatem dedimus monasterio, subscripte, scilicet domus cum area et cum pratello sita in Ahusen et quidam ager situs *hinder dem berge*, per quem itur ad castrum, quod dicitur Maisenburg, et due terre, que vulgariter dicuntur *laendeliv*, site prope viam, qua itur de Ahusen ad Altmanshusen. Possessiones autem monasterii sunt duo agri siti sub Vndernhusen, que pervenerunt in permutationem cum 5 libris hallensibus, quas dictus Tus in numerata pecunia recepit, renunciando iuri una cum fratre suo, si quid habuit. In cuius rei evidentiam ad peticionem ipsorum presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri. Acta sunt hec apud Bichenshusen, anno domini M° CC° LXVIII°, in die Agnetis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: nobilis vir Swigerus de Gundelfingen, dictus Burgar, C. de Ignerichingen, R. de

Digitized by Google

Ahusen, Wer(nherus) de Kilchain, H. dicto Vraidelin[1], R. de Gundershouen, Gunthero, Ber(tholdo) Meldelin, Eber(hardo) Gigar et C. de Granhain. Et quia ego Ber(tholdus) sigillum proprium non habeo, sigillo fratris mei Cûnradi contentus sum.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend, wie an No. 378, 1, 399, 5 und 359, auf der Rückseite jedes Siegels 2 Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 249. Reg. Ztschr. 3, 81.

1268. Februar 16. Salem. **Die Brüder Grafen Berthold, Konrad und Heinrich von Heiligenberg genehmigen den Verkauf der von ihnen zu Lehen rührenden Zehnten in der Pfarrei Weildorf durch die Brüder Burkard u. Heinrich von Rickenbach an das Kloster Salem. 439.**

Omnibus hanc paginam inspecturis Berhtoldus, Cûnradus et Hainricus fratres comites Sancti Montis rei ge||ste noticiam cum salute. Si res geste litterarum memorie commendantur successoribus aufertur occasio litiganti. Eaproptcr || tenore harum pateat universis, quod Burkardus et Hainricus fratres dicti de Richenbach decimas, quas a nobis || in pheodo tenebant, sparsas hincinde et sitas in terminis ecclesie barrochialis in Wildorf, cum quodam censu, scilicet triginta duorum denariorum usualis monete, debito ex vinea Cûnradi et Manegoldi fratrum de Milnhouen, accedente consensu nostro et reverendi in Christo domini E(berhardi) dei gratia Constantiensis episcopi, monasterio de Salem pro novem libris vendiderunt et una nobiscum, possidendas perpetuo libere, tradiderunt. In cuius rei evidentiam huic instrumento sigillum meum ego Cûnradus, quo et nos Ber(htoldus) et H(ainricus) fratres in hoc facto utimur, pro testimonio duximus apponendum. Acta sunt hec apud Salem, anno domini M° CC° LX° VIII°. XIIII. kalendas marcii, indictione XI^a., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Wer(n)hero dicto Vinke, milite, Cûnrado et Manegoldo fratribus de Milnhouen, Hainrico dicto List, . . dicto Stuzzelær et . . Wenkone, de fratribus vero de Salem Rainhardo, Cûnrado et Hainrico celerariis, monachis et Berhtoldo mercatore, converso aliisque quam pluribus viris. Nos Burchardus et Hainricus fratres dicti de Richenbach presentibus profitemur, predicta omnia per nos legaliter esse facta et dictam pecuniam recepisse et in usus proprios ex integro

[1] Der Schreiber fällt hier vom Nominativ in den Ablativ.

Digitized by Google

convertisse. Et quoniam sigilla propria non habemus, in hoc facto sigillo supradicti comitis usi sumus.

Perg. Or. (Sehr hartes Pergament). Salemer Kanzleihand. Siegel des Grafen Konrad (bekannt) aus Malta an Pergamentstreifen, auf der Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht. Reg. Fickler, Heiligenberg Reg. 112.

1268. März 7. Hohentengen. Bischof Eberhard II. von Konstanz beurkundet den Tausch der Kirchengüter in Hohentengen durch das Kloster Salem gegen Höfe in Völkhofen und Günzkofen. 440.

E(berhardus) dei gratia Constantiensis episcopus omnibus hanc paginam inspecturis rei geste noticiam cum salute. || Officii nostri debitum nos inducit, ut per nos monasteriis seu ecclesiis nostre dyocesis in suis contractibus || caveantur, ne calumpniari possint inposterum vel gravari. Noverint ergo universi, quod cum ecclesia || barrochialis in Diengen, cujus ius patronatus spectat ad nobilem Hainricum de Veringen comitem, quasdam teneat possessiones sitas in Tagebræhtswiler cum quibusdam hominibus, videlicet Manegoldo Molendinatore, Rûdolfo dicto Diethmar, Burkardo Bawaro, Hainrico Tanhusario, Gebenone et Elizabeth uxore sua et Adilhaide filia sua, Hainrico filio Coci et Adilhaide de Bvron, iure proprietatis et easdem pacifice possederit, monasterium vero de Salem possessiones suas, videlicet unam curiam in Vôlkoven ad sex boves et in Guntzekoven ad duos boves cum hominibus subnotatis, videlicet dictis[1] Ribestain, Rainhardo et Cunrado, fratribus, Burchardo Zwike, Bertoldo dicto Liphaimer, Hainrico, filio sororis sue, Willebirge, uxore Celerarii, Liugarde, filie eius et Willebirge, filie Rainhardi, quos a dicto comite rite ac legaliter conpararunt, utilitatis causa tam monasterii quam ecclesie facta est, de consensu Cûnradi, plebani nunc existentis, et subditorum, necnon sepedicti comitis H(ainrici) et nostro, permutatio possessionum et hominum hincinde, sic ut monasterium legittime teneat et possideat possessiones et homines predicte ecclesie sibi traditas cum omnibus iuribus, appendiciis, agris, pratis, silvis, nemoribus intus et extra pertinentibus, libere et quicte iure proprietatis perpetuo possidendas, ecclesia vero possessiones et homines, que in permutatione veniant, possideat monasterii prenotati. In cuius rei

[1] Or. hat dicto.

Digitized by Google

evidenciam presentem cedulam sigillo nostro et sigillo spedicti comitis, nec non sigillo plebani antedicti fecimus pro testimonio roborari. Acta sunt hec in Diengen, anno domini M°. CC°. LX°. VIII°. nonas martii, indictione XI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Ramvnc, Walthero de Bivtzichoven, Cûnrado et Hainrico fratribus de Bivtzichoven, Burchardo de Alshusen, Cûnrado dicto Fridinger, Bertoldo Liphaimer, Hainrico dicto Guldinvûz, Cûnrado, Ebelino et Hainrico fratribus et scolaribus aliisque quam pluribus probis viris. Nos H(ainricus) comes de Veringen et C(ûnradus) plebanus de Diengen presentibus profitemur, premissa, prout premissa sunt, fuisse publice per nos facta. In cuius evidenciam sigilla nostra huic instrumento duximus apponenda.

Perg. Or. im kgl. preuss. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. (Sehr hartes Perg. wie No. 439.) Salemer Kanzleihand mit 3 Siegeln aus Malta, an Pergamentstreifen: 1) des Bischofs Eberhard von Konstanz, 2 wagrechte Einkerbungen. — 2. des Grafen Heinrich von Veringen, rund, 50 mm, (IV A 2) im Siegelfelde ein nach rechts geneigter dreieckiger Schild mit den 3 Hirschstangen, zu beiden Seiten des Schildes je eine Gestalt in langen Gewändern, von denen die links stehende der anderen einen Kranz zu überreichen scheint, welchen diese mit gefalteten Händen zu empfangen sich anschickt. Umschrift: † **sigillvm. comitis. heinrici. de. veringen.** — 3. des Plebans von Taffertsweiler (III A 2 b) spitzoval, 40:32 mm. im Siegelfelde ein nach rechts blickender, sitzender Kleriker, schreibend. Umschrift: † **s'. conradi. plebani. d' albinswil'.** (im Siegelfelde): **not̄.** auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht. Cod. Sal. III, 60 No. LIII. Reg. Ztsch. 3, 82, Locher, Veringen S. 72.

1268. Mai 3. Ueberlingen. Wernher der Schultheiss zu Ueberlingen entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Alwig von Herbertingen über das Eigenthumsrecht an einem Weinberg in Ueberlingen. 441.

Omnibus hanc paginam inspecturis Werinherus, minister civitatis in Vberlingen, noticiam rei || geste. Noverint universi, quod mota questione coram nobis super vinea sita in Vberlingen contigua || eiusdem civitatis domui leprosorum, inter monasterium de Salem ex una et Alwicum de Herprehtingen || ex parte altera, eo quod utraque pars se ius dicebat habere in vinea prenotata, presente domino Volkwino, milite de Sigmeringen, ad quem pro medietate idem Alwicus iure proprietatis noscitur pertinere, et cavente publice de ratihabitione pro fratribus dictis de Ablach, ad quos pro altera medietate

Digitized by Google

pertinebat, nos, auditis hincinde propositis per advocatos partium, cum idem Al(wicus) contumaciter de iudicio recesserit, nolens diffinitivam sententiam expectare, de consilio concivium nostrorum, qui super hoc, prout moris est, fuerant requisiti, dictam vineam ipsi monasterio similiter adiudicamus, libere tenendam et pacifice possidendam, adverse parti perpetuum silentium inponendo. Actum apud Vberlingen anno domini M° CC° LXVIII°., V nonas maii, indictione XI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hoiger et Al(berone) dicto Grv̂ber, militibus, Willihelmo, filio ministri, Riperto dicto Strit, Cûnrado dicto an dem Ôrte, Bur(cardo) Caupone, Alberto de Reginoldiswiler, . . Rasore et Cûnrado filio eius, Ûlrico Vento, Ûlrico Kliepilio, . . dicto Frv̂steter, Hainrico dicto Ehinger, Ûlrico dicto Veser, Walthero et Werinhero fratribus dictis Bessirer allisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem cedulam exinde conceptam et sigillo nostro munitam monasterio pretaxato porreximus ad cautelam.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel abgefallen, war wie bei No. 432 befestigt.

1268. Juni 13. „Uffenhorn". **Graf Eberhard von Wartstein beurkundet die nach vorausgegangener Gränzbegehung erfolgte Feststellung der Gränzen zwischen den Gütern des Klosters Salem und des Swiker von Gundelfingen und anderer auf der Alp. 442.**

Omnibus hanc paginam inspecturis Eberhardus comes de Warstein noticiam rei geste. Noverint universi, quod, cum inter venerabiles in Christo . . abbatem et conventum monasterii de Salem ex una et Swikkerum de Gundolvingen necnon plures alios, quorum possessiones contigue sunt possessionibus in Alpibus, videlicet grangia Altemanneshusen et hincinde circa diversas possessiones monasterii pretaxati ex parte altera questio verteretur propter confusam distinctionem dictarum possessionum et maxime fundi, qui dicitur *Horne*, cum omnibus suis attinentiis ac decima eorundem agrorum, scilicet *Horne*, quid et quantum debent de predictis omnibus ad quemlibet pertinere. tandem post multa, convenientibus universis et singulis, ad quos predictum negotium pertinebat, deliberatione prehabita, concordi voluntate in hoc pariter convenerunt, ut per sollempnem limitationem, in quam consenserunt concorditer, distinguerentur predia singulorum. Verum quoniam

Digitized by Google

multitudo in suis sententiis consuevit sepius dissentire, in hoc provide convenerunt, ut quinque viri, videlicet[1] Rompoldus, Hainricus dictus Svnappe,[1] dictus Harrer, Eberhardus de Ahusen et Cûnradus, frater suus, eligerentur de omnibus, qui, astricti iuramento corporali, predicta vice omnium et singulorum per limitationem adiudicarent singulis, quod sibi scirent veraciter pertinere, que omnia sunt rite ac legaliter, servatis omnibus, que in sollempni limitatione de iure vel de consuetudine exiguntur, publice consummata, ita quod nichil exceptum fuit contra predicta omnia nec ab aliquo appellatum, qui in distinctione per publicam limitationem sub iuramento constricti, in ipsorum animas et honorem predictum fundum, qui dicitur *Horne*, cum omnibus suis attinentiis et decimam in Aicha, sitam in barrochia Erfsteten, cum omni libertate et iure adiudicaverunt totaliter pertinere monasterio prenotato, protestantes, quod predicta decima ex verissima cognitione ad ipsum monasterium pertineret, eo quod in dicta barrochia Erfsteten predicta grangia Altemanneshusen foret sita, ad quam grangiam spectat distincta possessio prelibata. Acta sunt hec in loco, qui dicitur *Uffenhôrn*, anno domini M° CC° LXVIII°, idus iunii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino[1] nobili de Blankenstain, Burkardo Senfelino, Alberto de Schæmern, Ûlrico de Egelingen, militibus, Cûnrado Ratzenhouer,[1] Rorewanch, Ortolfo de Vndilhusen, Alberto fratre suo et[1] filio Meldelini, servis, Hainrico de Ezzelingen, monacho et Hermanno de Milchberk, converso aliisque quam pluribus probis viris. Ad horum evidentiam ad petitionem partium premissorum, ne propter oblivionem lis aliqua in posterum suscitetur, presentem litteram exhinde conscriptam sigillo nostro duximus roborandam[2].

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers in mennigrothem Wachs, wie an No. 386, auf der Rückseite durch Fingerdruck kaum merklich erhöht. Von dem Pergamentstreifen ist das eine Ende unten, das andere oben an der Seite durch die Siegelmasse gezogen, was von nun an häufig vorkommt. Cod. Sal. III, 227 No. CLXXXIIII.

[1] Die Vornamen fehlen im Or. — [2] Zwischen duximus und roborandam eine Lücke im Or., das erste Wort steht im Anfang, das zweite am Schluss der letzten Zeile.

Digitized by Google

1269. o. T. Markdorf. Ulrich und Konrad Gebrüder von Markdorf verleihen ihrem Eigenmann Harrer und seinen Kindern den Kelnhof zu Leimbach, den dieser von Konrad von Ebersberg gekauft und dem Abt von St. Gallen zum Behuf der Verleihung an die Herren von Markdorf resigniert hatte. 443.

In nomine domini amen. Future litis actioni et dolis renunciatur, cum acta res memorie litterarum || conmendatur. Proinde nos, Ul(ricus) et C(ûnradus) fratres de Marcdorf ad noticiam omnium huius etatis || et successure posteritatis duximus perferendum, quod curiam in Lienbach sitam, quam || *chelhof* usitato nomine vocant, senior Harrer, qui nobis iure proprietatis attinet, iusto empcionis tytulo a Cûnrado milite de Ebersberc pro sedecim marcis argenti cum nostra permissione et consensu conparavit, provide sibi cupiens cavere, quod disparitas conditionis inter supradictum militem et se ipsum aliquas exceptiones contra ius possidendi generaret, memoratus miles venerabili Ber(tholdo) abbati Sancti Galli, sicut promiserat, resignavit et nobis feodali conferri iure procuravit. Nos vero, fidelitatem suam et servicii onus nobis exhibiti et exhibendi attendentes, ipsi sepedicto Harrario contulimus et eo petente, ne quisquam de suis liberis exhereditaretur, cum diem clauserit extremum, masculis et feminis, equa sorte ipsum feodum sepius nominatum in communi annuimus possidendum. Huius autem beneficium concessionis, nequis sub simulande oblivionis mendacio attemptet violare, presencium caucionem pluries dicto dedimus, nostro sigillo munitam ad securitatem. Acta sunt hec in hac nostra villa Marchdorf, presentibus omnibus civibus honestioribus, anno domini millesimo CC sexagesimo nono, indictione XII.

Perg. Or. in auffälliger Form, nahezu quadratisch, 12 cm. hoch und fast ebenso breit, sehr kleine und feine Hand, die verzierte Initiale der ersten Zeile bis über die fünfte Zeile des Textes herabreichend, das Siegel des Konrad von Markdorf aus Wachs (das in der Siegelformel als „nostrum", demnach ein gemeinschaftliches bezeichnet wird) hängt an weissen Leinenfäden an. Es ist das nämliche wie an No. 185, 60:45 mm, auf der Rückseite hat es zwei Daumeneindrücke. Die Urkunde dürfte bei späteren Gütererwerbungen des Klosters Salem in Leimbach in das Klosterarchiv gelangt sein.

1269. o. T. Der Schultheiss Rudolf von Konstanz beurkundet die näheren Bestimmungen über den Verkauf eines Hauses zu Konstanz durch den dortigen Bürger Ulrich Reinstuder an das Kloster Salem. 444.

Omnibus hanc paginam inspecturis Rûdolfus, minister civi-

Digitized by Google

tatis Constantiensis, rei geste || noticiam cum salute. Tenore harum pateat universis, quod cum Ůlricus dictus Rein|studer, concivis noster, anime sue suorumque parentum salutem respiciens et profectum, de con|sensu Methildis, uxoris sue, ac omnium, quorum intererat, domum suam cum area et omnibus suis appenditiis, sitam vulgariter *in der Rintgassum*, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem suoque monasterio iure illo, quod vulgariter dicitur *sâl*, dominum Ůl(ricum) in Arena et nepotem meum, dominum Rûdolfum, dictum *der Slehtin*, pro illis, qui dicuntur *sallût*, publice eligendo donaverit et tradiderit libere possidendam, illa condicione prehabita, ut dicta matrona suam ipsam domum iure, quod vulgariter dicitur *libgedinge*, possideat pro tempore vite sue, postmodum prelibata matrona sua, cum coram civitatis Constantiensis civibus in iudicio presiderem, pro habundantiore cautela in eodem iudicio predicta omnia, prout premissa sunt, protestabatur publice esse vera. Actum apud Constantiam in iudicio supradicto, a[nno domi]ni[1] M° CCLXIX, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet . . dicto Stazmer, . . dicto Schallinberc, Ul(rico) Nigro, Ůl(rico) filio Clipeatoris, cellerario de Harprehtiswiler, Jacobo dicto Mvtiler[2] et Hainrico de Hovin, Cûnrado de Venetiis. In cuius facti evidentiam presentem cedulam sigillo universitatis nostre munitam ipsis porrexi pro testimonio et cautela.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand wie bei No. 435, das Siegel des Ausstellers, wie an No. 432 befestigt, aus mennigroth gefärbtem Wachs, (IV A 2) im Dreieckschild ein nach rechts aufsteigender Löwe. Umschrift: † **s. rv̊dolfi. ministri. constantiensis**, auf der Rückseite mit den Fingern etwas erhöht.

1269. Jan. 22. Salem. Albero Gruber, Ritter, veranlasst die Resignation genannter Personen auf den Zehnten zu Stetten, welchen Konrad von Mehlishofen an das Kloster Salem verkauft hatte, unter Zustimmung des Bischofs von Konstanz und verzichtet auch seinerseits auf sein Recht an diesen Zehnten. 445.

Omnibus hanc paginam inspecturis ego Albero miles dictus Grv̊ber rei geste noticiam cum salute. Temporum malicia et memoria hominum labilis et infirma monent, gesta temporum perstringi serie literarum. Noverint igitur, quós nosse fuerit oportunum, quod cum Cûnradus miles de Mânlinshouen matri-

[1] Loch im Perg. — [2] Or. hat Mvteriler.

Digitized by Google

monialiter cum sorore mea contraxerit, ego ob dilectionem et amorem inter nos contractum in ipsam volens transferre decimam sitam in Stetin, de qua extiti infeodatus a nobili viro domino Walthero de Vatze, sic inter nos extitit conventum, ut dictam decimam in Manegoldum dictum Baier, in Hermannum dictum Kriewanch, in Hermannum de Braitenbach et in Burcardum de Deinkingen transferrem titulo feodali, quod et factum fuit. Infeodati enim fuerunt per me, et hoc ad peticionem predicti militis de Månlinshouen, qui, scilicet supradicti quatuor infeodati, prestito corporaliter iuramento, ad hoc se astrinxerunt, ut, quicquid ipse Cûnradus de Månilinshouen ordinare vel disponere vellet, ipsam decimam, alienando ipsi, resignando tam mandatis suis seu mandatis illorum, quibus facta esset alienatio, sine contradictione qualibet obedirent, verum, cum ipse eandem decimam in religiosos viros . . abbatem et conventum monasterii de Salem ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, accedente consensu reverendi patris et domini E(berhardi) dei gratia Constantiensis episcopi, titulo venditionis transtulerit, recepta summa 20 marcarum argenti legalis necnon certa pensione eidem et sorori mee, quoad viverent, deputata, que traditio seu donatio imperfecta quodammodo videbatur; qua de causa ego, cupiens voluntatem eiusdem adimplere, perficiendo dictam donationem, ne ipsum monasterium sentiret se fore deceptum, procuravi resignationem fieri a personis prelibatis, quam et ipsi fecerunt in manus meas, qua resignatione facta ego libere resignavi ad manus . . abbatis, nomine monasterii prenotati, sciens, consensum nobilis domini Waltheri de Vatze dicte resignationi intervenisse publice et expresse. Acta sunt hec apud Salem, anno domini M° CC° LXIX° Vincentii martyris, indictione XII^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Rûdolfus miles et Berinherus fratres dicti Haller, Hainricus dictus Wagenhart; de fratribus vero de Salem Rûdolfo priore, Ber(tholdo) suppriore. Cûnrado de Veringin, Rûdolfo bursario, fratre Nycolao et Eberhardo de Stekboron, monachis. In cuius facti evidentiam presentem cedulam exinde conceptam, quia sigillum proprium non habui, sigillo reverendi patris et domini E(berhardi) Constantiensis episcopi procuravi pro testimonio roborari. Nos E(berhardus) dei gratia Constantiensis episcopus profitemur, predicta omnia esse vera, sigillum nostrum huic cedule ad peticio-

Digitized by Google

nem partium apponentes. Nos Fr(idericus), Cůnradus et Hainricus fratres dicti de Månilinshouen profitemur, predicta omnia vera esse, prout premissa sunt, in ipsam resignationem, venditionem ac traditionem monasterio de Salem factam legittime presentibus consentimus, cum sit presentibus nobis et consentientibus celebrata, utentes sigillo predicti reverendi domini Constantiensis episcopi in hoc facto.

Cod. Sal. II, 178 No. CXLIIII.

1269. Februar 21. Meersburg. Die Prōpste Heinrich von St. Stephan zu Konstanz und Leutold von Bischofszell entscheiden einen Streit zwischen Ulrich von Bodman und dem Kloster Salem über ein von letzterem dem Ulrich Schralle auf Lebenszeit übertragenes Gut zu Altenbeuren. 446.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus, Sancti Stephani et Lůtoldus, Episcopalis Celle prepositi rei geste noticiam || cum salute. Mota questione inter venerabilem in Christo abbatem et conventum de Salem ex una et virum discretum Ůlricum || militem de Bodim ex parte altera coram reverendo patre et domino E(berhardo) Constantiensi episcopo extra formam iuris super curti et domo || quondam Ůlrici dicti Sralli, sita in Altinburon, que dictus abbas suusque conventus asserebant ab antiquo sibi proprietatis titulo pertinere, et dicto Ůlrico Srallin pro 11 marchis argenti vendidisse tantum ad terminum vite sue, ita ut monasterio de Salem ius proprietatis in dicta possessione ac domo per censum annis singulis recognosceret, quod et fecit, que omnia dictus Ul(ricus) de Bodim negaverat esse vera, tandem post multa a partibus allegata in nos, tanquam in veros arbitros, de consensu domini episcopi ab ipsis partibus extitit compromissum cum protestatione, fide ab utrisque firmata, se ratum habituros, quidquid statueremus fieri in premissis, nos, proborum virorum usi consilio, ipsam litem duximus taliter decidendam, videlicet, ut supradicta possessio et domus cum omnibus suis intus et extra pertinentiis absolute cedat exnunc monasterio pretaxato, ac ipsum monasterium, quamvis satis clarum ius habuerit, ut probare se obtulit in premissis, ne per lites aliquod sue quietis dispendium paciatur, memorato Ůlrico de Bodim 40 libras currentis monete solvere teneatur, ita ut monasterium de Salem ab Ůlrici de Bodim et Ůlrici dicti Srallin iam defuncti

Digitized by Google

heredibus universis in premissis bonis nullam actionem, molestiam vel gravamen sine omni exceptione sustineat in futurum, adicientes, quod, si forte super aliquibus aliis, que dicto Srallin iam defuncto quondam modo aliquo pertinebant, que iam dictum monasterium de Salem in possessione retinet, idem Ůl(ricus) de Bodim vel aliquis heredum Ůl(rici) dicti Srallin abbatem et conventum dicti monasterii trahere vult in causam, monasterium de Salem in quieta possessione illorum omnium, super quibus lis vertitur, maneat, quousque ipsa lis sine strepitu vel partium iniuria per iuris et iudicis sententiam terminata fuerit ac decisa. Actum apud Merspurc anno domini M° CC°LXIX°. IX kalendas marcii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili domini H(ainrico) comite de Vurstinberc, Johanne de Blůminberc, Růd(olfo) de Bodim, Waltero de Hohinvelz, Růd(olfo) de Ailingin, . . dicto Isingin, Al(berone) dicto Grůber, H(ainrico) dicto Bvrst, Frederico et Hainrico fratribus de Menlinshovin, militibus, Werinhero ministro in Uberlingin, de fratribus vero de Salem: Cůnradus de Veringin, Ber(tholdus) sacrista, Cůnradus subcellerarius, Nycolaus, Walterus infirmarius et mercatore Ber(tholdo) aliisque quampluribus probis viris[1]. In cuius facti evidentiam presentem cedulam sigillis nostris cum sigillo dicti Ůl(rici) de Bodim fecimus pro testimonio roborari. Ego Ůlricus miles de Bodim predicta omnia, prout premissa sunt, tenore harum profiteor esse vera, sigillum meum pro testimonio apponendo.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand wie bei No. 435. 3 Siegel an Pergamentstreifen, 1. und 2. aus Wachs, 3. aus Malta, 1. und 3. auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht, 2. ganz glatt: 1. des Propstes Heinrich von St. Stephan, spitzoval, (II B), 50:35 mm, im Siegelfeld die Steinigung des hl. Stephanus, Umschrift: † s. hān. ppositi. s. stephani. constantiensis. — 2. 50:30 mm, wie an No. 354. - 3. 43 mm, wie an No. 331. — Reg. Ztschr. 3, 83.

1269. o. T. Baumgarten. Ulrich von Bodman bekennt, von dem Kloster Salem 40 Pfund Pfennig als Ersatz für einen von diesem an Ulrich Schralle verkauften Hof zu Altenbeuren und für die Zerstörung seines Schlosses erhalten zu haben. 447.

In nomine domini amen. Ego Ůlricus miles de Bodime

[1] Der Schreiber geht bei Anführung der Zeugen vom Ablativ in den Nominativ über und setzt erst den letzten Namen wieder richtig in den Ablativ.

Digitized by Google

omnibus presentem literam inspecturis noticiam subscriptorum. Noverint igitur presentes ac posteri, quod tenore presentium profiteor 40 libras denariorum usualis monete pro curti quadam sita in Altenbivrron, quam reverendi in Christo domini mei in Salem Ůlrico dicto Zrallen quondam pro 11 marcis vendiderunt, et destructione castri me recepisse, hiis omnibus sic per arbitrium reverendorum in Christo dominorum nostrorum, prepositorum H(ainrici), Sancti Stephani et Livtoldi[1], Episcopaliscelle, plenius exstirpatis et michi emendatis, ne reverendum dominum nostrum .. abbatem et conventum in aliquibus pro hiis sic ordinatis ipsos possim impetere vel molestare. In huius rei testimonium presentem literam feci conscribi et mei sigilli munimine communiri. Datum Bongarten anno domini M° CCLXVIII (sic!).

Cod. Sal. III 148 No. CXXIII. Die Urkunde, von der das Salemer Archiv kein Original mehr besitzt, hat im Cod. Sal. deutlich die Jahrzahl 1268, da sich aber in derselben der Aussteller auf den Schiedsspruch der Pröpste von St. Stephan und Bischofszell bezieht (d. d. 1269, Feb. 21 No. 446), so muss hier ein Versehen des Copisten vorliegen, und kann die Urkunde nicht älter als 1269 sein. Von der Zerstörung des Bodman'schen Schlosses ist in dem erwähnten Schiedsspruch nicht die Rede. Reg. (mit der Jahrzahl 1268) Ztschr. 3, 82.

1269. April 7. Mimmersloch. Die Gebrüder Johannes und Ortolf von Rinkenburg verzichten zu Gunsten des Klosters Salem für sich und ihren minderjährigen Neffen auf das ihnen zustehende Zinslehenrecht an einem Gut in Weildorf. 448.

Omnibus hanc paginam inspecturis Johannes et Ortolfus fratres de Rinkenburc noticiam rei geste. Tenore harum pateat universis, quod nos ius feodale, quod vulgariter *zinslehin* dicitur, quod nobis et filio fratris nostri[2] in predio sito in Wildorf dicto *des Cramersgut* competere videbatur, receptis tribus marcis argenti legalis, quas in usus nostros convertisse presentibus profitemur, resignatum ad manus nostras ab Ůlrico et Hainrico fratribus, dictis Kramer, qui a nobis fuerant inpheodati, in monasterium de Salem transtulimus, pleno iure perpetuo possidendum, renunciantes omnes et singuli omnibus actionibus, exceptionibus, iuribus et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, que nobis in predicto feodo com-

[1] Cod. hat Livtoldo. — [2] Vermuthlich des No. 431 vorkommenden Egeno von Rinkenburg.

Digitized by Google

petebant casu quolibet contingente. Et quia, quod per minorem fit, nullius roboris esse potest, quamvis predicti fratruelis nostri tutores simus, dominum Ber(tholdum) de Fronhouen, C(ûnradum) de Nivfron, Wer(nherum) de Riethusen, milites et me Ortolfum fideiussores obligamus monasterio pretaxato, ut idem fratruelis noster, cum ad annos discretionis venerit, renunciet suo iuri. Actum in Mimmersloch, anno domini M° CC° LXIX°, idus aprilis, indictione XII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Berhtoldo de Vronhouen, Walthero de Hohenuelz, Wer(nhero) de Riethusen, D(ietrico) de Nivfron, . . dicto Schutirvot, R(ûdolfo) et Bur(cardo) fratribus de Ramsperc, Wer(nhero) Vinkone et C(ûnrado) de Bukinhusen, militibus, C(ûnrado) plebano in Dankratwiler, C(ûnrado) de Lâgellon et . . dicto Kniusser aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem cedulam cum sigillo meo, scilicet Johannis, quo et frater meus utitur in hoc facto, et sigillo Ber(htoldi) de Fronhouen roboratam, ipsis dedimus pro cautela.

Cod. Sal. III, 147 No. CXXXII.

1269. Juni 7. Konstanz. **Bischof Eberhard II. von Konstanz beurkundet die letztwillige Verfügung des Plebans von Münchweiler, Berthold Schamel, über seine gesammte Habe zu Gunsten des Klosters Salem.**

449.

E(berhardus) dei gratia Constantiensis episcopus omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus salutem in domino. Noverint || universi, quos nosce fuerit oportunum, quod Ber(toldus) sacerdos dictus Schamel, rector ecclesie in || Munchewille, de futuris provide cogitans, perpendens salutem anime sue, res suas tam mobiles || quam immobiles, sub quacumque specie vel manerie[1] contentas, tradidit reverendis in Christo . . abbati et conventui de Salem sponte et voluntarie, mittens eosdem ad maiorem cautelam in possessionem rerum earundem tam mobilium quam immobilium et se movencium corporalem. In cuius rei testimonium has litteras, quibus sigillum suum apposuit, ad peticionem ipsius conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Constantie, anno domini M° CC° LX°. IX° VII. kalendas junii.

[1] Maneries synonym mit modus, ratio. Du Cange 4, 226.

Digitized by Google

Perg. Or. Flüchtige Hand, vermuthlich der bischöflichen Kanzlei in Konstanz, Pergament 20 cm breit, 8,3 cm hoch. 2 Siegel, befestigt wie bei No. 432: 1. des Bischofs Eberhard (bekannt) aus mennigrothgefärbtem Wachs, die Rückseite fast ganz glatt. — 2. des Berthold Schamel, aus Malta, der Rücken mit den Fingern zu einem scharfen Grat erhöht (II B) spitzoval, 40:23 mm, im Siegelfeld ein behelmter Adler. Umschrift: † **s. p. de obr. ezza.** Der Siegler war auch Pleban in Obereschach BA. Villingen, welches nicht weit von Mönchweiler entfernt ist.

1269. Juni 30. Landau. Graf Hartmann d. ä. von Grüningen beurkundet, dass sein Caplan Ortolf einen Hof zu Enslingen, den er von den Gebrüdern von Ebenweiler gekauft hatte, mit seiner Zustimmung an Konrad Murzel verkauft hat und belehnt diesen mit dem genannten Hofe. 450.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hartmannus senior comes de Grûningen rei geste noticiam cum salute. Ne res geste || in tempore simul labantur cum tempore, litterarum solent testimonio perhempnari. Noverint igitur universi, quod de auctoritate nostra et consensu || Ortolfus, dilectus noster capellanus, curtim suam sitam in Enselingen, quam pro Wernhero et Hainrico fratribus dictis de Ebenwiler iusto || empcionis titulo comparavit et Cûnrado dicto Murcel suisque heredibus universis, sive sint sexus feminini seu masculini, pro undecim marcis argenti legalis iuste vendicionis titulo vendidit, donavit et tradidit, cum omnibus iuribus et appendiciis eidem curti intus et extra pertinentibus, pleno iure perpetuo possidendam. Renuncians omnibus exceptionibus iuris canonici vel civilis et aliis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta vendicio tam legaliter celebrata possit in posterum modo quolibet enervari. Acta sunt hec anno domini M° CC° LX° IX. pridie kalendas julii, indictione XII^a, apud Landowe, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobis, dicto comite, . . deccano in Binzwangen, Cûnrado dicto Cane, Wernhero de Phflumer, Friderico dicto Herolt, Cûnrado dicto de Anmerkingen, Reinhardo cellerario de Landowe, Hermanno de Bach aliisque quam pluribus probis viris. Nos vero dictus comes H(artmannus), quia prehabite curtis proprietas ad nos pertinere dinoscitur, licet id iustum videretur, ipsum prefatum C(ûnradum) Murcellum cum universis suis heredibus, filiis et filiabus, debito infeodacionis titulo perpetuo infeodavimus in eadem. Ut autem hec maneant in perpetuum firmiora, presens

Digitized by Google

scriptum ad peticionem parcium exinde conscribi fecimus, sigillo nostro pro testimonio et munimine roboratum.

Perg. Or. 15,5 cm breit, 8,5 cm hoch, kleine, feine und saubere Schrift, Siegel des Ausstellers, wie bei No. 432 befestigt, aus Wachs 55:47 mm wie an No. 384. Die Urkunde wird bei späteren Erwerbungen des Klosters Salem in Langenenslingen in das Archiv von Salem gekommen sein. Auf der Rückseite steht von Salemer Hand: hec litera est heredum Cûnradi Murzel.

1269. September 17. Immendorf. Burkard und Berthold Gebrüder von Kisslegg übergeben durch Vermittlung des Heinrich von Lautrach und des Volkmar von Kemnat dem Kloster Salem Güter zu Hindelwangen, deren unmittelbare Vergabung der Abt von St. Gallen, dessen Ministerialen sie sind, untersagt hatte. 451.

Universis hanc paginam inspecturis Burkardus et Bertholdus fratres de Kiselegge fidem adhibere subscriptis. Noverint universi, quod, cum nos ad peticionem Hainrici de || Burgberg, filii sororis nostre, in lecto egritudinis constituti[1] ob remedium anime sue promiserimus reverendis in Christo Eberhardo abbati || et conventui monasterii de Salem possessiones ad summam redditus quatuor librarum usualis monete tradere et traditas assignare, nos, ut predicta || donatio seu traditio firmitatis robur posset obtinere, cum a reverendo domino abbate Sancti Galli, cuius sumus ministeriales, humiliter a nobis exquisito fuerit denegatum nec concessum, ut possessiones nostras in Hivndelwang, videlicet curiam dictam *under der Aiche*, que solvere debet duas libras minus uno solido, et curiam dictam *Liupolts suns*, que solvere debet 15 solidos, et curiam Hainrici Nigri, que solvere debet 17 solidos et 6 denarios, et curiam Hainrici superius in villa, que solvere debet 7 solidos, et possessiones dictas *in der Bivnde*, que solvere debent 3 solidos, que iure proprietatis ad nos spectabant, per manus suas, secundum quod moris est, possemus contradere, ipsas possessiones contulimus et tradidimus Hainrico dicto de Luterach, filio nostre sororis, qui et ipsas contulit domno Volkmaro de Kemnat, quod et facere poterat eo, quod pro media parte uterque fuerat eiusdem condicionis. Sane idem domnus de Kemnat, pro parte existens ministerialis ecclesie Augustensis, et pro parte ministerialis imperii, ipsas possessiones libere

[1] Or. hat constituto.

Digitized by Google

possessas, accedente consensu et voluntate reverendi in Christo patris, domini Hainrici dei gratia Augustensis episcopi, transtulit in monasterium de Salem sepedictum, libere donando ac conferendo, pacifice perpetuo possidendas. Acta sunt hec in prato apud Immendorf anno domini M° CC° LXIX°. XV°. kalendas octobris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobilibus viris Rûdolfo comite de Monte Forti, Berhtoldo de Druhburg, Marquardo de Kemnat, Berhtoldo Dapifero de Rordorf, Berhtoldo de Zîl, Diepoldo de Luterach, Cûnrado de Voenenberg, Hainrico de Râzenriet, militibus, de fratribus vero de Salem fratre Hainrico, quondam abbate in Isenina, et fratre Eberhardo de Stekboron et aliis quam pluribus probis viris. In cuius rei evidentiam presens instrumentum conscribi fecimus et sigillis nostris nec non sigillo Diepoldi de Luteras, (sic.) quo et Hainricus filius suus et filius nostre sororis sepe dictus utitur, duximus roborandum. Ego vero Hainricus de Luterach predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera et per me, ut narrata sunt, fore facta, et quia sigillum proprium non habeo, usus sum sigillo patris mei in hoc facto.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, in der letzten Zeile gehen von allen Anfangsbuchstaben Striche bis zur Siegelfalte herab. 3 Siegel an Pergamentstreifen anhängend, aus Malta: 1. des Burkard von Kisslegg (IV A 2) spitzoval, 50:30 mm, der obere Theil des Siegelfeldes oberhalb des Dreieckschildes ist durch eine Arabeske ausgefüllt. Im Schild ein nach rechts aufsteigender gehörnter Panther, in der rechten Schildecke ein kleiner Stern. Umschrift: † **s. bvrkardi. de chiselegge. militis.**, auf der Rückseite Daumeneindruck. — 2. (verkehrt anhängend) des Berthold von Kisslegg (IV A 1), schildförmig, 50:35 mm, im Siegelfelde das nämliche (in der Zeichnung etwas verschiedene) Wappenbild, rohere Arbeit, Umschrift: † **s. bertoldi. de kislegge**, auf der gratartig erhöhten Rückseite 3 kerbförmige wagrechte Einschnitte. — 3. des Diepold von Lautrach, rund, 38 mm (IV A 2) in dem Dreieckschild, der in den Schriftrand hereinragt, der Kopf eines Hirsches (Achtender). Umschrift: † **s. diepoldi d. lavtrahc**, auf der Rückseite Daumeneindruck. Die Urkunde ist lehrreich für die Kenntniss der Form, unter welcher die erforderliche Zustimmung des Dienstherrn zu einem Güterverkauf seitens der Ministerialen umgangen werden konnte.

Zwischen 1269—1274. Bischof Eberhard II. von Konstanz beurkundet, dass der Dekan der Konstanzer Kirche Walco den von den Brüdern von Moos erkauften Antheil an der sog. „tiefen Tracht", einer Fischenz bei Lone an das Kloster Salem geschenkt habe. 452.

Ebirhardus, dei gratia Constanciensis episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis rei geste noticiam cum salute. || No-

Digitized by Google

verint, quos nosse fuerit oportunum, quod dilectus in Christo Walkûnus, decanus nostre ecclesie, in remedium anime sue piscinam sive || tractum, dictum vulgariter *diu tiufe trahte*, circa Lône, cuius partes seu portiones cum sint quatuor, videlicet abbatis de || Crucelino una, altera abbatis de Petri domo, tercia dictorum *Wernhers kind in der muli*, quarta vero, de qua agitur, Ûlrico militi, Wernhero, Willehelmo et Diethelmo fratribus dictis de Mose proprietatis titulo noscitur pertinere, de quo nomine census duo milia piscium euntium desiccatorum, qui dicuntur vulgariter *raibelinge*, circa festum beati Martini annis singulis persolvuntur, a predictis fratribus de Mose, nostre ecclesie ministerialibus, proprietatem piscine sive tractus portionis ipsorum cum omni iure pro 9 marcis argenti legalis, omni sollempnitate adhibita, conparavit, viris religiosis abbati et conventui de Salem libere donando et tradendo contulit, in perpetuum possidendam. Verum cum uxor Hainrici militis de Bermûtingen usufructum habeat percipiendi pisces predictos pro tempore vite sue, actum est, ut donacio predicta seu contractus ipsam in hoc non inpediat, sed ea cedente vel decedente dicta perceptio piscium, nullius contradictione obstante, nec heredum ipsius, quibus nil iuris acquiritur per usufructum predictum, ipso facto transeat pleno iure ad monasterium prenotatum, perpetuo possidendum. In cuius rei evidentiam presenti cedule ad petitionem partium predictarum sigillum nostrum pro testimonio duximus apponendum. Nos vero Ûl(ricus), Wer(nherus), Wille(helmus) et Dieth(elmus) fratres predicti de Mose predictam venditionem, prout premissum est, profitemur esse factam et nobis peccuniam precii fore integraliter persolutam. Unde, quia sigilla propria non habuimus, in hoc facto sigillis predictorum domini nostri episcopi et decani pro facti robore usi sumus. Nos Walkûnus, decanus ecclesie Constantiensis, predicta omnia, prout premissa sunt, presentibus profitemur esse vera, sigillum nostrum ad evidentiam huic cedule apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Bischofs Eberhard (bekannt) und des Domcapitels (wie an No. 259) jedes mit 2 Daumeneindrücken. Undatiert. Die Zeitgrenzen für diese Urkunde ergeben sich aus der erstmaligen Erwähnung des Walco als decanus i. J. 1269 (vgl. Ztschr. 28, 32) und durch das Todesjahr Bischof Eberhards II. (1274). Obwohl Walco in der Siegelformel von

Digitized by Google

seinem Siegel spricht, siegelt er doch mit dem Siegel des Domcapitels Später führt er ein eigenes Siegel (s. unten d. Urk. von 1270 Feb. 24). Cod. Sal. III, 190 No. CLVI.

1270. o. T. Ueberlingen. Der Schultheiss Werner und der Rath der Stadt Ueberlingen beurkunden die dem Kloster Salem seitens der dortigen Bürgerin Adelheid Clett, vorbehaltlich der Nutzniessung auf Lebenszeit, zugewandte Schenkung ihrer gesammten liegenden und fahrenden Habe. 453.

Omnibus hanc paginam inspecturis Wernherus minister et consules civitatis in Überlingen rei || geste noticiam cum salute. Noverint universi, quod cum Adelhaidis, concivis nostra dicta Clettin, ius, quod || habebat in domo, quam a domino Hermanno, quondam nostro plebano, nomine monasterii de Salem comparaverat iusto titulo emptionis, dicto monasterio, necnon omnes alias res suas mobiles et inmobiles in quocumque loco, quantitate || et qualitate fuerint, sine omni exceptione pro anime sue et suorum [salute] dederit et tradiderit, pleno iure libere possidendas, in possessionem vacuam tunc existentium omnium predictorum dictum monasterium introducens, in hiis autem, que erit habitura in futurum domino adiuvante, verum heredem constituendo, et istam donationem et traditionem, factam nomine testamenti, constituta coram nobis, servatis omnibus, que in talibus donationibus rite sunt in omnibus observanda, ad maiorem cautelam sollempniter peregisset, venerabilis in Christo . . abbas prefati monasterii de Salem, attendens provide dicte Adelhaidis circa suum monasterium fidei constantiam et affectum, usum predictorum omnium sibi conmisit percipiendum sine preiudicio sui monasterii, tantum ad terminum vite sue, ita ut post sue solius obitum memorata domus cum omnibus rebus mobilibus et inmobilibus ad ipsam in morte quocumque titulo spectantibus absolute, omnium heredum suorum, cum nichil iuris habeant in predictis, contradicione qualibet non obstante, ad suum monasterium devolvantur. Nos vero, quia dictum monasterium ex affectu cupimus in omnibus promovere, ne ista omnia a quoquam homine possint calumpniari in posterum, vel modo quolibet enervari, ad peticionem partium presentem cedulam exinde confectam nostro sigillo duximus roborandam. Ego Adelhaidis dicta Clettin predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse

Digitized by Google

vera. Actum et datum in Überlingen, anno domini M° CC° LXX° indictione XIII^a.

Perg. Or. Vermuthlich Ueberlinger Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an schmalen Pergamentstreifen, wie an No. 197, Rückseite glatt.

1270. Februar 24. Konstanz. Ulrich von Bodman, Dienstmann des Bischofs von Konstanz, übergibt durch dessen Hand seine eigenthümlichen Güter in Pfaffenhofen an das Kloster Salem, obgleich bezüglich der in dem gleichen Kaufvertrag ebenfalls einbegriffenen, von dem Grafen von Helfenstein zu Lehen rührenden Güter zu Owingen der lehenherrliche Consens noch aussteht. 454.

Universis hanc paginam inspecturis Rûdolfus miles de Bodeme noticiam subscriptorum cum salute. Vita cunctorum instabilis || et memoria hominum labilis ac infirma monent, gesta temporum perhennari serie litterarum. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod habito || tractatu vendicionis possessionum in Phaphenhouen et in Owingen cum reverendis in Christo Eberhardo abbate et conventu de Salem, et conventum esset || de precio, ego una cum nobili domina Ûdelhilde, uxore mea, et Ulrico, Cûnrado, Martino, Ûlrico, Rudolfo et Walthero, filiis meis, cum nondum vendicio pheodi in Owingen esset completa, eo quod consensus nobilis viri comitis Ulrici de Helfenstein, a quo de ipsis fueram inpheodatus, super hoc erat requirendus, partem, que iure proprietatis ad me pertinebat, videlicet possessiones in Phaffenhouen, de consensu et voluntate, immo per manus reverendi in Christo patris et domini Eberhardi, dei gratia Constantiensis episcopi, cuius ministerialis sum, ipsis abbati et conventui ac per eos suo monasterio tradidi et contuli, nullo contradicente, cum omni iure et suis appendiciis, videlicet agris, vineis, pratis, molendinis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, areis, aqueductibus, piscinis, piscationibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis et omnibus iuribus et consuetudinibus et pertinentiis eorundem et iure, quod vulgo dicitur *ehafti*, aliisque appendiciis omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, libere perpetuo possidendas, volens, ut dicte possessiones in Phaphenhouen ipsi monasterio remaneant, etiam si consensus domini comitis predicti super possessionibus pheodalibus in Owingen non intervenerit. Acta sunt hec in Constantia, anno domini M° CC°

Digitized by Google

LXX[0] in die Mathie apostoli, subnotatis testibus et rogatis, videlicet Walkono decano, Hainrico et Liutoldo, Sancti Stephani et Episcopalis Celle prepositis, Berhtoldo thesaurario et Burkardo fratre suo, dictis de Hohenuels, et Rûperto de Tannenvels, canonicis Constantiensibus, Mangoldo plebano Sancti Stephani, Rûdolfo Johelario et Cûnrado Subscopa, canonicis eiusdem ecclesie, Walthero de Ailggov, Johanne de Mivlhain, Hainrico Bivrzelario, Hainrico de Bivrgelon et Hainrico dicto Shân, militibus, Walthero Johelario, civi Constantiensi, de fratribus vero de Salem Ulrico Gratario, Nycolao, Eberhardo de Stekboron et fratre Bertholdo, mercatore et aliis quam pluribus probis viris. In cuius rei evidentiam presens instrumentum conscribi feci et ipsis tradi, sigillis reverendi in Christo patris et domini Eberhardi, dei gratia Constantiensis episcopi, et sui capituli, ac etiam Walkoni decani, nec non Hainrici et Liutoldi, Sancti Stephani et Episcopalis Celle prepositorum, et meo communitum.

Nos[1] vero Ûdelhildis predicta, Ulricus, Cunradus, Martinus, Ulricus, Rudolfus et Waltherus fratres predicta omnia profitemur esse vera et per nos facta, et quia sigilla propria non habemus, sigillis dominorum prescriptorum usi sumus in hoc facto.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 5 Siegel aus Malta an schmalen Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Eberhard (Daumeneindruck), 2. des Domcapitels zu Konstanz (zwei Daumeneindrücke) beide bekannt. — 3. des Domdekans Walco, spitzoval (III A 2 c), 52:30 mm, in dem oberen Theile des Siegels der heilige Johannes (in ganz kleiner Schrift steht daneben S. JOHS.), darunter, unter einem romanischen Bogen knieend ein Kleriker. Umschrift: † **s. walkonis. decani. constanc. eccl'ie.** (Daumeneindruck). — 4. des Propstes Heinrich von St. Stephan in Konstanz, wie an No. 447. — 5. des Propstes Liutold von Bischofszell wie an No. 354 (Daumeneindruck); das 6. Siegel, des Ausstellers, ist abgefallen. Cod. Sal. III, 27 No. XXV. Regest: Ztschr. 3, 83. Vgl. unten die Urk. v. 1273 Jul. 24.

1270. März 7. Salem. Die Grafen Berthold und Konrad von Heiligenberg genehmigen den Kauf von Gütern des Hermann von Bächen zu Weildorf, die von ihnen zu Lehen rühren, durch das Kloster Salem.

455.

Universis presens scriptum intuentibus nos Berhtoldus et Cunradus fratres comites Sancti Montis rei geste noticiam cum || salute. Temporum malicia et memoria hominum labilis

[1] Auch im Or. a linea.

Digitized by Google

et infirma monent, gesta temporum perstringi serie litterarum. Noverint igitur universi, quod cum venerabilis in Christo Eberhardus abbas et conventus monasterii de Salem, Constantiensis dyocesis, quos in omnibus cupimus promovere, || possessiones dictas *des Waibels guot*, sitas in Wildorf, cum agris, pratis, areis et omnibus suis pertinentiis, que nobis proprietatis titulo pertinebant, a Hermanno dicto de Bechiv, qui a nobis de predictis possessionibus fuerat infeodatus, pro 15 marcis argenti legalis nomine sui monasterii, adhibita omni iuris cuiuscumque et consuetudinis solempnitate, iusto emptionis titulo comparassent, nos, receptis quatuor marcis argenti, in ipsam venditionem et emptionem consensimus, recipientes ad manus nostras resignationem dicti feodi, donantes ac tradentes dictas possessiones et ipsarum proprietatem cum omni iure monasterio pretaxato, libere perpetuo possidendas. Renuntiantes una cum dicto Hermanno omnibus iuribus, exceptionibus, actionibus peccunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta donatio et traditio possit in posterum enervari. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXX°, nonas marcii, indictione XIII^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico plebano de Livtchilche, Rudolfo vicario in Wildorf, Rûdolfo de Ramsperc, Manegoldo et Cunrado fratribus de Milnhouen, Gôzwino de Burron, Gôzwino de Schowenburc, Cunrado de Vrendorf, Rudegero priore de Salem, Cunrado cellerario minore, Cunrado de Veringen, Bertoldo magistro conversorum, Hainrico vestiaro, Friderico medio celler(ario), Eberhardo de Stekeboron, monachis, Geroldo pistore, Bertoldo mercatore, Eberhardo magistro hospitum, Bertoldo refectorario, Cunrado cerdone, conversis, Baendelino famulo et Cunrado dicto Butz et aliis quampluribus probis viris. Ut autem hec inconvulsa permaneant, presentem cedulam exinde conceptam et sigillo meo, scilicet Cunradi comitis, quo et ego Berhtoldus usus sum in hoc facto, roboratam supradicto monasterio tradidi ad cautelam. Ego Hermannus dictus de Bæchiv supradicta, prout premissa sunt, profiteor esse vera, et quia sigillum proprium non habui, sigillo predicti domini mei comitis sum contentus.

Perg. Or. Salemer-Kanzleihand. Siegel des Ausstellers (bekannt) aus Malta an schmalem Pergamentstreifen (Daumeneindruck). Reg. Fickler, Heiligenberg Reg. 113.

Digitized by Google

1270. März 18. Gottlieben. Bischof Eberhard II. von Konstanz belehnt den Konrad von Gundelfingen mit den Besitzungen zu Burgweiler, Granheim und Bremelau, deren Eigenthumsrecht dieser an die Kirche zu Konstanz abgetreten hatte. 456.

E(berhardus), dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus salutem et noticiam rei geste. || Ut ea, que provide fiunt, a memoria hominum non recedant, cautum est ea, que geruntur, scripturarum memorie || commendari. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod nobilis vir Cûnradus de Gundolvingen || pure propter deum proprietatem possessionum suarum in Burchwiler, Granhaim et in Bremeloch cum omnibus suis attinentiis, sine omni contradictione, nobis et ecclesie nostre Constantiensi tradidit et donavit. Nos igitur, sue pietatis affectum, quem ad nos et monasterium nostrum gerere dinoscitur, de precepto non ingrati beneficio provide intuentes, possessiones easdem sibi titulo feodi duximus liberaliter concedendas. Et ut de sua liberalitate sibi gaudeat, liberalius fore factum promittimus et obligamus nos et successores nostros presentibus, quod omnibus suis heredibus utriusque sexus, tam masculis quam feminis, in concessione predicti feodi nullum obstaculum inferatur, sed quod infeodationem eorundem liberaliter consequantur. Liceat etiam et licitum est, easdem possessiones fratribus suis sub titulo predicto legare, quod vulgariter dicitur *machon*, per manus nostras pro sue beneplacito voluntatis. In cuius rei evidentiam presentes litteras sibi concessimus, sigillorum nostri et capituli nostri robore communitas. Actum Gottelivbon, anno domini M° CC° LXX°. XVII. kalendas aprilis, indictione XIII^a.

Perg. Or. Konstanzer Bischofskanzlei-Hand. 2 Siegel aus Wachs, die bekannten des Bischofs (durch Fingerdruck etwas erhöht), und des Domcapitels (mit 3 Eindrücken), beide an weiss und gelben Leinenlitzen an der Urkunde hängend. Die Urkunde ist ohne Zweifel in das Salemer Archiv gekommen, als i. J. 1279 Konrad von Gundelfingen mit bischöflicher Erlaubniss Burgweiler an Salem verkaufte. S. unten die Urkunde d. d. 1279 Mai 26.

1270. Mai 9. Salem. Die Grafen Berthold und Konrad von Heiligenberg verkaufen an das Kloster Salem ihre Vogtrechte an einem Gut in Tüfingen und an einem Acker in Buggensegel. 457.

Omnibus[1] hanc paginam inspecturis nos Berhtoldus et Cun-

[1] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

radus fratres comites Sancti Montis noticiam rei geste || cum salute. Si res geste litterarum memorie conmendantur, successoribus aufertur occasio litigandi. Tenore igitur harum pateat || universis, quod nos, receptis quinque marcis uno fertone minus argenti legalis a monasterio de Salem, ius advocatie, quod nobis || pertinebat in predio sito in Tivingen, quod reverendi in Christo abbas et conventus dicti monasterii a quibusdam hominibus libere condicionis dictis de Ertingen, ad quos dicti predii proprietas pertinebat, adhibita omni sollempnitate, conpararunt, proprietatis titulo possidendum et aliud ius advocatie in agro sito in Buggensedel dicto *in den Lochern*, cuius proprietas dicto monasterio noscitur pertinere, in ipsum monasterium transtulimus, pleno iure pacifice possidendum, sicut nos et nostri progenitores possederant illucusque. Renuntiantes omni iuri, quod nobis ratione advocatie in dictis prediis conpetebat vel conpetere videbatur casu quolibet contingente. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXX°. VII°. idus maii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberto de Eberhartswiler, milite, Mangoldo de Milnhouen, Hugone de Lehsteten, Hainrico Rittersman, Burkardo dicto Stivfsun, fratre Hainrico, fratre nostro de hospitali[1], de fratribus vero de Salem Rudegero priore, Cunrado et Friderico cellerariis, Ulrico Gratario, Nycolao, Ůlrico de Phullendorf, monachis, Bertholdo mercatore et Geroldo pistore, conversis, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem cedulam dicto monasterio tradidimus, sigillo meo, scilicet Cůnradi comitis, quo et ego Bertholdus in hoc facto, quia sigillum proprium non habui, usus fui, roboratam, pro testimonio et cautela. Datum anno et die ut supra.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Grafen Konrad an Pergamentstreifen anhängend, bekannt, leichter Daumeneindruck. Cod. Sal. I, 302 No. CLXXIIII. Reg. Ztschr. 3, 84. Fickler, Heiligenberg Reg. 114.

1270. Mai 9. Salem. Dieselben gestatten als Lehensherrn die Umwandlung von Gütern des Mangold von Mülhofen und des Hug von Leustetten in ein Salem'sches Zinslehen. 458.

Universis[2] hanc paginam inspecturis nos Berhtoldus et Cůnradus fratres comites Sancti Montis || salutem et noticiam

[1] Graf Heinrich von Heiligenberg war demnach in den Johanniterorden eingetreten. — [2] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

subscriptorum. Ut facta modernorum posteris elucescant, litterarum solent sigillis et testibus perhennari. Hinc est, quod nos presentibus protestamur, quod, cum Mangoldus dictus de Lehste||ten, accedente consensu matronum et liberorum utriusque, predia sua sita in Wildorf, scilicet curiam dictam *Mangoltshof* cum agris, pratis, silvis et aliis appendiciis, eidem curie intus et extra pertinentibus, dicto Mangoldo de Milnhouen proprietatis titulo pertinentem et aliam curiam dictam *Hugeshof* cum agris, pratis, silvis aliisque appendiciis universis, eidem curie intus et extra similiter pertinentibus, cuius proprietas dicto Hugoni libere pertinebat, monasterio de Salem, receptis quinque marcis argenti legalis a dicto monasterio per manus nostras, quia aliter fieri non potuit, vendiderunt, tradiderunt et donaverunt, pleno iure perpetuo possidendas, quas dictus abbas ipsis iure censuali, quod vulgo dicitur *zinslehen*, Mangoldo scilicet pro duobus denariis et Hugoni pro duobus denariis, nomine census in festo sancti Martini singulis annis persolvendis, tradidit et donavit, ipsis et heredibus suis universis, Mangoldo et Hugone protestantibus, nullas proprias possessiones preter predictas in dicta villa ullatenus se habere, nos dicte vendicioni, que per manus nostras rite facta est, cum omni sollempnitate, que adhiberi in vendicionibus consuevit, gratum assensum adhibuimus, facientes quidquid per nos in dicta vendicione ad ratihabicionem facere debebamus. Et quia dictum monasterium cupimus in omnibus promovere, protestamur, predictum Mangoldum decimam grangie in Wildorf predicto monasterio pertinentis seu ius, quod in dicta decima habebat, a qua a nobis fuerat inpheodatus, resignasse dictam decimam ad manus nostras primitus. Qua resignatione facta una nobiscum, voluntate Gûte, uxoris sue et liberorum suorum, videlicet Gûte et Hademûtis, quia plures tunc temporis non habebat, prehabita et consensu, monasterio pretaxato, receptis ab ipso monasterio 10 marcis argenti legalis, vendidit, tradidit et donavit libere et quiete perpetuo possidendam. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXX°. VII. idus maii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberto de Eberhartswiler, milite, Hainrico dicto Ritersman, Burkardo Stiufsun, fratre Hainrico, fratre nostro de hospitali, Rudigero, priore de Salem, Cunrado et Friderico cellerariis, Ulrico Gratario, Nycolao, Ůlrico de Phullendorf

Digitized by Google

Bertholdo mercatore et Geroldo pistore. In cuius rei evidentiam presentem cedulam dicto monasterio tradidimus, sigillo meo, scilicet Cunradi comitis, quo et ego Bertholdus in hoc facto, quia sigillum proprium non habui, usus fui, roboratam pro testimonio et cautela. Ego Mangoldus de Milnhouen profiteor per presentes, premissa omnia, prout premissa sunt, esse vera et per me facta, et quia sigillum proprium non habui, sigillo predicti[1] domini Cunradi comitis, mei domini, sum contentus. Ego vero Hugo de Lehsteten profiteor, premissa omnia esse vera et per me facta, et quia sigillum proprium non habui, sigillo predicti domini Cunradi comitis, mei domini, sum contentus.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel abgefallen. Cod. Sal. III, 132 No. CXX. Reg. Fickler, Heiligenberg. Reg. 115.

1270. Mai 20. Weissenau. Abt und Convent von Weissenau verkaufen, um ihre Gläubiger befriedigen zu können, die Güter in Ertingen, welche sie ehemals von Salem gekauft hatten, wieder an dieses Kloster.

459.

Universis hanc paginam inspecturis Hainricus abbas et conventus Augie Minoris subscriptorum noticiam cum salute. Ut gesta modernorum posteris elucescant, scriptis solent et sigilliis et testibus communiri. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum monasterium nostrum, propter malignorum hominum insultus varios, multis esset debitis oneratum, nec posset creditoribus propter penuriam de pecunia sibi credita, dampnis et usuris excrescentibus in immensum, satisfacere, ad exonerandum antedictum monasterium a dampnis huiusmodi, possessiones nostras sitas in Ertingin, scilicet curiam inferiorem et superiorem [76] Bidenbach, quas a monasterio de Salem comparavimus, cui ab antiquo proprietatis titulo pertinebant cum omnibus suis pertinenciis et iuribus seu appendiciis, eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus et ad plenam libertatem competentibus pro 83 marcis argenti legalis ad pondus Constantiense, tradendo cum omni sollempnitate et legalitate, Eberhardo abbati et conventui de Salem ac per eos monasterio eorum iam dicto vendiderimus tali modo, qui in huiusmodi donationibus, venditionibus et traditionibus venditionum conswevit adhiberi, omnium eorum, quorum intererat,

[1] Or. hat predicto.

Digitized by Google

et specialiter reverendi patris et domini E(berhardi), dei gratia Constantiensis episcopi, accedente consensu et voluntate, possessionem liberam et vacuam dictarum possessionum, de cetero quiete ac pacifice possidendam. Renunciantes omni iuri et iuris auxilio, omni foro tam civili quam ecclesiastico, omni defensioni, omni constitutioni tam legum quam canonum, omni conswetudini tam loci quam patrie, omnibus litteris impetratis[1] vel impetrandis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate pecunie, nec non omnibus aliis exceptionibus, defensionibus, per quas dictus contractus posset irritari, revocari vel impediri. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, presens instrumentum exinde conceptum et monasterio de Salem traditum pro testimonio et cautela sigillo nostro et sigillo conventus nostri, necnon sigillo reverendi patris et domini E(berhardi), dei gratia Constantiensis episcopi, duximus muniendum. Nos E(berhardus), dei gratia episcopus Constantiensis, profitemur, predicta omnia esse vera, sigillum nostrum huic instrumento ad petitionem partium predictarum pro testimonio apponentes. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXX° in vigilia annunciationis dominice[2], subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Cûnrado et Hainrico cellerariis de Salem, fratre Ûlrico Grâtario, fratre Nycolao, monachis, fratre Ber(htoldo) mercatore et fratre H. dicto Ippelin aliisque quam pluribus fidedignis. Datum apud Augiam anno domini ut supra, XIII°. kalendas iunii, subnotatis testibus presentibus et consentientibus, scilicet domino Ber(htoldo) abbate de Rote, Berhtoldo priore, Walthero antiquo abbate, Volkmaro vestiario, Marquardo sacrista, H. de Husen, H. de Phephikoven, H. cantore, H. de Constantia, Cûnrado [77] dicto Emch, C. de Tisintis, H. de Campidona, H. de Aenemerkingen, Bur(cardo) de Marhdorf, H. dicto Ippeli et H. subcellerario, monachis et conversis Augie minoris.

Cod. Sal. III, 75 No. LXX. Reg. Ztschr. 3, 84.

1270. Aug. 27. Villingen. Berthold Schamel, Kirchherr zu Mönchsweiler und Obereschach, seine Schwester Mechtild und deren Ehemann Konrad überweisen dem Kloster Salem durch letztwillige Verfügung Güter zu Villingen, Weigheim, Ueberbecken und Mühlhausen. 460.

Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Ber-

[1] Cod. hat zweimal impetrandis. — [2] März 24.

Digitized by Google

(toldus) dictus Schamel, rector ecclesiarum in Munchwiler et in Eschca noticiam rei ge||ste. Temporum malicia et hominum memoria labilis monent, gesta temporum dictis, testimonio et scriptis literarum ad cautelam omnimodam perennari. Pre||-senti igitur scripto pateat universis, quod ego una cum Mehthilde, sorore mea, necnon Cunrado, marito suo, pro animarum nostrarum remedio et salute || curiam sitam in Wighain et predium in Uberbekon, que ad nos ex materna hereditate fuerunt legitime devoluta, et ego Ber(toldus) in augmentum salutis mee hiis adiciens domum contiguam ecclesie in Vilingen et predium in Mulhusen, quod ab illis de Schiltegge comparaveram, libere possidendum, que omnia et singula michi proprietatis titulo pertinebant, in monasterium de Salem cum omnibus iuribus, libertatibus et omnibus appendiciis intus et extra dictis prediis pertinentibus transtulimus, accedente consensu omnium, quorum intererat, pleno iure libere et quiete perpetuo possidenda. Renuntiantes omni iuri, actioni, excepcioni, consuetudini, omni legum iuris civilis et canonici subsidio et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta donatio sollempniter facta posset modo quolibet in posterum enervari, dictum monasterium inducentes iuxta nostre provincie consuetudinem in possessionem vacuam omnium predictorum, subnotatis tamen conditionibus perconceptis: ut idem monasterium predicta bona omnia nobis tribus tantum traderet pro annuo censu, videlicet uno solido denariorum, sepedicto monasterio nominati census annis singulis persolvendo, tantum ad terminum vite nostre, ita videlicet, ut post mortem mei, videlicet Ber(toldi) plebani, si predicta soror mea et maritus eius superstites mei fuerint, predicta bona, que ad nos ex materna hereditate devoluta fuerant, tantum possideant ad vite terminum utriusque, ita tamen, ut cum alter ipsorum migraverit ex hac luce, superstes suus medietatem percipiat predictorum, quo defuncto sua medietas, sicut et altera antea, ad supradictum monasterium libere revertatur, et ipsum monasterium dare tenebitur viginti libras currentis monete in Vilingen post mortem mei, Ber(toldi) plebani, ecclesiis in Munchwiler et in Escha in usus necessarios equali proportione predictam summam exintegro expendendam, quamvis nichil horum, que in dictum monasterium transtuli, collegerim vel perceperim de ecclesiis memoratis. Et ex ista nostra

Digitized by Google

donatione seu traditione omnium predictorum nulli heredum nostrorum, nec aliqui, quacumque occasione, iure, conditione, cuiuscumque conditionis vel sexus homines fuerint, quicquam iuris vel actionis sibi debent vel poterunt in posterum vendicare. Acta sunt hec apud Vilingen anno domini M° CC° LXX°. VI. kalendas Septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ber(toldo) plebano in Herzogenwiler, E. vicario in Vilingen, H. sculteto in Vilingen, C. dicto Sculteto et H. fratre suo, C. Stehillino et C. Stehillino, patruo suo, Wer(nhero) dicto Veteren, Ber(toldo) dicto Hainburgen, C. dicto Blez, . . dicto Sigeboten, Ber(toldo) Doldelin, T. dicto Regelin, de fratribus vero de Salem fratre R(udolfo) bursario et fratre Nicolao, monachis. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam exinde conceptam et sigillis reverendi patris et domini E(berhardi), dei gratia Constantiensis episcopi, necnon universitatis civium in Vilingen et mei, videlicet plebani memorati, [roboratam] predicto monasterio contulimus pro testimonio et cautela. Nos E(berhardus), dei gratia Constantiensis episcopus, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus profitemur, nostrum sigillum ad peticionem partium apponentes. Ego vero H. scultetus et consules de Vilingen, eadem esse vera et coram nobis facta iuxta nostre civitatis ius et consuetudinem approbatam, presentibus profitemur, sigillum nostre universitatis pro testimonio ad peticionem partium apponentes.

Perg. Or. Sehr hartes Pergament. Fremde Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: ' 1. des Bischofs Eberhard; — 2. der Stadt Villingen, wie an No. 266, beide durch Fingerdruck erhöht; — 3. des Berthold Schamel wie an No. 449, kleiner Daumeneindruck. Druck Ztschr. 8, 369. Die Bestätigung dieses Testaments durch Bischof Eberhard s. oben No. 449, eine weitere dazu gehörige Urkunde d. d. 1275 Mai 19, s. unten.

1270. o. T. Konstanz. Bischof Eberhard von Konstanz beurkundet, dass Hedwig, die Wittwe des Ritters Burkard Hupolt von Owingen Güter bei Ruzenreute und Schadenholz an das Kloster Salem verkauft habe. 461.

Universis[1] hanc paginam inspecturis Eberhardus, dei gratia Constantiensis episcopus, noticiam subscriptorum cum salute.

[1] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

Presentes noverint et || futuri, quod mulier devota Haedewigis, relicta quondam Burkardi militis dicti Hupolt, de Owingen possessiones suas dictas *der Korb*, sitas iuxta || Rûzenrivti et agrum situm iuxta Shadenholz cum omnibus eorum attinentiis et iuribus universis, que ipsa a nobili viro[1] marchione || de Baden per multa retroacta tempora possederat illucusque, reverendis in Christo Eberhardo abbati et conventui de Salem ac per eos suo monasterio, accedente consensu et voluntate Cûnradi filii sui et Agnetis filie sue, pleno et expresso, pro 6 libris denariorum Constantiensium vendidit, contulit et donavit cum omni sollempnitate, que in huiusmodi contractibus solet adhiberi, pleno iure libere et pacifice perpetuo possidendas, renuncians omnibus iuribus et consuetudinibus, quas habebat vel habere videbatur, sibi et suis heredibus conpetentibus in eisdem, casu quolibet contingente. Promittentes etiam quod decem marcas argenti persolvat dicto monasterio, si super hoc eiusdem monasterii abbatem, qui pro tempore fuerit, vel conventum aliquatenus inquietet, caucione super hoc prestita, fide data nomine iuramenti. Acta sunt hec apud Owingen anno domini M° CC° LXX° in die Urbani[2], subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero de Hohenvels, Friderico de Maennelinshouen, militibus,[1] dicto Woldan, Ulrico filio suo, Ulrico filio plebani de Phaphenhouen, Burcardo dicto Mivller, Hainrico Villico in Vronhove, Cunrado fratre suo, Rudolfo Vorster, Hainrico Hûber, Hainrico filiastro suo, Jacobo dicto Kolli, Rudolfo dicto Rivti, de fratribus vero de Salem Ulrico Gratario et Bertholdo mercatore. Nos autem, ut hec robur habeant firmitatis, ad petitionem partium predictarum hanc paginam exinde scribi fecimus et sigilli nostri appensione roborari. Nos vero Hadewigis, Cunradus et Agnes iam dicti predicta omnia profitemur, pro ut premissa sunt, esse vera et per nos facta, et profitemur, predictam pecuniam, videlicet 6 libras denariorum Constantiensium, recepisse. Et quia sigilla propria non habemus, usi sumus sigillo domini episcopi Constantiensis in hoc facto. Datum Constantie anno domini ut supra.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Das Siegel des Ausstellers aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend, auf der Rückseite durch Fingerdruck leicht erhöht. Reg. Ztschr. 3, 84.

[1] Lücke im Or. — [2] Mai 25.

Digitized by Google

Circa 1270. Bischof Eberhard II. von Konstanz entscheidet einen Streit zwischen den Klöstern Salem und St. Blasien über den Besitzstand an einer Hufe zu Altkoven, nach umfassendem Zeugenverhör und unter Vorbehalt rechtlicher Entscheidung über das Eigenthumsrecht, zu Gunsten des Klosters Salem. 462.

In nomine domini amen. Pateat omnibus processus et recessus iudicii nostri per attestationes et sententiam hic subscriptam et sigilli nostri munimine in perpetuam memoriam roboratam. Intendit || abbas et conventus de Salem probare mansum in Altkoven spectare ad ipsos ratione proprietatis et fuisse in possessione et spoliatos et eiectos, super hoc inducunt testes.

T. Ber. viceplebanus in Aigoltingin || iuratus dixit, quod predictum mansum emerunt pro quodam Rudegero de Aigoltingin, qui fuit in possessione tunc temporis, quando ve(n)didit et possederat eundem mansum 14 annis post obitum patris, et pater || suus Rudegerus possederat eundem mansum per quadraginta annos pacifice, de quibus ille recolit, qui loquitur, et ipse abbas et conventus per filium intraverunt. Requisitus, quam diu fuerint in possessione eiusdem mansus, dicit, quod octo annis, ut audivit ab eis. Rogatus, si unquam conventi fuerint in iudicio, dicit, quod nescit. Rogatus, quamdiu lis duraverit inter ipsos, dicit, quod nescit. Rogatus, pro quanto emerint, dicit, quod pro 15 marcis argenti, ut audivit. Rogatus, si interfuerit emptioni, dicit, quod non. Rogatus, quare sciat ita esse, dicit, quod fuerint subditi sui pater et filius et morabantur secum in eadem villa, et filius dicebat ei, ita esse. Rogatus, si arbitrium vel concordia usquam intervenerit, dicit, quod nescit. Rogatus, si per testes iuratos unquam predicta bona fuerint obtenta a quoquam, dicit, quod nescit. Rogatus, sive tempore emptionis interdictum dominorum de Sancto Blasio intervenerit, dicit, quod nescit. Item rogatus, si alia bona cum eodem mansu ab eodem emerint, dicit, quod alios duos mansus. Rogatus, an mansus predictus solverit decimas, dicit, quod ecclesie in Hovdorf, et quod proprietas spectat ad monasterium de Salem. T. fr(ater) C. conversus de Salem iuratus concordat de possessione et emptione cum primo, et quod fuerint 6 annis in possessione quieta, et quod fuerint vi eiecti ab hominibus ecclesie Sancti Blasii. De precio dicit, quod fuerint 28 marce, et quod sint tres mansus empti. Item dicit, quod fuit dies assignata ad concordiam inter ipsos faciendam et non poterant concordare. De persolvendis decimis concordat cum superiori, in aliis vero mansibus ipsi de Salem recipiunt decimas et usum fructum. Item corrigit illud, quod superius dixit, quod 24 anni sunt elapsi a tempore emptionis et fuerunt 8 annis in possessione quieta, et ut deponeret cautius, dicit, quod 6 tantum annis et quod illis 8 annis elapsis fuit eis lis mota a dominis de Sancto Blasio coram judicibus Constantiensibus. In aliis concordat cum primo. T. Hainricus, dictus Bandeli, iuratus dicit, quod vidit et audivit, quod pater Rudegeri fuit in possessione quieta dicti mansus 40 annis et post ipse R(udegerus) 14 annis, et quod ipse vendidit dominis de Salem pro 24 marcis

Digitized by Google

dictum mansum cum duobus aliis, et data sunt munera oculte ad valorem 4 marcarum et quod 24 anni sunt elapsi a tempore emptionis, et quod aliquando dies est assignata ad conponendum inter abbatem de Sancto Blasio et de Salem et non poterant convenire. Item vidit et audivit, quod post emptionem dictus Rûdegerus predictum mansum Cunoni et fratri suo Friderico, a quibus eum in feodum tenuit, resignavit et iidem fratres, quia eundem mansum tenuerunt in feodum ab abbate Sancti Galli, resignaverunt eum in manus dicti abbatis, et idem abbas eundem mansum tradidit monasterio de Salem. De eiectione concordat cum fratre C., et hoc de visu, et dicit, quod sibi data fuit dimidia marca propter hoc, quod interfuit et operam dedit. De aliis concordat cum primo. T. Rûdegerus de Bizzenhoven iuratus concordat de possessione cum proximo et de precio similiter, et dicit, quod ipse est, qui vendidit. Rogatus, si litem audivit eis moveri unquam, dicit, quod audivit, quod domini de Sancto Blasio moverint eis litem, utrum autem dies fuerit assignata ad conponendum nescit. Rogatus, si contradicentibus dominis de Sancto Blasio vendiderit, dicit, quod non audivit, de aliis, scilicet de resignatione facta ab eo eis, a quibus tenuit in feodum, et ceteris concordat cum proximo. De eiectione nichil scit, nisi secundum quod audivit, sicut dixit frater C. T. Hainricus dictus Kilse iuratus de tempore possessionis et eis, qui possederunt, et de tempore elapso a venditione concordat cum duobus proximis. De precio nescit, et dicit, quod domini de Salem fuerunt in possessione quieta octo annis, et sedecim annis in possessione non quieta, et dicit, quod ipse, qui loquitur, interfuit pluribus vicibus, ubi conponere volebant et non potuerunt. In aliis concordat per omnia cum proximo. De eiectione facta concordat cum fratre C. et hoc de visu, et dicit, quod ideo scit hec, quia fuit custos et cultor eiusdem mansus. T. H. cellerarius de Raithaselah iuratus de tempore possessionis facte a possessoribus predictis concordat cum proximo, venditioni non interfuit, sed audivit, ita esse, ut dictum est; de precio nescit; de tempore elapso a vendicione dicit, quod 22 anni, ut credit, et dicit quod ipse cum proximo fuit cultor predicti mansus. De resignatione facta nichil scit, nisi quod audivit, ita esse, ut proximus dixit. Item vidit dominos de Salem esse in possessione quieta octo annis, sed audivit de eiectione, et quod unus frater vulneratus ibi fuerit usque ad effusionem sanguinis. T. Cunradus dictus Maisterli iuratus de possessione facta per 40 annos a Rûdegero et per 14 a filio suo concordat cum aliis; emptioni non interfuit, sed audivit ab aliis, quod domini de Salem emerint a predicto Rûdegero, et dicit, quod viderit eos in possessione quieta 8 annis et 16 annis eis litem moveri; de eiectione facta concordat cum proximo; de aliis nichil scit. T. Hainricus, filius Rû(degeri) iuratus concordat per omnia cum Hainrico et Rû(degero), preter quam in hoc, quod non interfuit emptioni; de eiectione concordat cum proximo. Rogatus, quare hoc sciat, dicit, quia fuit filius Rûde(geri) et est frater Rûdegeri, qui vendidit. T. Cunradus dictus Kilse concordat per omnia cum Hainrico dicto Baendelin, Rudegero et Hainrico dicto Kilse; de eiectione nichil scit nisi quod audivit ita esse, ut narravit frater C. T. Dietricus de Altkoven iuratus de tempore possessionis facte a possessoribus concordat cum aliis; de precio concordat cum Rûdegero. De possessione facta a dominis de

Digitized by Google

Salem quieta concordat cum eodem Rûdegero; venditioni dicit se non interfuisse, sed ita audivisse, de eiectione dicit, quod vidit et interfuit, ubi homines monasterii de Salem, cum vellent deportare, ut prius fecerant, usum fructum predicti mansus, quod homines monasterii Sancti Blasii cum hominibus domini de Hewen venerunt et abstulerunt eis vi usum fructum cum curribus et bobus; resignationi non interfuit, sed audivit ab aliis, ita factum fuisse. De vulneratione fratris facta in spoliatione concordat cum H(ainric)o cellerario et hoc de visu.

T. Intendit abbas et conventus de Sancto Blasio probare contra abbatem et conventum de Salem, quod mansus in Altkouen, super quo questio vertitur inter ipsos, spectet ad ipsorum monasterium titulo proprietatis et quod fuerint spoliati fructibus illius mansus ab eisdem. Supra hoc inducunt testem Magistrum Hainricum dictum Aesinc, qui iuratus dicit, quod nichil scit, qualiter proprietas predicti mansus ad ipsos pervenisset, sed de possessione dicit: Abbas Sancti Blasii intravit villae Hovdorf, et quidam pertinentes ad ecclesiam suam et quidam alii extranei deposuerunt iuramento, ipsum mansum suo monasterio pertinere. Requisitus, si abbas de Salem vel aliquis ipsius nuntius ad hoc missus interfuerit huic receptioni testium, dicit, quod non. Rogatus, si ipse qui loquitur interfuerit, dicit, quod sic. Rogatus de loco, dicit, quod in Hovdorf. Item dicit, quod, quando abbas et conventus de Salem emerunt istas possessiones, abbas de Sancto Blasio interdixit, ne tales possessiones emerent, quia ad monasterium suum spectarent. Rogatus, si hoc viderit vel interfuerit, dicit, quod solum audivit. Item tractatus fuit habitus coram episcopo Constantiensi de eodem mansu, et quod ille de consensu partium assignavit eis diem, ad quem venirent ex utraque parte muniti ad optinendum et amitendum, et qui non veniret, caderet a causa, ad quem abbas Sancti Blasii personaliter venit, abbas vero de Salem misit nuntium, quod venire non posset, aliis negociis impeditus, et sic secundo predictus abbas Sancti Blasii fecit quosdam rusticos sui monasterii et quosdam alios antiquiores iurare, quod dicerent veritatem super illo mansu, cui monasterio attineret, qui jurati dixerunt, quod monasterii Sancti Blasii, et sic abbas Sancti Blasii permansit in possessione et perceptione fructuum. Rogatus, si postea abbas et conventus de Salem contradixissent, dicit, quod sic. Rogatus, cuius conditionis sit, qui loquitur dicit, quod dominorum de Hewen, qui ius advocaticium habent ibidem in possessionibus monasterii Sancti Blasii. Rogatus, si aliquis de fratribus de Salem lesus fuerit ab hominibus de Sancto Blasio in eiectione, dicit, quod, quando volebant deducere duas carratas feni, tunc unus de fratribus fuit lesus in digito ad effusionem sanguinis, et hoc dicit factum esse per rotam currus, et quod sic audivit, et dicit, quod audierit, quod abbas de Salem emit predictum mansum a Rudegero de Bizzenhoven. T. Hainricus Villicus de Hovdorf iuratus dicit, quod audivit a suis antecessoribus, quod fuerunt tres sorores in Hovdorf, quarum una tradidit istum mansum cum aliis possessionibus monasterio Sancti Blasii, et postmodum, quadam expedicione generali imminente, advocatus obligavit ipsum mansum cuidam pro equo et pellibus et berna una, et post sic alie-

Digitized by Google

nata fuit a monasterio Sancti Blasii. In aliis omnibus concordat cum primo, et hoc de visu, preterquam quod dicit, quod non audierit, ubi iuratum fuerit unquam coram abbate Sancti Blasii nisi semel. Rogatus de possessione, quis fuerit in possessione, dicit, quod Rûdegerus, pater Rûdegeri, qui nunc est, et post eum idem filius et post illum monasterium de Salem usque ad eiectionem predictam, et hoc de visu, et quod homines monasterii Sancti Blasii semper moverunt ipsis R(ùdeger)o et filio suo questionem, non tamen coram aliquo iudice. T. Bertoldus dictus Talhaimer iuratus concordat per omnia cum primo, nisi quod dicit, quod nisi semel iuratum fuit, et ipse fuit unus ex eis, qui iuraverunt. Rogatus, quo modo caute iurare potuerit, quod predictis mansus pertineret dicto monasterio Sancti Blasii, dicit, quod iuravit in animas antecessorum suorum, qui sibi retulerunt, ita esse; de tempore dicit, quod credit 15 annos. T. Ber. Villicus iuratus concordat per omnia cum Hainrico Villico de proprietate. In aliis concordat per omnia cum Hainrico dicto Aesinch, et hoc de visu et auditu, et de tempore credit esse 14 annos, et de possessione concordat cum H. Villico. T. Hainricus Dotarius iuratus concordat cum H. Villico de proprietate; de aliis dicit, quod vidit et interfuit, ubi tribus vicibus fuit ipsis dies assignata in Hovdorf ad littigandum, optinendum et amittendum, et qui non veniret, caderet a causa. Et abbas Sancti Blasii ad omnes venit. Abbas vero de Salem ad nullam istarum venit. Et deposerunt 7 rustici sub iuramento semel, ut dictum est, in aliis diebus nichil iuratum fuit; in aliis concordat cum H. dicto Aesinch. De tempore dicit, quod sunt 16 anni, et concordat de possessione cum H. Villico; et de perceptione decime dicit, quod etiam in aliis possessionibus ab istis percipiunt decimas. T. Burkardus dictus Gozzolt iuratus dicit, quod semel interfuit, ubi iuratum fuit, ut deposuit H. dictus Aesinch, alia vice non interfuit, et concordat in aliis omnibus cum eodem Hainrico. T. Ber. dictus Gozzolt iuratus concordat per omnia cum H(ainric)o Villico de Hovdorf, et dicit, quod 16 anni sunt elapsi postquam primo moverunt litem, et dies prefigebant, ut dictum est. T. Burcardus dictus Talhaimer juratus dicit, quod de proprietate nichil scit, de aliis concordat cum proximo, et de tempore nichil scit. T. Cunradus filius Villici iuratus de proprietate concordat cum H. Villico de Hovdorf, in aliis concordat cum primo, nisi quod dicit, quod tribus vicibus fuit assignata dies et tercia die solum fuit iuratum, ut dictum est; de tempore, postquam dies assignabant, credit esse 14 annos. T. Hainricus de Kezzilberc iuratus concordat cum primo per omnia, et hoc solum de fama. T. Cunradus dictus Maihart iuratus concordat per omnia cum primo et hoc solum de fama. T. Hainricus dictus Maihart iuratus dicit, quod de proprietate nichil scit. De hoc, quod interdixerunt, ne emerent huiusmodi mansum, dicit, se non interfuisse, sed ita ab aliis audivisse, et dicit se semel interfuisse ubi dies est assignata ad optinendum et amittendum, ad quam abbas Sancti Blasii venit et abbas de Salem non venit, et nescit utrum ibi fuerit iuratum necne, de aliis nichil scit. T. Hainricus de Fuozzin iuratus de proprietate concordat cum Hainrico de Hovdorf. De aliis concordat cum H. dicto Aesinch, et dicit quod nisi semel vidit iurare 7 rusticos; de tempore nichil scit. Rogatus de possessione, quis fuerit in possessione, dicit, quod post rusticos

Digitized by Google

iuratos abbas de Sancto Blasio percepit, quidquid potuit, similiter abbas de Salem. Rogatus, quamdiu lis duraverit inter ipsos super isto mansu, dicit, quod veraciter scit, quod 2b annis, quia tamdiu fecit moram in vila. Rogatus, quam consuetudinem servaret abbas Sancti Blasii in ecclesia in Hovdorf, dicit, quod illa ecclesia percipit decimas de illo mansu, et de aliis possessionibus non pertinentibus ad monasterium Sancti Blasii nichil percipit. Rogatus, cuius condicionis sit, dicit quod Sancti Georgii.

Igitur in nomine domini amen. Conparentibus coram nobis fratre Die(t)halmo de Blominstain monacho, procuratore abbatis et conventus de Salem, et magistro Cunrado, rectore ecclesie de Tanehain, procuratore . . abbatis et conventus monasterii sancti Blasii in Nigra Silva super mansu in Altkoven sito littigantibus tam super possessorio quam petitorio, lite contestata, receptis testibus, attestationibus publicatis constitit nobis, predictos abbatem et conventum de Salem predictum mansum possedisse et abbatem Sancti Blasii violenter eiectum, predictos abbatem et magistrum C(unradum) procuratorem suum ad restitucionem predictarum possessionum sententialiter condempnamus, questione proprietatis utrique reservata.

Perg. Or. Vermuthlich Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta, an Pergamentstreifen, durch Fingerdruck erhöht. Wo im Druck T. gesetzt ist, steht im Or. ein Zeichen, das einem Paragraph-Zeichen gleicht.

1271. Jan. 8. Pfullendorf. Der Schultheiss Heinrich und die ganze Gemeinde von Pfullendorf befreien, mit Zustimmung des Bischofs Eberhard II. von Konstanz, das Kloster Salem von dem Ungeld innerhalb der städtischen Gemarkung. 463.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus minister et universitas communitatis in Pfullendorf noticiam subscriptorum || cum salute. Cum ex instinctu karitatis circa utrumquemque beneficium potius sit augmentandum quam minuendum, magis autem || circa personas religiosas, que se devote exposuerunt, ut benefactores suos cottidianis orationibus deo reconmendent, suplendo negli||gentiam[1] illorum, qui hiis intendere non possunt, scire volumus universos, quod nos, pietate moti ac caritatis divisione innitentes regum ac imperatorum privilegiis, que potius volumus augmentari[2] quam minui, accedente voluntate et consensu reverendi in Christo Eberhardi, dei gratia Constantiensis episcopi, nunc gubernatoris nostri, indulgemus ac indultum concedimus pro nobis ac successoribus

[1] Das Or. liest neglientiam. — [2] Das Or. liest aucmentari.

Digitized by Google

nostris reverendis in Christo Eberhardo abbati et conventui de Salem ac per ipsos eorum monasterio, ut de rebus suis mobilibus, quocumque nomine censeantur, quocumque titulo ipsi in alias personas transferant vel alie persone in ipsos res suas, ad nullam exactionem seu theloneum vel quod volgariter dicitur *ungelt* teneantur, quamvis moris et consuetudinis seu statuti nostre civitatis sit circa personas alias mercatum in nostra civitate exercentes, ut eedem persone premissis sint subiecte. Libertatem ipsis et rebus suis conferre volentes in premissis, ipsos libere absolvimus et absolutos ipsos in rebus suis pronunciamus. Insuper augmentando[1] ipsis gratiam factam, libertatem talem ipsis conferimus, ut nullus res dicti monasterii infra septa et terminos civitatis nostre possit vel per iudicium seu per iudicem possit vel valeat interdicere, sed quicquid infra dicta septa de rebus suis pervenerit, deducere possint pro libito sue voluntatis. Acta sunt hec apud Phullendorf anno domini M° CC° LXXI°, feria V^a^ post epiphaniam, indictione XIIII^a^, subnotatis testibus, eiusdem civitatis civibus, presentibus et rogatis, videlicet Hainrico ministro dicto de Hohenberg et Rudolfo fratre suo, Alberto vicario eiusdem civitatis, Friderico de Magenbûch milite, Cunrado dicto Graemelich, Hainrico Gramelich, Alberto dicto Givder, Hainrico Smersnide, C(unrado) de Laegellun, Ber(tholdo) Wlleder, C. Rivzi, H. Cimilich, H. Vrankone, Johanne Kaltsmit, Wer(nhero) Kaltsmit, H. Bodelung, Ûl(rico) Salzman, H. Winterlinger et Eber(hardo) Fabro et aliis plus quam centum civibus eiusdem civitatis. In cuius rei evidentiam presentem cedulam exinde conscribi fecimus et sigillis reverendi in Christo patris et domini E(berhardi) Constantiensis episcopi et nostro conmuniri. Nos vero E(berhardus), dei gratia Constantiensis episcopus, predicta omnia profitemur de consensu et voluntate nostra fore facta, sigillum nostrum huic cedule pro cautela apponentes. Datum anno, die et loco ut supra.

Perg. Or. im fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv in Regensburg, mit 2 Siegeln, die an Pergamentstreifen anhängen: 1) des Bischofs Eberhard von Konstanz (eingenäht), 2) des Schultheissen und der Bürger in Pfullendorf aus Malta (IV A 2), rund, 45 mm, im Dreieckschild ein nach rechts gerichteter Adler. Umschrift: † s. **ministri et civivm in phvlindorf**. Cod. Sal. III, 196 n° CLX. Erwähnt Zeitschr. 6,19.

[1] Das Or. liest aucmentando.

Digitized by Google

1271. Febr. 14. Ueberlingen. Konrad von Isny, vormals Schultheiss in Ueberlingen, sagt das Kloster Salem, nachdem er ihm von demselben verpfändete Einkünfte aus dessen Gut in Neufrach an Heinrich Ehinger verkauft hat, von allen Verpflichtungen gegen ihn los. 464

Omnibus hanc paginam inspecturis Cûnradus dictus de Iseni, quondam minister in V̂berlingen, noticiam subscrip||torum. Ne labantur cum tempore que geruntur, litterarum solent testimoniis perhennari. Nov̂erint igitur universi, quod || cum ego, voluntate matrone mee, liberorum meorum et omnium quorum intererat prehabita, proventus meos, videlicet 8 modios avene || mensure in Bûrron et duos modios spelte mensure eiusdem loci[1], necnon duos solidos currentis monete, in quibus venerabiles in Christo . . abbas et conventus de Salem michi et meis heredibus de quodam predio sito in Niufron, quod ipsis proprietatis titulo noscitur pertinere, fuerant obligati annis singulis in perpetuum persolvendis, viro discreto Hainrico dicto Ehinger eo jure, quo ego possederam dictos proventus et perceperam illucusque, receptis ab eo 6 marcis et dimidia argenti legalis, quas recepisse profiteor et in usus proprios convertisse, adhibita omni sollempnitate, vendiderimus et tradiderimus, utpote possesionem vacuam, perpetuo possidendos, dictum monasterium absolvens et absolutum exnunc protestans ab omni obligatione sine omni exceptione, quam michi et meis heredibus obligatum quocumque modo extitit in premissis. Renuncians una cum predicta matrona mea, liberis meis et heredibus universis omni actioni, exceptioni, deffensioni, omni consuetudini, iuris auxilio cuiuscumque, pecunie non numerate, iuri restitutionis in integrum et omnibus aliis, per que predicta venditio et traditio possit vel debeat de iure in posterum enervari. Acta sunt hec in V̂berlingen anno domini M° CC° LXXI°. XVI°. kalendas martii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero milite de Bûrron, Gotfrido de Brâmin, Cûnrado servo dicto de Heghain, dicto Hogir, Ûlrico Uento aurifice, Wernhero dicto Besserer, Alberto dicto Werhmaister, Berhtoldo dicto Villico de Buggensegel, civibus in V̂berlingen; de fratribus vero de Salem Friderico cellerario, B(ertholdo) mercatore, Hainrico dicto Strube et Hainrico dicto Schirmbe aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti

[1] 8 modios bis loci von anderer Hand und mit anderer Tinte nachgetragen.

Digitized by Google

evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam exinde confectam procuravi, quia sigillum proprium non habui, sigilli viri providi et discreti, domini Wernheri ministri, coram quo rite predicta omnia sunt peracta, munimine roborari. Ego Wernherus minister in Vberlingen predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et coram me cum omni sollempnitate, que haberi solet in contractibus, consummata, sigillum meum pro me, quia presens rogatus pro teste fueram, et pro dicto C(ûnrado), quia sigillo proprio caruit, ad petitionem suam et partis altere huic cedule apposui ad cautelam. Ego matrona dicti C(ûnradi) de Iseni cum universia prole mea sub sigillo ministri in Vberlingen, quia sigillum proprium non habuimus, profitemur predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera. Renunciantes iuri restitutionis in integrum et omnibus supradictis.

Perg. Or. Zweifelhaft ob Salemer Hand. Siegel abgefallen.

1271. Feb. 14. Konstanz. **Martin, ein Bürger von Stein, verkauft an das Kloster Salem ein Haus zu Konstanz, das er seither von dem dortigen Spital als Erblehen inne gehabt, mit dessen Zustimmung zu freiem Eigenthum.** 465.

Omnibus hanc paginam inspecturis Martinus, civis de Stain noticiam subscriptorum. Noverint, quos nosse fuerit opportunum, quod || cum ego domum meam in Constantia, que vulgo dicitur *des Babestes hus*, cum area eiusdem domus tenuerim ac pacifice possederim ab hospitali || pauperum in Constantia pro annuo censu, videlicet uno fertone cere, titulo quod vulgariter dicitur *erblehen*, eo quod proprietas eiusdem domus || spectabat dicto hospitali, religiosis viris Eberhardo abbati et conventui de Salem nomine eiusdem monasterii pro quinquaginta marcis argenti vendidi ac venditam contradidi libere perpetuo possidendam, ipsum vero hospitale proprietatem eiusdem domus in prefatum monasterium de Salem transtulit, adhibita omni sollempnitate, que in vendicionibus seu tradicionibus fieri solet vel debet, specialiter autem illa interveniente sollempnitate, que per viros, qui vulgariter dicuntur *salliute* fieri solet, cum moris sit proprietatem possessionum in Constantia sitarum alias homines civium condicionem non habentes[1] sine viris ad hoc deputatis possideri non posse nec teneri.

[1] Or. hat habentium.

Digitized by Google

Fuerunt autem *salliute*, qui ex parte dicti hospitalis ipsam domum possederunt et eam monasterio sepedicto nomine hospitalis resignaverunt, videlicet Rûdolfus Johelarius et Cûnradus sub Scopa, subnotati vero Waltherus et Cûnradus fratres et Rûdelfus dictus *der Ruhe*, patruelis eorum, dicti Jocheler eandem domum nomine predicti monasterii supradicto iure receperunt ipsi monasterio perpetuo libere ac quite possidendam. Acta sunt hec in Constantia anno domini M° CC° LXXI° XVII. kalendas martii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero et Goeswino fratribus de Hohenuels militibus, Rûdolfo Johelario et Rûdolfo filio suo dicto *der Slehte*, Hainrico de Sulgen, Cunrado dicto Shierme, Hainrico dicto Shili, Rudolfo Stoker, civibus Constantiensibus, Hainrico cellerario de Ezzelingen, fratre Erlwino, Ûlrico Gratario et magistro de Muron et aliis quam pluribus probis viris. In cuis rei evidentiam presens instrumentum conscribi feci et sigillis reverendi in Christo patris ac domini E(berhardi), dei gratia Constantiensis episcopi, nec non magistri Walkoni, decani maioris ecclesie Constantiensis, et hospitalis predicti ac etiam Rûdolfi ministri[1] de Constantia, quia sigillum proprium non habui, procuravi communiri.[2] Nos vero Eberhardus, dei gratia episcopus Constantiensis, et communitas civium de Constantia profitemur, nos ad peticionem partium predictarum sigilla nostra huic cedule appendisse.[2] Nos vero magister Walkonus, decanus maioris ecclesie Constantiensis, Rûdolfus Johelarius dictus *der Slehte*, Ûlricus de Sumbri et frater Hainricus dictus *der Kemptar*, procuratores hospitalis in Constantia, predicta omnia profitemur esse vera et per nos fore facta, sigillum predicti hospitalis huic cedule pro maiori cautela apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, etwas beschädigt. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Eberhard bekannt, auf der Rückseite, die durch Fingerdruck erhöht ist, drei Einkerbungen — 2. des Domdekans Walko wie an No. 455, Daumeneindruck — 3. des Spitals zu Konstanz 48:40 mm (II B), spitzoval, im Siegelfeld der heil. Geist in Gestalt der Taube mit Nimbus. Umschrift: † **s. hospitalis. de. constant. sci. spc.**, Daumeneindruck — 4. des Schultheissen Rudolf von Konstanz wie an No. 445, Daumeneindruck. Cod. Sal. III, 193 No. CLVIII. Auszugsweise mitgetheilt, unter Erläuterung des betreffenden Rechtsgeschäftes und insbesondere des Ausdrucks *salliute* Ztschr. 4, 424.

[1] Rudolfi ministri mit anderer Dinte geschrieben. — [2] Lücke im Or. vor Nos.

Digitized by Google

1271. März 1. Wartstein. Graf Eberhard von Wartstein beurkundet, daß Heinrich genannt in Blast, Hermann und Eberhard genannt Selvink, nachdem sie widerrechtlich das Kloster Salem in seinen Besitzungen zu Altmannshausen (Altmanshusen), auf welche sie lehenrechtliche Ansprüche zu besitzen behaupteten, seit geraumer Zeit geschädigt hatten, endlich in sich gegangen seien, und erklärt haben, daß ihnen an diesen Besitzungen keinerlei Recht zustehe, indem sie gleichzeitig mit Burkard, dem Sohn des Heinrich genannt in Blast und seiner Tochter Måchtild auf alle etwa doch vorhandenen Rechtsansprüche Verzicht leisteten. Acta sunt hec apud Wartstein anno domini M° CC° LXXI, kalendas marcii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet: Berhtoldo viceplebano in Erfsteten, Berhtoldo de Tåchingin et Hainrico dicto Kanner, H(ainrico) de Ezzelingin, cellerario in Salem, fratre Cûnrado, in Altmanshusen magistro, fratre Dietrico aliisque quam pluribus probis viris. Es siegelt Graf Eberhard von Wartstein. 466.

Cod. Sal. III, 228 No. CLXXXV.

1271. April 10. Reichenau. **Abt Albert von Reichenau bestätigt den Verkauf von Gütern zu Tuselingen durch die Gebrüder Dietrich und Hugo Maier von Trossingen an Berthold, den Leutpriester von Mönchweiler.** 467.

Alber(tus), dei gratia Augie Maioris abbas, universis presentium inspectoribus salutem et in domino karitatem. || Quia Dietricus et Hugo Villici dicti de Trossingen fratres predia sua, scilicet curiam quam H. dictus || Wicho colere dinoscitur et schopozam, quam H. dictus de Hûsen colit, cum omnibus attinentiis eisdem || bonis intus et extra pertinentibus, silvis necnon nemoribus exceptis, apud villam Tuselingen sita, omnibus, que circa huiusmodi debent et poterunt intervenire, intervenientibus, discreto viro Ber(toldo), plebano de Munchiwiler, receptis propter hoc in precio quadraginta duabus marcis puri et legalis argenti, vendiderunt, donaverunt et tradiderunt, ab ipsis in eorundem bonorum possessionem in ipsum vacuam transferentes quiete et pacifice perpetuo possidendam, nostro consensu super ipso contractu et eciam omnium, quorum interat, accedente. Et in horum firmum robur et indubitatum testimonium prefato Ber(toldo) plebano in Munchiwiler, ad

Digitized by Google

peticionem dictorum fratrum de Trossingen conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari in plenam evidentiam predictorum. Datum in Augia Maiori in curia nostra superiori anno domini M° CC° LXXI, indictione XIIII^a, IIII° idus aprilis.

Perg. Or. Reichenauer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Wachs an weiss und gelben leinenen Litzen (Soutaches) wie an No. 347 a., Daumeneindruck. Die Urkunde kam vermuthlich durch die Schenkung des Plebans von Mönchweiler Berthold Schamel an das Klosterarchiv. Vgl. oben No. 449 und 460.

1271. Mai 27. Ueberlingen. Der Schultheiss Wernher von Ueberlingen beurkundet einen zwischen dem Kloster Salem und dem Ueberlinger Bürger Konrad Joch abgeschlossenen Vergleich zur Schlichtung eines bereits vor Gericht anhängigen Rechtsstreites. 468.

Omnibus hanc paginam inspecturis Wernherus minister et consules civitatis in V̊berlingen noticiam subscrip||torum. Ut lites sopite per concordiam repullulare non valeant, expedit conpositiones factas litteris conmendare. Noverint || igitur universi, quod cum reverendi in Christo . . abbas et conventus de Salem Cůnradum dictum Jǒchen, qui ipsis proprietatis || titulo cum universa prole sua noscitur pertinere. super quibusdam dampnis ab ipso dicto monasterio illatis et precipue super rebellione, per quam ipsorum mandatis, ut debuit, noluit subiacere, in forma juris ecclesiastici in causam traxerint, idem C(ůnradus) videns et perpendens, quod ipsorum actionem motam contra se iuste et rationabiliter effugere non valebat, in subnotatam conpositionem factam inter partes, mediantibus probis viris, consensit, ipsam grato animo, omnium heredum suorum voluntate prehabita, acceptando, videlicet ut decimam in Nustorf, que dicto monasterio pertinet ab antiquo, sine blado tantum de minutis, et predium quoddam situm in Tivingen, cuius proprietas similiter ad sepedictum monasterium noscitur pertinere, ipse et Hilta, matrona sua, quam nunc habet, tamen possideant et ipsorum proventus percipiant ad sue solius vite terminum, ita ut post obitum utriusque, contradictione qualibet non obstante, ad monasterium de Salem libere revertantur, nec aliqui heredum suorum quicquam juris seu actionis sibi debent in premissis vel de jure poterunt vendicare. Tenebitur etiam predictum predium per solutionem trium marcarum argenti faciendam ipsi monasterio et hincinde apud omnes, quibus in aliquo astrictum fuerit, ab actione qualibet enodare,

Digitized by Google

ut ad monasterium supradictum suo tempore libere devolvatur. Et quoniam in actione principaliter movebatur, ut dictus C(ûnradus) Jŏche, qui propter hoc, quod noster civis videbatur, in obsequiis et aliis dicto monasterio, quamvis indebite, se et sua subtraxerat cum gravi monasterii dispendio, extra civitatem nostram in quocumque loco dicti monasterii procuratoribus conplacebit, idem C(ûnradus) ad id faciendum quandocumque requisitus a dictis procuratoribus fuerit, sine omni contradictione et nostra ac omnium deffensione, tenebitur sublata dilatione qualibet adinplere. Constitutis itaque partibus coram nobis profitebantur supradicta, prout premissa sunt, omnia esse vera. In cuius facti evidenciam nos ad petitionem partium presentem cedulam conscribi fecimus, sigillo nostro, scilicet ministri in Vberlingen, pro testimonio roboratam. Acta sunt hec apud Salem anno domini M°. CC°. L XXI°., VI°. kalendas junii, subnotatis testibus et rogatis, videlicet Wernhero dicto Besserer, Cûnrado dicto Grimme, Hermanno dicto Winman, Cûnrado de Nusdorf, Berhtoldo eiusdem loci, de fratribus vero de Salem R(ûdolfo) priore, C(unrado), H(ainrico) et F(riderico) cellerariis, Nycolao, monachis, et Ber(tholdo) mercatore, converso, aliisque quampluribus probis viris. Datum in Vberlingen tempore supradicto.

Perg. Or. Vermuthlich Ueberlinger Kanzleihand. Siegel des Ausstellers wie an No. 197, aus Malta, an Pergamentstreifen, Daumeneindruck.

1271. Mai 31. Konstanz. Der Meister und die Pfleger des Armenhospitals in Konstanz verkaufen an das Kloster Salem eine Mühle bei Uhldingen, genannt „ze Brugge". 469.

Universis[1] hanc paginam inspecturis frater Hainricus, magister hospitalis pauperum in Constantia, Walko, decanus maioris ecclesie Constantiensis, Rudolfus Johelarius niger, Hanricus dictus *der Vrige* et Vlricus de Sumbri, procuratores dicti hospitalis, et Ulricus dictus Bizzenhouer, civis Constantiensis, noticiam rei geste. || Temporum malicia et hominum memoria labilis monent, gesta temporum perhennari serie litterarum. Ea propter tenore harum pateat universis, quod cum nos pari consensu, accedente omnium, quorum intererat, voluntate, molendinum situm apud Vldingen dictum *ze Brugge*, quod nobis et predicte domui proprietatis titulo pertinebat, reverendis in Christo Eberhardo abbati et conventui de Salem,

[1] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

receptis 20 marcis argenti legalis, vendiderimus cum omnibus iuribus et aliis pertinentiis, videlicet agris, pratis, silvis, nemoribus, aquis et aqueductibus, viis, inviis, itineribus et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, possessionem vacuam dicti molendini in dictum monasterium transtulimus et transferimus libere et quiete perpetuo possidendam, dictam peccuniam, quam recepisse presentibus profitemur, in usus et utilitatem dicte domus, videlicet dimidiam partem, hoc est 10 marcas, que sibi debebantur, utiliter et integraliter convertentes, reliquas vero 10 marcas in usus meos, videlicet Ůlrici memorati, similiter prout michi videbatur expedire melius, convertisse. Promittentes pro nobis et omnibus procuratoribus domus memorate nunc habitis vel inposterum habituris, predicto monasterio parare warandiam et ubicumque coram quibuscumque requisiti fuerimus, dictam warandiam exhibere. Renunciantes omnes et singuli omni actioni, exceptioni, iuri restitutionis in integrum, peccunie non numerate, omni defensioni et omnibus aliis, per que dicta vendicio posset calumpniari[1] inposterum vel modo quolibet enervari. Acta sunt hec apud Constantiam anno domini M° CC°. LXXI°, in die Petronille virginis, subnotatis testibus et rogatis, videlicet Walthero Johelario, Rudolfo ministro dicto *der rûhe Joheler* et Ůlrico fratre suo, Hainrico dicto Shân milite, Hainrico Senphelin, Rûdolfo Stokkaer, Wernhero dicto de Langenberg, de fratribus vero de Salem fratre Ulrico Gratario, fratre Nicolao, Hainrico cellerario et Rudolfo bursario et aliis quam pluribus probis viris. In cuius rei evidentiam presentem cedulam conscripsimus, sigillis reverendi in Christo patris et domini Eberhardi, dei gracia Constantiensis episcopi, et hospitalis predicti ac etiam decani memorati necnon ministri civitatis Constantiensis roboratam, et monasterio sepedicto tradidimus ad cautelam. Ego vero Ulricus, quia sigillum proprium non habui, sigillum Rudolfi ministri, soceri mei, pro me apponi huic cedule procuravi. Renuncians vna cum[2] vxore mea, que etiam se iuramento corporali astrinxit ad ratihabitionem vendicionis predicte, se obligans ad solutionem 40 marcarum monasterio sepedicto, si, quod absit, venire contra vendicionem tam sollempniter celebratam modo quolibet attemptaret omnibus actionibus et exceptionibus supra dictis.[3] Nos Eberhardus, dei gracia Constan-

[1] Or. hat calupniari. — [2] Lücke im Or. — [3] Zwischen Dictis und Nos

Digitized by Google

tiensis episcopus, predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur esse vera, predictam vendicionem, prout debuit, in omnibus legittime consummatam, ratam et gratam habentes et per nostrum consensum subplentes totum ad dictam vendicionem pertinens, sigillum nostrum ad peticionem partium huic cedule ad robur perpetuum apponendo.[3] Ego vero Rudolfus, minister Constantiensis civitatis, predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera, sigillum meum ad peticionem partium et precipue ad peticionem Ulrici, generi mei, huic cedule duxi ad facti evidentiam apponendum.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: des Bischofs, des Schultheissen von Konstanz, des Domdekans Walko und des Heiliggeistspitals, sämmtliche bekannt, das des Bischofs mit 3 wagerechten Einkerbungen, die 3 andern mit Daumeneindrücken. Auf der Rückseite an den Stellen, wo die Siegel angehängt sind, von gleichzeitiger Hand: Epi. const. — Minist. const. — Decani const. — Hospitalis const. Cod. Sal. III 173 No. CXLII. Regest: Ztschr. 3, 84.

1271. Juni 1. Salem. Graf Mangold von Nellenburg beurkundet, dass Berthold von Wildenfels, Canonicus zu Konstanz und die Söhne seines Bruders Heinrich, der in Salem begraben liegt, dem Kloster Güter in Linz und Thalheim zu Eigenthum übergeben haben. 470.

Omnibus hanc paginam inspecturis Manegoldus comes de Nellenburg subscriptorum noticiam cum salute. Si res geste || commendentur memorie litterarum, successoribus aufertur occasio litigandi. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum Bertholdus, || canonicus sancti Johannis in Constantia dictus de Wildenuels, necnon Waltherus et Hainricus fratres, filii quondam Hainrici militis, fratris sui, quandam || elemosinam nomine testamenti pro anima dicti Hainrici in monasterio de Salem sepulti suarumque animarum remedio et salute legare cogitaverint, spontanea voluntate predictus Berhtoldus quoddam predium dictum vulgariter *Eberhardes des Mülnersgůt* situm in Lince, quod sibi proprietatis titulo pertinebat, accedente consensu Arnoldi militis, fratris sui de Wildenuels, necnon fratrum suorum liberorum omnium et omnium aliorum, quorum intererat, pleno et expresso, predicto monasterio tradidit et donavit pleno iure cum omnibus suis intus et extra pertinenciis libere possidendum, ipsius predicti possessionem vacuam in iam dictum monasterium transferendo. Verum quia predicti fratres,

ist im Original eine grössere Lücke. Ebenso zwischen apponendo und Ego.

Digitized by Google

filii quondam Hainrici militis de Wildenuels, possessiones habiles ad faciendam donationem testamenti nomine non habebant, dimidiam huobam sitam in Talhein, dictam vulgariter *des von Rordorfesgût*, a Hainrico milite de Rordorf, quia sibi proprietatis titulo pertinebant, me presente et in hoc plene consenciente, cum omnibus iuribus, pratis, agris, silvis, viis et inviis, terris cultis et incultis et omnibus aliis pertinenciis iusto emptionis titulo, adhibita omni sollempnitate, que adhiberi solet in venditionibus seu emptionibus, compararunt dictam hûbam per manus meas una cum dicto Hainrico de Rordor(f), voluntate uxoris sue Adelhaidis, quam hunc habuit, et Lûtfridi, Hainrici et Cûnradi filiorum suorum, necnon Elysabeth, Adelhaidis, Grete et Anne filiarum suarum, necnon omnium, quorum intererat, prehabita et consensu, in iam dictum monasterium per donationem factam publice nomine testamenti utpote possessionem vacuam transtulerunt perpetuo possidendam. Acta sunt hec apud Salem in die sepulture supradicti Hainrici quondam de Wildenuels, anno domini M° CC° LXXI°, V° nonas junii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico de Gûndeluingen, Johanne dicto Spangol, dicto Hogir, Arnoldo de Wildenuels, Renhero dicto de Wassenbûrg, Hûgone de Meringin, Manegoldo de Hertinstain militibus et Hainrico de Magenbûch, Bilgerino de Waluuizz, Cûnrado dicto Rûzze, Cûnrado dicto Rûzzo et Rûdolfo dicto Abswig, de fratribus vero de Salem Rûdegero priore, Hainrico, Cûnrado et Friderico cellerariis et Nycolao monachis et Berhtoldo converso, mercatore aliisque pluribus probis viris. In huius rei testimonium et munimen presentem cedûlam conceptam ad petitionem partium sigillo meo roboratam monasterio tradidi supradicto. Ego Berhtoldus de Wildenuels, canonicus sancti Johannis in Constantia, predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera, sigillum meum huic cedule pro testimonio apponendo. Ego Hainricus miles de Rordorf una cum uxore mea Adelhaide, quam tunc habui, et meis liberis omnibus suprascriptis predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur esse vera et per nos facta, renunciantes omnibus iuribus, actionibus, deffensionibus, exceptionibus pecunie non numerate, iuri restitutionis in integrum et omnibus aliis, per que predicta in posterum possent modo quolibet enervari. Et quia sigilla propria non habuimus, sigillo nobilis domini Mangoldi comitis de Nellen-

Digitized by Google

bûrg in hoc facto pro nobis omnibus usi sumus. Nos Waltherus et Hainricus fratres, filii quondam Hainrici de Wildenuels, predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur esse vera. Et quia sigilla propria non habuimus, sigillis nobilis domini Manegoldi comitis de Nellenbûrg et domini Berhtoldi, patrui nostri, canonici sancti Johannis in Constantia, in hoc facto pro testimonio contenti sumus.

Perg. Or. Soweit ich sehen kann, nicht aus der Salemer Kanzlei. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Mangold v. Nellenburg rund, 62 mm (IV B 2), in dem Dreieckschild der Kübelhelm mit Kleinod (Hirschstange mit 5 Enden), als Beizeichen 3 Lilien, Umschrift: † **s. manegoldi. comitis. de. nellenbvrch.**, auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht. 2. des Berthold von Wildenfels, Canonicus von Konstanz, spitzoval 50:30 mm (II B), im Siegelfeld eine Lilie. Umschrift: † **s. b. de. wildenvelse. (ca)n. s. iohis. constant.**

1271. Juni 27. Abt und Convent von Kreuzlingen verkaufen an das Kloster Salem eine an dessen Haus in Konstanz anstossende Hofstatt, die ihnen durch eine Schenkung des H. Uhldinger zugefallen war. 471.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu audituris G(erungus), dispositione divi||na abbas totusque conventus monasterii de Cruzilino orationes in domino devotas cum salute. Que||geruntur a personis ecclesiasticis firma debent et integra permanere. Noverint igitur presentes et posteri, || quod nos aream sitam iuxta domum monasterii de Salem in Constantia, que nobis iure proprietatis ex donatione quondam H. dicti V̂ldinger pertinebat[1], monasterio iam dicto ac personis ibidem obsequiis Jesu Christi deputatis pro novem libris denariorum monete Constantiensis pecunie numerate cum omni iure, quod nobis competebat in eadem, de communi consensu fratrum nostrorum donavimus et contradidimus perpetuo tenendam et possidendam. Verum quia futura monasteriorum dispendia animi adversione debita debent precaveri, nos pecuniam prescriptam ad usus commodiores nostro monasterio redegimus, quam nobis ex area prefata possent provenire. Ut autem huiusmodi contractus apud nos et futuris temporibus firmius permaneat, presentes litteras nostris sigillis roboratas monasterio iam dicto in testimonium duximus concedendas. Data et acta anno domini M° CC° LXX° primo, V. kalendas julii, indictione XIIII^a.

[1] Vgl. No. 234. Dort heisst der Schenker Cunradus de Vldingen (Vldinger).

Digitized by Google

Perg. Or. nicht aus der Salemer Kanzlei, mit 2 Siegeln aus Wachs, die an rothen und grünen leinenen Litzen (Soutaches) an der Urkunde hängen, beide spitzoval: 1. des Abtes von Kreuzlingen 50:33 mm (III A 2 a), stehende Figur eines Abtes. Umschrift: (†) **s. gervngi abbatis. crvcelinensis.** — 2. des Convents von Kreuzlingen 48:35 mm (II B), im Siegelfelde oben ein Kreuz, über welches eine segnende Hand aus Wolken hereinragt, darunter 2 kniende Gestalten mit zum Gebet erhobenen Händen. Umschrift: (†) **sigillvm. capitvli. in. crvcelingen.**, beide auf der Rückseite mit kleinen Daumeneindrücken.

1271. Juli 2. Wartstein. Graf Eberhard von Wartstein übergibt zur Sühne des dem Kloster Salem zugefügten Schadens demselben einen Wald bei Bolstetten und im Namen seiner Ministerialen Wernher Hunt und Eberlin Selving eine Wiese an der Lauter. 472.

Universis hanc paginam inspecturis Eberhardus comes de Wartstain noticiam subscriptorum. Recog||noscentes, per nos et nostros dampna[1] illata fuisse monasterio de Salem ad summam quadraginta librarum hallensium || et amplius, facta ratione, scire volumus universos, quod nos, reversi ad cor, nos et nobilis domina[2] || uxor nostra in recompensationem dampnorum silvam dictam *ze den Loehern* cum fundo, que iure proprietatis ad nos pertinebat, sitam iuxta Bolsteten, cum viis, inviis, nemoribus ipsi monasterio contulimus libere perpetuo possidendam et utendam, renunciantes pro nobis et heredibus nostris iuri, quod nobis competiit in eadem. Profitemur michilominus, quod, cum Werinherus dictus Hunt, miles, ministerialis noster, et Eberlinus dictus Seluing, receptis 14 libris hallensium a monasterio predicto, videlicet Wernherus 10 libris et Eberlinus 4 libris, pratum suum iuxta fluvium Lutterach nominatum, cuius due partes Wernhero iam dicto pertinebant et tertia pars Eberlino, ad manus nostras, sicut a ministerialibus dominorum de iure fieri[3] solet, resignassent, nos, de consensu et voluntate ipsorum, dictum pratum monasterio de Salem contulimus iure proprietatis quiete ac pacifice perpetuo possidendum. Acta sunt hec apud Wartstain anno domini M° CC° LXXI, in die Processi et Martiniani, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ulrico de Egelingen, Eberhardo dicto Mûnt et[2] dicto Senpheli, militibus, Cunrado dicto Razzenhouer, Wernhero ministro et[2] dicto Roerwang, Hainrico cellerario de Ezelingen et fratre Hainrico dicto *diu Gans* et aliis quam pluribus probis viris. In cuius rei evidentiam

[1] Or. hat dapna. — [2] Lücke im Or. — [3] Or. hat feri.

Digitized by Google

presentem cedulam conscribi fecimus et ipsis contulimus sigillo nostro communitam.[1] Nos vero Wernherus dictus Hûnt et Eberlinus dictus Seluing predicta profitemur esse vera et per nos facta, et quia sigilla propria non habemus, usi sumus sigillo domini nostri comitis Eberhardi de Wartstain in hoc facto.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen 50:40 mm, (IV A 2) schildförmig, in dem etwas erhöhten, von Stäbchen umgebenen Dreieckschild das Siegelbild wie an No. 386. Umschrift: † s.' **comitis. eberhardi. de. wartstain.** Auf der Rückseite 2 schwache Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 284 No. CCXXXIII.

1271. Juli 21. **Ehingen.** Graf Ulrich von Berg tauscht ein dem Kloster Salem von dem Altschultheiss Heinrich von Ehingen in dieser Stadt geschenktes Haus gegen ein ebendaselbst befindliches, seinem Notar Meister Heinrich gehöriges Haus ein und freit das Kloster für dieses Haus von allen Diensten und Steuern, ertheilt demselben auch andere Privilegien in der Stadt Ehingen und deren Umgebung. 473.

Universis hanc paginam (inspecturis) Ůlricus comes de Berge noticiam subscriptorum. Temporum malitia et vita hominum instabilis monent, gesta temporum perstringi serie litterarum. Noverint igitur universi, quod cum vir discretus Hainricus, antiquus minister in Ehingin, domum sitam in Ehingin, quam inhabitavit corporaliter, sibi proprietatis titulo pertinentem, prehabito consensu omnium, quorum intererat, pro anime sue et suorum remedio per donationem factam publicam in monasterium de Salem pleno iure libere transtulisset perpetuo possidendam, ego transactis aliquibus temporibus, volens dictam domum in usus meos et heredum meorum convertere, salva tamen indempnitate monasterii memorati, domum quondam magistri Hainrici, notarii mei, in dicta civitate sitam, cum omnibus suis attinenciis, quia michi proprietatis titulo pertinebant, per modum concambii, accedente consensu pleno et expresso omnium heredum meorum necnon sculteti et universitatis civitatis predicte, monasterio de Salem pro recompensatione tradidi et donavi, perpetuo possidendam, dictum monasterium [200] in domus memorate possessionem vacuam inducendo, dando plenam auctoritatem sepedictis . . abbati et conventui edificandi per materiam qualemcunqe, quicquid pro sua utilitate ipsis decreverint expedire in area prelibata. Et quoniam dictum monasterium in suis negotiis intendo nunc

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

et in posterum, quantum valeo, promovere, dictam aream cum omnibus suis edificiis ibidem nunc erectis vel in posterum erigendis de consensu omnium predictorum eximo et absolvo et exemptam et absolutam ex nunc et in posterum recognosco ab omni servicio, videlicet a vigiliis et vigilibus, a stipendiis, a subventione, quacumque de causa exigatur, ab omni onere et ab omni exactione, sine exceptione qualibet, seu serviciis, quocumque nomine censeantur, hoc excepto, quod quicunque hospes secularis dictam domum inhabitaverit, nisi nomine et auctoritate supradicti monasterii in ipsius monasterii provisionem tanquam procurator domus fuerit memorate, de sua persona et rebus propriis tantum michi et successoribus meis ad servicia debita sit astrictus. Verum quia dictorum fratrum merita apud me videntur ampliorem gratiam promoveri, ipsos et omnes ratione professionis, in quocumque statu fuerint, spectantes ad monasterium sepedictum seu procuratores ipsorum in venditionibus et emptionibus omnium rerum mobilium et immobilium faciendis in civitate supradicta, in quocunque numero, materia, pondere vel mensura fuerint, eximo et absolvo et exemptos et absolutos profiteor ab omnibus exactionibus et precipue ab illis, que vulgariter dicuntur *zol* et *ungelt*, dando eis vendendi et emendi in dicta civitate quamcunque voluerint liberam potestatem. Adiciens ex gratia ampliori, ut si aliquas possessiones vel predia seu quascunque res immobiles in dicta civitate seu villis michi attinentibus dictum monasterium emerit vel per donationem quamcunque habuerit, ipsa, quo modo habuerit suprascripto, infra unius anni spacium possideat pleno iure [201], ita tamen, ut ante finem ipsius anni vendere teneantur cui voluerint, nisi de mea licentia ulterius retineant speciali. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum, exinde conceptum et sigillo meo munitum, prefato monasterio tradidi ad cautelam. Acta sunt hec apud Ehingin anno domini M° CC° LXXI° XII. kalendas augusti, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico advocato de Berge, milite, H. dicto de Schâlklingin, . . dicto Bivrrer, Walthero dicto Erlwin, Ludewico, ministro de Ehingin, Gôtfrido de Muschwang, Hainrico antiquo ministro, H. quondam notario, fratre H. cellerario de Salem aliisque quam pluribus probis viris.

Cod. Sal. III 199 No. CLXII.

Digitized by Google

1271. Nov. 3. Konstanz. **Bischof Eberhard II. von Konstanz beurkundet, dass die Brüder Thüring auf die durch Belehnung Seitens des Klosters Salem erworbenen Rechte an den Gütern zu Mittelstenweiler zu dessen Gunsten wieder verzichtet haben. 474.**

Eberhardus, dei gratia ecclesie Constantiensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem et noticiam subscriptorum. || Ne labantur cum tempore, que geruntur in tempore, litterarum solent testimoniis perennari. Noverint igitur universi, quod cum viri religiosi . . || abbas et conventus monasterii de Salem feodum seu ius feodale possessionum sitarum in Mettemostvnwiler, quarum proprietas dicto || monasterio noscitur pertinere, a Walthero, Hainrico et Cûnrado fratribus dictis Thuringe iuste emptionis titulo, adhibita omni verborum et facti sollempnitate, pro viginti quatuor libris currentis monete publice comparassent, iidem fratres, in nostra presentia constituti, procuratoribus dicti monasterii ius feodale dictarum possessionum, quod a dicto monasterio tenebant, cum omni iure, quod ipsis in dictis possessionibus competebat vel competere videbatur, casu quolibet contingente una cum sorore sua, licet in dicto feodo nichil iuris habuerit, docta verborum sollempnitate publice resignarunt, possessionem vacuam dictarum possessionum in ipsum monasterium transferentes, renuntiantes omni actioni, exceptioni, consuetudini, defensioni, cuiuscumque iuris subsidio et omnibus aliis, quibuscumque nominibus conseantur, per que predicta venditio et resignatio possit in posterum enervari. Actum Constantie anno domini M° CC° LXXI°, III° nonas novembris, indictione XV, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rudolfo dicto Rvhe, ministro Constantiensi et Ůlrico, monatario eiusdem civitatis,[1] dicto Eggehol, quondam ministro in Marchtorf, Hainrico theloneario, Hainrico de Braitenbach, Hainrico dicto Maedelinc, civibus in Marchtorf, Hainrico rectore in Livtkirch, Dietrico vicario in Bermetingen, Cûnrado dicto Frige de Oberostunwiler,[1] dicto Zarter, de fratribus vero de Salem Cûnrado subcellerario, Nicolao monacho, Bertholdo mercatore et aliis quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam ad petitionem partium conscriptam sigillo nostro duximus roborandam. Nos Waltherus, Hainricus et Cûnradus fratres pre-

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

dicti profitemur, omnia predicta, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta, sub eadem protestatione recognoscentes, predictam pecuniam ex integro recepisse et in usus nostros totaliter convertisse. Protestamur etiam, ut si proprietas dicte possessionis ad monasterium non pertinet pretaxatum, procurare cum effectu apud illum, ad quem de iure pertinet, ut dicte possessionis proprietas per donationem publicam ad sepedictum monasterium transferatur et ubicumque et quotienscumque necesse fuerit et cum requisiti fuerimus, prestare werandiam de premissis, renuntiantes iuri restitutionis in integrum. Et quia propria sigilla non habuimus, sigillo reverendi domini nostri predicti in hoc facto pro nobis omnibus usi sumus.[1]

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta (bekannt) an Pergamentstreifen. Zwei Daumeneindrücke. Cod. Sal. II, 191 (ohne Nummer, auf dem Or. steht No. CLVIII.) irrig mit der Jahrzahl MCC.

1271. Nov. 9. Salem. Hugo und Albert Gebrüder von Bittelschieß (Bv̊telzhiez) übergeben dem Kloster Salem ihre Güter in Andelsbach (Andoltsbach), welche 3 Pfund ertragen, nachdem mit ihrer Zustimmung der von ihnen mit denselben belehnte Ritter H. von Ramsberg (H. miles de Ramsperc) zu Gunsten des Klosters darauf Verzicht geleistet hatte, um dadurch den demselben zugefügten Schaden wieder gut zu machen. Actum apud Salem anno domini M°. CC°. LXXI°. in crastino quatuor coronatorum, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ůlrico et Cůnrado de Vrindorf, Ůlrico filio dicti Walch et Eberhardo de Waltpurc; de fratribus vero de Salem Cůnrado et Hainrico cellerariis, C(ůnrado) de Veringin, Nycolao et Waltero, monachis, C. Nigro, Marquardo mercatore et Walthero conversis. Es siegelt Hugo. 475.

Cod. Sal. III, 71 No. LXV.

1272. Febr. 22. Konstanz. Bischof Eberhard II. von Konstanz gibt eine Declaration über den Antheil des Klosters Salem an den von ihm dem Anselm von Justingen und dem Anselm von Wildenstein abgekauften Gütern und Rechten zu Frickingen. 476.

Eberhardus, dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis noticiam subscriptorum cum salute.

[1] Um die letzte Zeile ganz auszufüllen ist zwischen den Worten omnibus und usi eine Lücke im Or.

Digitized by Google

Vita cunctorum instabilis || et memoria hominum labilis et infirma monent, gesta temporum perhennari serie litterarum. Noverint igitur universi, quod contractum emptionis, quem nos || cum viris nobilibus Anshelmo de Justingen et Anshelmo patruele suo de Wildenstain super possessionibus sitis in Vrikingen et iure patronatus || ecclesie eiusdem ville et omnibus dictis possessionibus attinentibus in pratis, pascuis, agris, silvis, nemoribus, virgultis, aquis et aqueductibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis et iuribus, que vulgo dicuntur *ehafti unde getwing*, et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, quia ad ipsos proprietatis titulo pertinebant, inivimus publice coram multis, dictum contractum, adhibitis omnibus, que de iure canonico, civili et consuetudine solent in contractibus adhiberi, rite ad effectum ac legittime perducentes. Et licet id inceperimus et expleverimus publice nomine nostro et nostre ecclesie, protestamur tamen et recognoscimus per presentes, quod nos dictum emptionis contractum, nomine et auctoritate venerabilium in Christo Eberhardi abbatis et conventus de Salem, quos ex animo propter deum intendimus, quantum possumus, bona fide simpliciter in omnibus promovere, adtendentes illud precipue, quod ipsi se et sua protectionis nostre gratie fideliter submiserunt, pro medietate omnium predictorum incepimus et perduximus ad effectum, reliqua dumtaxat parte tantum ad nostrum monasterium pertinente. Ne igitur dictus conventus suumque monasterium in portione sua, scilicet medietate omnium predictorum, quam in omnibus pleno iure, eque sicut reliqua pars nobis, spectare ad ipsos publice profitemur, in futuro dispendium, quod absit, per nos vel per nostros successores seu alios quoscumque aliquo casu quolibet contingente patiantur propter hoc, quod in possessione hucusque fuimus publica totius empti predii supradicti, volentes ipsis de futuris periculis providere, sicut nostram honestatis constantiam condecet precavere, ne ius, si quod ex hoc, quod in possessione fuimus, contraximus, ipsis in aliquo preiudicet vel obsistat, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera, in presentia dilectorum confratrum nostrorum, videlicet magistri Walkoni, decani nostri, Hainrici dicti [de] Clingenberg, prepositi Sancti Stephani et Sancti Johannis ecclesiarum in Constantia, et Hainrici dicti de Wigoltingen, canonicorum nostrorum, protestamur publice et expresse, in-

Digitized by Google

ducentes dictum monasterium in possessionem et proprietatem portionis, que ipsum contingit, videlicet medietatem possessionum omnium predictarum, libere et quiete pleno iure perpetuo possidendam. Profitemur etiam et recognoscimus, abbatem et conventum monasterii supradicti viginti marcas argenti integraliter persolvisse de precio tam principali quam accessorio, cuius summa in comparatione proprietatis predii memorati fuerunt 57 marce et dimidia, summa vero solutionis pheodi septuaginta marce, que in universo collecta erunt, centum 27 marce et dimidia in solutione pro parte, que ipsos iam contingit vel continget in posterum, si nos continget aliquid residui pertinentis ad dictum predium comparare, cuius medietas eque ad eos sicut et nos, et ad nos, si ipsi de dicto predio aliquid comparaverint, sicut ad eos debet in omnibus pertinere, reliquam partem tocius precii, que ipsos pro portione sua continget, cum requisiti a nobis vel successore nostro fuerint, soluturi, difficultate qualibet non obstante. In cuius facti evidentiam et munimen presentem cedulam, exinde conceptam et sigillo nostro necnon sigillo capituli nostri et sigillis supradictorum canonicorum nostrorum roboratam, porreximus monasterio pretaxato pro testimonio et cautela.[1] Nos magister Walkonus decanus maioris ecclesie Constantiensis, et nos Hainricus, prepositus Sancti Stephani et Sancti Johannis, et ego Hainricus dictus de Wigoltingen, canonici Constantienses, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus profitemur, consensum nostrum et ratihabitionem pro nobis et nostro capitulo ipsis omnibus et in omnibus adhibentes, sigilla nostra huic cedule appendentes in ipsius facti testimonium et munimen. Acta sunt hec in Constantia anno domini M° CC° LXX° II°, in katedra Sancti Petri, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet magistro Hainrico Kiuchelino, magistro Hainrico notario et magistro Hainrico de Capella. Datum ut supra.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 5 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1—4 des Bischofs, des Domcapitels bekannt, des Domdekans Walkonus und des Propstes Heinrich von St. Stephan wie an No. 455, 5 des Konstanzer Kanonikus Heinrich von Wigoltingen (III A 2 c), spitzoval, 38:24 mm, im Siegelfeld die hl. Jungfrau mit dem Kinde, vor ihr mit gefalteten Händen kniend ein Kleriker. Umschrift: † **s. henr. dcl. ceh. (?) can. constan.**, alle 5 mit Daumeneindruck.

[1] Zwischen cautela und nos ist eine Lücke im Or.

Digitized by Google

1272. Juni 2. Konstanz. Die Grafen Berthold und Konrad von Heiligenberg verzichten auf alle Ansprüche an die Fischenz in der Aach und das Wirthschaftsrecht zu Mimmenhausen zu Gunsten des Klosters Salem. 477.

Omnibus[1] hanc paginam inspecturis Bertholdus et Cûnradus fratres comites Sancti Montis rei geste noticiam cum salute Ut[1] ea, que pacis caritatisque intuitu veritate mediante debite peraguntur, inviolabiliter perseverent, expedit, ipsa litterarum et testium[2] testimoniis perhennari. Eapropter tenore harum pateat universis, quod cum nos reverendos in Christo Eberhardum abbatem et conventum monasterii de Salem extra formam juris in causam traxerimus super piscaria fluvii dicti *diu Ahe*, fluentis per suum monasterium suosque rivos usque ad lacum dirigentis, et iure || taberne in Mimmenhusen, eo quod aliquid iuris in dictis nobis conpetere credebamus, et in dicta causa foret diutius litigatum, tandem nos, reversi ad cor, intuentes provida ratione, multa et effectuosa beneficia nobis et nostris progenitoribus a dicto . . abbate suoque monasterio hucusque largiter exhibita et, ut speramus, in posterum exhibenda, ad hoc nostrum animum de consilio proborum virorum duximus inclinandum, ut, cessante omni iuris et facti strepitu, ius, quod predictum monasterium in dicta piscaria et iure taberne se habere fatebatur, inspicere curaremus, quod cum presente domino et magistro Walcono, decano maioris ecclesie in Constantia, et ministro necnon civibus civitatis eiusdem aliisque probis viris, adhibito omni studio fecerimus diligenter, quia ius in predictis omnibus ratione prescriptionis legitime et instrumentorum sufficienter super hoc confectorum pro monasterio supradicto plene invenimus habundare, ita ut merito cessare debeant contra predicta omnium actiones sine exceptione, omni actioni nostre seu iuri, si quid nobis in predictis conpetebat vel conpetere videbatur casu quolibet contingente, cessimus publice et expresse ad manus . . abbatis sepedicti monasterii, resignantes et renunciantes pro nobis et nostris successoribus omnibus exceptionibus, defensionibus, iuribus, consuetudinibus et omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, per que ius monasterii prelibati in dicta piscaria et iure taberne posset, licet iniuste, inposterum enervari. Promittentes simpliciter bona fide, omni

[1] Verzierte Initiale. — [2] Or. hat testibus.

Digitized by Google

cavillatione postposita, ipsum monasterium in predicta piscaria et iure taberne per nos vel alios quoscumque decetero non ledere vel gravare. Acta sunt hec in Constantia anno domini M°. CC°. LXX°. II°., in ascensione domini, indictione XV^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walcono, decano maioris ecclesie Constantiensis, magistro Azzone, Petro, notario comitis Alberti[1], et Cûnrado, sacerdote dicto Curialis, clericis, Ûlrico de Oberriedern et Bertholdo de Ebirhartes-willer, militibus, Rûdolfo Johelario dicto *der Ruhe*, ministro Constantiensi, Walthero et Rûdolfo, fratre suo Johelariis, Ûlrico monetario, civibus Constantiensibus, et Manegoldo de Milnhouen, fratre Nycolao, Ûlrico Grâtario et fratre Ebirhardo de Steckborn, monachis, aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidenciam presentem litteram, exinde conceptam et sigillo, quo ego Cûnradus comes utor, quia frater meus Berhtoldus sigillum proprium non habebat, pro me et fratre meo cum sigillis predicti . . decani et ministri roboratam, sepedicto monasterio porreximus ad cautelam. Ego vero Berhtoldus comes sigillis supradictis contentus fui pro testimonio in hoc facto, quia sigillum proprium non habebam. Nos vero Walc(onus), decanus ecclesie Constantiensis et Rûdolfus Johelarius, minister civitatis in Constantia, predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur presentibus esse vera et in presencia nostra facta, sigilla nostra pro testimonio huic littere ad petitionem partium apponentes.

Perg. Or. Linirtes Pergament. Fremde Hand. Die 3 Siegel (des Grafen Konrad, des Decans Walco und des Schultheissen von Konstanz) aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend, sind bekannt, 1 und 2 haben auf der Rückseite Daumeneindrücke, 3 ist durch Fingerdruck gratartig erhöht. Cod. Sal. II, 186 No. CLIII. Reg. Fickler, Heiligenberg. Reg. 116.

1272. Juni 24. Hohentengen. Graf Mangold von Nellenburg überläßt dem Kloster Salem die Eigenschaft eines Gutes zu Günzkofen, nachdem der von ihm mit demselben belehnte Heinrich genannt Ramunch von Schwarzach (Hainricus dictus Ramunch de Swarza) auf dasselbe zu Gunsten des Klosters verzichtet hatte. Acta sunt hec apud Diengen anno domini M°. CC°. LXXII°. circa festum beati Johannis Baptiste, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet

[1] Vermuthlich von Hohenberg.

Digitized by Google

H. de Swaindorf, Alberone et Ůlrico fratribus de Regenoltswiler, fratre H. dicto Strube, converso de Salem aliisque quampluribus probis viris. Es siegelt Graf Mangold. 478.

Cod. Sal. III, 85 No. LXXX. Reg. Ztschr. 1, 76 u. 3, 85, Locher, Veringen S. 78.

1272. Dec. 26. Meersburg. Bischof Eberhard II. von Konstanz macht eine Sühne zwischen dem Kloster Salem und den Brüdern Konrad und Heinrich von Gundelfingen über verschiedene streitige Punkte, insbesondere vertauschte Eigenleute. 479.

E(berhardus), dei gratia ecclesie Constantiensis episcopus, universis hanc litteram inspecturis salutem et noticiam subscriptorum. Ne lites sopite per concordiam iterum recidivent, litterarum debent testimoniis perhennari. Noverint igitur universi, quod cum Cůnradus de Gundelvingen dictus de Granhain et H(ainricus) frater suus, rector ecclesie in Burcwiler, viros religiosos . . abbatem et conventum de Salem in causam traxerint coram nobis super eo, quod iidem abbas et conventus quosdam homines, scilicet Hermannum dictum Boschin et Adilhaidem sororem suam, uxorem dicti Griuben, cum universa prole sua, scilicet H(ainrico), C(ůnrado), H(ainrico), Hermanno et Berhtoldo, filiis suis, et Adilhaide, filia sua, necnon aliis universis ab ipsa et sua prole per quemcunque sive quoscumque, concedente domino, in posterum propagatis, qui omnes ecclesie in Burcwiler proprietatis titulo pertinebant, sibi tamquam proprios vendicabant, eo quod dictus C(ůnradus) ipsos iusto venditionis titulo ipsis vendiderat sub hac forma, quod alios, scilicet Maechthildim, uxorem quondam textoris Marquardi, et sororem suam cum universa prole utriusque, qui sibi proprietatis titulo pertinebant pro recompensatione eorundem, eque vel plus [41] valentes, iuxta estimationem subditorum ecclesie memorate, per iuramentum firmatam, ecclesie traderet supradicte, circa quod, cum ex parte C(ůnradi) predicti negligentia foret facta ita, quod nichil horum rite perductum fuerat ad effectum, quamvis ad ea fideliter teneretur, predicti abbas et conventus obligationem a sepedicto C(ůnrado) ipsis factam de premissis ac dolum et deceptionem necnon fraudem ipsis factam contra eos valide et legittime exceperunt, tandem cum diutius littigassent, de consilis proborum et prudentum virorum, nos taliter dictam litem duximus decidendam, cu-

Digitized by Google

pientes inter partes pacem et concordiam in perpetuum roborare, ut iidem fratres de Gundelvingin omnibus actionibus, litibus et iuribus, que ipsis contra dictum monasterium et ipsius monasterii res ac personas tacite vel expresse quocunque casu vel iure ab omni tempore retroacto usque ad istum diem competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente, renuntiarent, dictum monasterium a predictis omnibus absolventes et absolutum simpliciter faterentur. Quod sine omni exceptione, dolo, cavillatione et fraude fecerunt publice coram nobis, fidem dantes et prestantes super hoc corporale iuramentum, quod sepedictum monasterium et suas res quascunque mobiles et immobiles et personas super omnibus contractibus, dampnis, iniuriis quibuscunque et omnibus aliis, quibuscunque nominibus censeantur, super quibus aliqua lis vel questio moveri possit vel debeat, coram quocumque iudice ecclesiastico vel civili vel etiam alias per molestias quascunque per se vel per alios non trahent in causam nec modo quolibet molestabunt, et dicti abbas et conventus de Salem quinque marcas argenti legalis darent fratribus sepedictis, quas fratres sepedicti de Gundelvingen se recepisse profitebantur coram nobis et in usus proprios convertisse. Nos vero, dictam compositionem volentes intuitu partium, ut nil obmitteretur de contingentibus, perducere ad effectum, supradictos homines, qui per reconpensationem ante dictorum dati sunt ecclesie supradicte, qui nobis proprietatis titulo pertinebant, quos dictus C(ûnradus) a nobis in feodum tenuerat illucusque, pleno iure in ecclesiam Burcwiler transtulimus, perpetuo possidendos, et sepedicti fratres consensu omnium, quorum intererat, sepedictum Hermannum et suam sororem necnon universam prolem suam, quam nunc habent vel habituri sunt in posterum, domino permittente, pleno iure in sepedictum monasterium transtulerunt in perpetuum libere possidendos. In cuius rei evidenciam et perpetui roboris firmitatem [42] presens instrumentum, ad petitionem partium exinde conceptum et sigillo nostro scilicet et predictorum C(ûnradi) et H(ainrici) fratrum pro testimonio roboratum, tradidimus monasterio pretaxato. Actum et datum anno domini M° CC° LXXII°, indictione XV^a^, in Mersburch, in die sancti Stephani protomartyris et levite. Nos vero Cûnradus de Gundelvingin dictus de Granhain et H(ainricus) frater eius, rector ecclesie in Burcwiler, predicta omnia, prout

Digitized by Google

premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus profitemur, renunciantes iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis in genere et in specie, per que predicta possint vel debeant in posterum in irritum revocari, sigilla nostra huic cedule pro testimonio apponentes, tali pene, si contra predicta venerimus quoquo modo per nos vel per alios, nos subicientes spontanee, ut super periurio debeamus, non obstante exceptione qualibet, conveniri.

Cod. Sal. III, 40 No. XXXV.

1273. o. T. Weildorf. Graf Konrad von Heiligenberg entscheidet einen Rechtsstreit zwischen dem Kloster Salem und den freien Leuten zu Wehhausen über näher bezeichnete Rechte in der Gemarkung von Neufrach, sowie einen Rechtsstreit zwischen dem Kloster und Heinrich und Burkard Ritterbein über einen Hof zu Altenbeuren zu Gunsten des Klosters. 480.

Omnibus hanc paginam inspecturis Cûnradus comes Sancti Montis rei geste noticiam cum salute. Ne lites sopite per iusticiam repul lulent iterato, expedit ipsas litterarum serie perhennari. Eapropter noverint universi, quod cum homines libere conditionis oppidi, quod dicitur Wænhusen, || venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem questionem movissent super eo, quod ipsis, ut asserebant, ius quod vulgo dicitur *gemain*||*merke, getratschaft unde viheiwaide,* in possessionibus pertinentibus ville Nivfron contigue ville sue Wænhusen, usque ad terminum, qui dicitur vulgariter *ze der brugge und ze dem ûzeren graben,* conpeteret, ex quo iure ipsis liceret sua peccora pascere, prout vellent, et Hainricus et Burkardus dicti Ritterbain eodem tempore dictum abbatem monasterii de Salem suumque conventum in causam traxissent super curia in Altenbivrron, quam sibi proprietatis titulo conpetere fatebantur, tandem post multa, cum cause partium utrarumque coram nobis et alibi forent diutius ventilate, per nos, prehabito consilio proborum virorum, per sententiam de consensu omnium partium taliter sunt decise, ut abbas suusque conventus monasterii prenotati, qui in possessione quieta predictarum possessionum fuerant, et per 40 annos et amplius dictas possessiones cum omni libertate et iuribus prenotatis iusto titulo et bona fide dicebant sine interruptione aliqua possedisse, si predicta probare possent per instrumenta seu testes idoneos,

Digitized by Google

ut tunc ipsis per nos fuerat explicatum, possiderent inperpetuum cum omni iure ipsas possessiones pacifice et quiete. Quod quia dictus conventus suusque abbas per instrumenta et testes idoneos astrictos iuramento sufficienter probaverunt publice coram nobis et multis aliis, nos dicte ville in Wænhusen hominibus universis et predictis Hainrico et Burkardo dictis Ritterbain in omnibus hiis, super quibus lites vertebantur, per sententiam silentium inponimus, dictam curiam in Altenbivrron cum omnibus suis attinentiis necnon iura possessionum pertinentium ad villam Nivfron usque ad terminos supradictos, videlicet *ze der brugge unde ze dem ûzeren graben*, que vulgo dicuntur *gemainmerke, getratschaft unde vihewaide*, adiudicamus monasterio sepedicto, ita quod ville in Wænhusen, Hainrico et Burkardo dictis Ritterbain nichil iuris conpetere debeat in premissis. Acta sunt hec apud Wildorf anno domini M°. CC°. LXX°. III°., indictione II^a., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûdolfo de Sulzperch, Ûlrico de Oberriedern, Dietrico et Cûnrado fratribus de Nivfron, Friderico de Magenbûch, militibus, Manegoldo de Milnhouen, Gôzwino et Hainrico fratribus de Bivrron, Johanne dicto Absolon, Hainrico de Rehenôwe et Marquardo de Rûtzelinswiler aliisque quampluribus probis viris. Et ut hec maneant imperpetuum inconvulsa, presentem cedulam exinde conscriptam sigillo nostro duximus roborandam, tradentes ipsam monasterio pretaxato pro testimonio et cautela.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Das bekannte Siegel des Ausstellers aus Malta hängt an einem Pergamentstreifen an, auf der Rückseite zwei Daumeneindrücke. Cod. Sal. II, 216 No. CLXXVIII. Fickler, Heiligenberg. Reg. 117.

1273. Jan. 2, Grasbeuren. Konrad von Helmsdorf verkauft an das Kloster Salem eine ihm heimgefallene Schupose zu Grasbeuren.

481.

Ich Cûnrat von Hermstorf, ain ritter, tûn kunt allen den, die disen brief lesint oder hôrint lesin, || daz ich den erbæren in gotte, dem abte und der samenunge von Salmanswiller die schûpûze || da ze Grasbivrron, die herre Volkart sælig von Grasbivrron, ain ritter, von mir vnd minen || vorderon ze lehen hatte, do si mir nach sinem tode ledig wart von im, umb zehen pfunt vnd fiunf schillinge pfenning Costentzer miunze reht

Digitized by Google

und redelich gab ze kŏffenne mit allem dem reht, so dar zů hŏrit, bi wasen und bi zwige, und als es an mich von minen vorderon komen was; und verzihe mich an disem brief fiur mich vnd alle min erben alles des rehtis, so ich ze demselben gůte hatte, oder iemer her nach ich oder min erben gewinnen mŏhtin; und vergihe dar zů, daz ich des gůtis, so vor geſchriben ist, gæntzelich si gewert. Und ze ainem offenen urkiunde dirre dinge, so gib ich den vorgnanten[1] von Salmanswiller disen brief mit minem insigel besigelten. Diz geschah ze Grasbivrron in dem dorf, do man zalte von gottis gebiurte tusent zwaihundert und sibentzig[2] jar dar nach in dem dritten jar, an dem næhestin tag nah dem in gænten jar, indictione[3] IIII[a], ze gegenwiurti diser geziuge: brůder Hainriches des grossen kellærs von Iseni, brůder Bertoltis des kŏfmannis, Cůnratis des[4] maigers von Grasbivrron und gnůg anderr biderbir liute.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers, aus Malta, an Pergamenstreifen, rund (IV A 2) 35 mm, im Dreieckschild zwei von einander gekehrte Einhornrümpfe. Umschrift: † s. cvnradi. militis. de. hermsdorf. Auf der Rückseite zwei schräg laufende tiefe Kerbschnitte. Cod. Sal. II, 393 No. CCCXCIII. Die älteste Urkunde des Salemer Archivs in deutscher Sprache.

1273. Febr. 28. Esslingen. Graf Ulrich II. von Wirtemberg bestätigt den Verkauf von Gütern in Hochflur durch Konrad Ritter an das Kloster Salem und befreit dieselben von jeder Abgabe. 482.

Omnibus[5] hanc paginam inspecturis Ůlricus comes de Wirtenberc rei geste noticiam cum salutę. Temporum malicia et || hominum memoria labilis monent, gesta temporum litterarum serie perhennari. Noverint igitur universi, quod cum vir discretus Cůnradus || dictus Ritter, quondam marscalcus noster, possessiones suas sitas in Hochflůr in agris, pratis, pascuis, vineis, areis, terris cultis et || incultis, silvis, nemoribus, vírgultis, aquis et aque ductibus, viis, inviis, semitis, itineribus et omnibus aliis, quibuscumque censeantur intus et extra dictis possessionibus pertinentibus, quas illucusque iure feodali, quod vulgo dicitur *cinslehin*, a venerabilibus in Christo, abbatissa et conventu sororum ordinis fratrum minorum in Pfullingen in parte aliqua et in aliqua parte a viris discretis, no-

[1] Or. hat vorganten. — [2] tzig ist von anderer Hand beigefügt. — [3] Von IIII[a] an andere Hand. — [4] Or. hat de. — [5] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

stris fidelibus, dictis de Vrbach, nec non partem aliquam a viro discreto . . milite dicto de Winden et in aliqua parte a Wortwino dicto de Schanbach et in aliqua parte a dicto de Mv̊lhvsen possederat pacifice et quiete, Haedewigis matrone sue[1] et omnium predictorum nec non omnium, quorum intererat voluntate plena et expressa prehabita et consensu, reverendis in Christo abbati et conventui in Salem ac per ipsos suo monasterio, receptis ab eis centum quinquaginta libris hallensium, omni iuris ac consuetudinis sollempnitate adhibita[2], vendidisset publice et tradidisset et ipsarum omnium possessionem vacuam in dictum monasterium transtulisset, libere et quiete perpetuo possidendam, nos, cupientes dictum monasterium ob favorem religionis et specialis dilectionis, qua nos et progenitores nostri dictum monasterium dileximus ab antiquo, per nos et nostros rebus et personis pro viribus promovere, dictam emptionem rite in omnibus consumatam, adhibendo nostrum consensum voluntarium et expressum, duximus, prout potuimus, presentibus confirmare, facientes dicto monasterio gratiam specialem, ut ex nunc et in perpetuum omnes possessiones supradicte exempte sint libere ac immunes ab omni precaria, necnon aliis omnibus exactionibus, quibuscumque nominibus censeantur, quas nostri officiales debite et indebite possessionibus diversis modo diverso in nostro districtu imponere consueverunt. Dictam libertatem seu exemptionem, quantum ad nos et nostros successores et omnes nostros officiales, expresse tamen contra omnes sine exceptione de Waibelingen, volumus in perpetuum robur firmitatis obtinere, ita ut si aliquid exactionis per quemcunque a dictis possessionibus fuerit requisitum, ipso facto sit penitus irritum et inane. Acta sunt hec apud Ezzelingen anno domini M° CC° LXXIII°, indictione prima, pridie kalendas marcii, subnotatis testibus presentibus, videlicet comite Ottone de Brandenburg, Wolframmo de Bernhusen, Wolframmo de Steten, militibus, fratre Wernhero, commendatore in Lewenberc, fratre Cûnrado de Salem, provisore in Ezzelingen, Marquardo, sculteto in Ezzelingen, aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem literam exinde ad peticionem parcium conceptam sigillo nostro necnon sigillo universitatis in Ezzelingen fecimus roborari. Nos Cûnradus dictus Ritter et Haedewigis

[1] Or. hat matrona sua. — [2] Or. hat adhibitis.

Digitized by Google

prenominati predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus protestamur, renunciantes pro nobis et nostris successoribus universis omnibus iuribus, consuetudinibus, serviciis, actionibus et omnibus aliis quibuscumque, que nobis in dictis possessionibus competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente. Renunciantes etiam omni iuri et iuris auxilio, omni foro tam civili quam ecclesiastico, omni exceptioni, actioni, defensioni, constitutioni legum et canonum, consuetudini loci et patrie, literis impetratis vel impetrandis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni pecunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta venditio possit vel debeat in posterum calumpniari, revocari vel modo quolibet enervari. Et quia sigillum proprium non habuimus, sigillis supradictorum, videlicet nobilis domini nostri comitis de Wirtenberc et universitatis in Ezzelingen, in hoc facto pro testimonio usi sumus.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Ulrich II. v. Wirtemberg, rund (IV A 2) aus Wachs, 60 mm, wie an No. 386. Drei Daumeneindrücke. 2. der Stadt Esslingen, aus Malta, schildförmig (IV A 2) 60:52 mm, wie an No. 203, zwei kleine Fingereindrücke. Cod. Sal. III, 169 No. CXXXI.

1273. Febr. 28. Graf Ulrich II. von Wirtemberg gestattet seinem Dienstmann Otto von Ehestetten, drei Höfe in Frankenhofen an das Kloster Salem zu verkaufen. 483.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ůlricus comes de Wiertenberc rei geste noticiam cum salute. Venit ad nos Otto de Eschistetin, ministerialis noster, nobis supplicans affectuose, ut esset de consensu nostro et licentia, quod sibi predium suum, scilicet tres curias sitas in Frankenhouen, venerabili in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem vendere liceret. Nos, sue petitioni benignum prebentes assensum, sibi ipsas curias vendendi plenam dedimus facultatem. Huius rei testes sunt comes Witego de Burgowe, Ludewicus iunior dux de Tekke, R. miles de Hohdorf, Berhtoldus liber de Blankenstain, Johannes de Liebenowe et quam plures alii fide digni. Et ut hec firma permaneant et inconcussa, presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum anno domini M° CC° LXXIII. pridie kalendas martii.

Cod. Sal. III, 220 No. CLXXVIII. Vgl. unten No. 485–487.

Digitized by Google

1273. März 5. Ehingen. Berthold von Gundelfingen verzichtet, nachdem er als Geistlicher bei dem Abschluss verschiedener Rechtsgeschäfte seiner Brüder mit dem Kloster Salem nicht beigezogen worden, gegen 10 M. Silber auf alle seine Ansprüche an die dabei veräusserten Besitzungen. 484.

Omnibus hanc paginam inspecturis Berhtoldus de Gundelvingen rei geste noticiam cum salute. Temporum malicia et hominum memoria labilis || monent, gesta temporum perstringi serie litterarum. Presentes igitur noverint et futuri, quod, cum venerabilis in Christo . . abbas et conventus de Salem cum omnibus fratribus || meis diversis locis et temporibus quosdam contractus emptionis quarundam possessionum sitarum in Nivfron, Livtkilch et alibi, videlicet possessionum feodorum, que || a reverendo domino . . abbate Augie Maioris in feodum tenuerant illucusque, in quibus quondam Ůlricus miles de Bodemen per dictos fratres meos et per me fuerat infeodatus, que diversis nominibus appellantur, scilicet *Schrallengůt* et dicti *Růstinges gůt*, necnon aliarum possessionum, quibuscumque nominibus censeantur, sicut in suis super hoc confectis instrumentis pluribus continentur, expresse nomina singularum, adhibitis omnibus, que adhibenda fuerant, inierint publice coram multis, et iidem fratres mei, recepta diversis temporibus quadam summa pecunie, ius feodale dictarum possessionum, quarum proprietas nunc monasterio de Salem noscitur pertinere, in ipsum monasterium, resignatione facta nobili domino . . abbati Augie Maioris, per suas manus et donationem transtulerunt libere possidendas, ego, cum sim frater ipsorum et una cum ipsis in hereditate paterna succedere debuissem in omnibus et sentirem me gravari per dictum monasterium propter hoc, quod, cum in statu clericali fuerim constitutus, requisitus non fui, ut debui, in predictis, dictum . . abbatem et conventum in causam traxi extra formam iuris, mea, ut debui, repetendo. Verum quia idem abbas et conventus nemini videntur sine causa ullam iniuriam irrogare, mecum super predictis omnibus, immo super omni actione, que mihi competebant vel competere videbantur contra dictum monasterium et ipsius monasterii omnes res mobiles, immobiles et personas tacite vel expresse, adiecto iure, quod michi in Hermanno dicto Bosche et Adilheide sorore sua suisque liberis universis, videlicet Hainrico, Cůnrado, Hainrico, Hermanno,

Digitized by Google

Berhtoldo et Adilhaide, sorore ipsorum, nunc genitis et omnibus aliis per ipsos in posterum procreandis, qui ecclesie in Burcwiler pertinebant et in dictum monasterium de Salem per concambium factum ecclesie in Burcwiler per me et fratres meos sunt traditi et donati, perpetuo pleno iure in omnibus possidendi, taliter convenerunt mediantibus probis viris, videlicet Swiggero, fratre meo dicto Longo et Hainrico, maiore cellerario ipsius monasterii, ac aliis pluribus, ut, receptis 10 marcis argenti legalis, omne ius seu actionem, que michi in supradictis omnibus competebant, donarem, traderem et transferrem libere et expresse in ipsum monasterium, quod et feci. Renuncians omnibus iuribus, actionibus, exceptionibus et omnibus aliis tacitis et expressis, quibuscumque nominibus censeantur, que mihi ratione quarumcumque emptionum seu contractuum habitorum per predictos abbatem et conventum de Salem cum meis fratribus et progenitoribus universis ab omnibus temporibus retroactis competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente usque ad diem compositionis istius, facte in Ehingen in cimiterio, anno domini M° CC° LXX° III°, III° nonas marcii, indictione I^a. Profiteor etiam, dictam pecuniam recepisse et in usus proprios convertisse, renuncians etiam omni defensioni, exceptioni, consuetudini, iuri, canonum et legum subsidio, litteris impetratis et impetrandis, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta compositio et omnis actionis mee translatio in monasterium supradictum posset in posterum calumpniari vel modo quolibet enervari, obligans me et promittens super hoc corporali prestito iuramento, predicto monasterio super premissis per me vel alios quoscumque consilio, verbo vel facto in forma iuris vel extra sive per quamcumque molestiam nullum inferre dampnum, iniuriam vel gravamen. Acta sunt hec loco et tempore supradicto, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Eberhardo, comite de Wartstain, Swiggero Longo de Gundelvingen, Eberhardo Senfelino, Ůlrico de Egelingen, Rainhardo de Blieningen, Hernesto ministro de Granhain, Hainrico dicto Vraise; de fratribus vero de Salem Hainrico, cellerario maiore, dicto de Ezzelingen, Berhtoldo de Ulma, magistro conversorum, Ottone de Ulma, monachis et Cůnrado converso dicto Girstelinc aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur per-

Digitized by Google

petue firmitatis presentem cedulam sigillis nobilis comitis Eberhardi de Wartstain et meo pro testimonio in hoc facto dicto monasterio tradidi roboratam Nos comes Eberhardus de Wartstain profitemur, predicta, prout premissa sunt, omnia esse vera, sigillum nostrum ad petitionem partium huic instrumento pro testimonio apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Eberhard von Wartstein, wie an No. 472, drei Daumeneindrücke; 2. des Berthold von Gundelfingen, schildförmig (IV A 2), 45:30 mm, im Dreieckschild, das bekannte Gundelfingische Wappenbild. Umschrift: † **s'. bertoldi. de. gvndolvingen.**,[1] 2 Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 1 No. I. Regest: Ztschr. 3,85.

1273. März. 13. Siessen. Ulrich Graf von Helfenstein genehmigt mit Zustimmung seines Sohnes Ulrich den Verkauf dreier Höfe in Frankenhofen durch Otto von Eschistetin, seinen Dienstmann (ministerialem nostrum), mit der Zustimmung seiner Brüder Dietrich und Heinrich, seiner Frau und Kinder um 40 Mark Silber an das Kloster Salem. Actum apud villam Suzun, anno domini M° CC° LXXIII, in crastino beati Gregorii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico et Ůlrico de Vberchingin, Růdolfo de Nallingin, Ludewico de Hofstetin, Hainrico dicto Sorge, militibus, Eberhardo iuniore comite de Spitzenberc, Ernfrido de Roden, Wernhero de Machtolfshain et H(ainrico) notario aliisque quampluribus probis viris. Es siegelt der Aussteller. 485.

Cod. Sal. III, 219 No. CLXXVII.

1273, März 13. Siessen. Derselbe überträgt die Güter und Besitzungen der Brüder Dietrich, Heinrich und Otto von Eschistetin, seiner Getreuen (fideles), zu Frankenhofen, nachdem sie auf dieselben zu seinen und seines Sohnes Ulrich Händen verzichtet hatten, auf deren Bitten dem Kloster Salem zu eigen. Datum[2] und Zeugen wie in der vorhergehenden Urkunde. Der Aussteller siegelt. 486.

Cod. Sal. III. 220 No. CLXXVIIII.

1273. März 17. Granheim. Otto von Eschisteten verkauft alle seine Besitzungen in Frankenhofen, welche er von

[1] Daran schliesst sich eine lilienartige Arabeske und ein Stern. — [2] Durch ein unzweifelhaftes Schreibversehen des Copisten steht als Jahrzahl nur M° CC°.

Digitized by Google

den Edeln Swicker dem Langen, Konrad, Heinrich und Berthold Gebrüdern von Gundelfingen gekauft hatte, unter Zustimmung seiner Brüder Heinrich und Dietrich, seiner Ehefrau und Kinder sowie der Frau Ita, Witwe Herrn Swickers d. ä. von Gundelfingen, welche versicherte, dass sie an diese Besitzungen einen Rechtsanspruch habe, der „lipgedinge" genannt wird, um 40 Mark Silber an das Kloster Salem durch die Hände und mit Bewilligung der edlen Grafen von Wirtemberg und Helfenstein, deren Höriger er ist (iure proprietatis pertinet). Acta sunt hec apud Granhain anno domini M° CC° LXXIII, XVI kalendas aprilis, indictione I^a, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Eberhardo comite de Wartstain, domino Eglolfo de Stv̊zelingin, domino Swiggero Longo et domino Berhtoldo, fratre suo, de Gundelvingin, domino Sigebotone et domino Rûdolfo, fratre suo, de Hundersingin et domino Ůlrico de Eglingin, militibus; de fratribus de Salem Hainrico cellerario de Ezzelingin, Ůlrico Grâtario, monachis, Hainrico converso dicto Gans aliisque quam pluribus probis viris. Es siegeln Graf Eberhard von Wartstein, Swicker, Konrad, Heinrich und Berthold von Gundelfingen.

487.

Cod. Sal. III, 216 No. CLXXIIII.[1]

1273, Apr. 3. Ueberlingen. **Graf Mangold von Nellenburg beurkundet den Verkauf von Gütern zu Owingen durch den Ritter Maingoz von Owingen an das Kloster Salem.** 488.

Omnibus hanc paginam inspecturis Manegoldus comes de Nellenburch noticiam rei geste. Si res geste || litterarum memorie commendantur, successoribus aufertur occasio litigandi. Eapropter presentes noverint et futuri, quod cum vir discretus || Maingozus miles dictus de Ǒwingen per manus domini sui, voluntate liberorum sororum suarum, uxorum videlicet Wernheri dicti de || Bvnchoven et Johannis de Aspesingen, quorum nomina hec fuerunt, Hainricus et Johannes, frater suus, filii dicti Johannis de Aspesingen et[2] filius dicti Wernheri de Bvnchoven, quia tunc temporis ambe sorores plures liberos non habebant, et omnium, quorum intererat, prehabita et consensu, possessiones suas sitas in Ǒwingen, scilicet duas areas in dicta villa, una videlicet contigua curie dicte *Hermannes hof* et alia

[1] Vgl. oben No. 483. — [2] Lücke im Or.

Digitized by Google

contigua strate publice et pratum dictum *Rûchsrieth*, necnon agros hincinde circa villam predictam sitos, taxatos ad 18 iugera, que omnia et singula sibi illucusque proprietatis titulo pertinebant, cum omnibus iuribus et libertatibus necnon appendiciis quibuscumque dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, adhibita sollempnitate debita et consueta, viris venerabilibus, abbati scilicet et conventui monasterii de Salem, receptis ab eis 18 marcis argenti legalis, quas coram nobis profitebatur una cum predictis liberis recepisse et in usus proprios convertisse, vendidit, tradidit predictorum omnium possessionem vacuam et donavit. Renuncians una cum dictis suis nepotibus omni iuri, actioni, exceptioni, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omni subsidio seu aliis quibuscumque, per que predicta vendicio possit imposterum modo quolibet enervari. Promittentes bona fide prestare werandiam de premissis, quotienscumque et coram quocumque iudice fuerint requisiti. Acta sunt hec apud Vberlingen anno domini M° CC° LXX° III° in crastino palmarum, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberto de Eberhartswiler, Hainrico de Nænzingen, militibus, Hainrico de Swaindorf, Berhtoldo de Aspesingen, Rudolfo Abezwic, Hainrico Ehingario, Ûlrico Knæppeler, Hainrico Gælsterli, Cûnrado Rasori, Hainrico Ræscheli, Ûlrico Rufo, Berhtoldo Villico, Rûdolfo Vorster, Hainrico Hûber, Hainrico cellerario et Berhtoldo, fratribus de Salem aliisque quampluribus probis viris. Nos, volentes dicto monasterio a dampno in isto contractu imposterum precavere, ad peticionem partium, cum nobis constaret de vero sic esse, presentem litteram exinde conceptam sigilli nostri munimine pro testimonio duximus roborandam. Nos Maingozus et dicti nepotes sui predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur presentibus esse vera. Et quia sigilla propria non habuimus, sigillo predicti nobilis domini Manegoldi comitis de Nellenburch usi sumus pro testimonio in hoc facto.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreif, aus Malta, wie an No. 470. Zwei Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 11 No. X. Reg. Ztschr. 1, 76.

Digitized by Google

1273. April 9. Ueberlingen. **Graf Mangold von Nellenburg beurkundet den Verkauf eines Gutes zu Owingen durch den Ritter Maingoz von Owingen an das Kloster Salem.** 489.

Omnibus hanc paginam inspecturis Manegoldus comes de Nellenburch rei geste noticiam cum salute. || Ne ea, que geruntur in tempore, labantur cum tempore, litterarum debent testimoniis perhennari. Eapropter presentes noverint et futuri, || quod cum venerabiles in Christo abbas et conventus de Salem contractum emptionis cum viro discreto Maingozo milite de Owingen || necnon Johanne dicto de Aspesingen publice inierint coram nobis super predio dicto *hern Maingozes gůt*, sito in Owingen, quod sibi et suis sororibus, videlicet quondam uxori dicti Johannis de Aspesingen et Ite, uxori Wernheri de Bvnkoven, quia plures sorores non habuit, proprietatis titulo pertinebat, et iidem, videlicet Maingozus et Johannes, accedente consensu pleno et expresso sororum predicti Maingozi militis, videlicet uxoris predicti Johannis et uxoris Wernheri dicti de Bunkoven suique mariti, necnon liberorum eorundem et omnium, quorum intererat, dictum predium cum agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, semitis, itineribus et omnibus aliis ipsi predio intus et extra pertinentibus, quibuscumque nominibus censeantur, receptis 17 marcis argenti legalis, per modum vendicionis dicto monasterio per manus Hainrici dicti de Blaikon, quem dictus Maingozus miles, quia plaga lepre ipsum tetigerat, sibi, ut debuit, pro tutore elegerat, ut dicta vendicio rite in omnibus ageretur, tradidissent perpetuo possidendum, possessionem vacuam omnium predictorum in dictum monasterium transtulerunt, pleno iure perpetuo possidendam. Renunciantes omnes et singuli in manus predictorum fratrum de Salem omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta venditio et traditio posset imposterum modo quolibet enervari. Actum in Vberlingen anno domini M° CC° LXXIII°., V. idus aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Cůnrado cellerario[1] de Sernatingen, Ůlrico Knæppiler, Hainrico Gælsterlin, Cůnrado dicto Scherer, Hainrico Ræschelino, Ůlrico Rufo, Hainrico Ehingario, Berhtoldo Villico, Růdolfo Vorster, Hainrico dicto Hůber, Hainrico cellerario de Salem et Berhtoldo

[1] Or. hat celleario.

Digitized by Google

mercatore, converso monasterii eiusdem aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidenciam presentem cedulam exinde conscriptam ad peticionem partium sigillo nostro duximus roborandam. Nos Maingozus miles de Owingen, Johannes dictus de Aspesingen, Hainricus et Johannes, filii dicti Johannis, Wernherus de Bvnkouen et Ita uxor eius cum liberis suis predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus profitemur. Et quia sigilla propria non habuimus, sigillo nobilis domini Manegoldi comitis de Nellenburch in hoc facto pro testimonio usi sumus.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 470. Auf der Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht. Cod. Sal. III, 13. No. XI, Regest: Ztschr. 3, 85.

1273. April 13. Altshausen. Der Comthur und die Brüder des Deutschen Hauses zu Altshausen geben die ihnen von Burkard von Leiterberg überlassenen Güter und Rechte demselben wieder zurück, da er statt in ihren Orden in jenen der minderen Brüder eintreten will. 490.

Omnibus hanc paginam inspecturis nos commendator et fratres domus theutonice in Alshusen no||ticiam supscriptorum. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod cum vir strenuus Burchardus || de Laiterberch eo tempore, quo se et sua tradere nostro ordini proponebat, feoda sua, videlicet ius patronatus ecclesie || in Laiphinswile cum omnibus suis attinenciis, quod quondam pater suus a nobili domino comite de Helfenstain, qui dominus dominii in Sigemæringen tunc temporis verus fuit, in feodo tenuerat et curiam dictam *Zernrichgerhof*,[1] ibidem sitam, cum omnibus sibi intus et extra pertinentibus, quam simili modo ab imperio iure feodali tenuerat, in nos et nostrum ordinem eo iure, quo in ipsum a suo patre descenderant memorato, per manus dominorum dictorum feodorum transtulerit pleno iure, nos, quia feoda iure feodali tenere non possumus nec debemus, per labores proprios et expensas dedimus operam cum effectu, ut dicti domini feodorum iura sua, proprietatis videlicet et advocacie, cum omnibus, que ipsos in dictis quocumque titulo contingerant, in nos et nostrum ordinem transferrent, pleno iure libere possidenda, quod et fecerunt, consensu omnium, quorum intererat[2] et resignatione ipsis facta prout debuit, primitus concurrente. Quibus omnibus legittime consumatis predicta omnia per nos

[1] Cod. Sal. hat Zehernrichershof. [2] Or. hat intereat.

Digitized by Google

possessa iure proprietatis pacifice et prescripta, secundum ius et conswetudinem nostre provincie generalem, nos, de nostrorum superiorum omnium consensu, scientia et mandato, predicto Bur(chardo) de Laiterberch, qui ex causa racionabili de nostra plena voluntate propositum suum ad fratrum minorum ordinem revocavit, reddimus et in ipsum iure proprietatis transtulimus, prout nos possedimus, possidenda et in quoscumque voluerit transferenda. Actum apud Kûnezeg anno domini M° CC° LXX° III°, ydibus aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis videlicet Bertoldo de Kunezeg, Ûl(rico) et Bertoldo filiis suis, Wernhero de Riethusen, . . dicto Schutterûth, militibus, . . dicto Ysengrin et filio suo, Bur(chardo) et Rûdolfo fratribus dictis Wehter et Fridrico Wachter aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidenciam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum super hoc conscriptum sigillo nostro duximus pro testimonio muniendum. Datum Alshusen tempore ut supra.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Deutschordenshauses zu Altshausen, an einem Pergamentstreifen, rund, 35 mm (II B), vor der hl. Jungfrau mit dem Kinde kniend ein Bruder des Deutschen Ordens. Umschrift: † s.' **domvs. frm. thevthvnicor. in. alshvsen.**, Rückseite glatt. Cod. Sal. III, 96 No. LXXXIX. Reg. Ztschr. 3, 479. Die Urkunde kam in das Archiv des Klosters Salem, als Ortolf von Laiterberg an dasselbe seine Besitzungen verkaufte i. J. 1277 Dez. 18.

1273. Apr. 13. Geisingen. Konrad und Heinrich, genannt Struz, von Wartenberg überlassen das Eigenthum an der Kirche zu Bolstern und andern genannten Lehengütern auf die Bitte der seither damit Belehnten an das Kloster Salem. 491.

Omnibus hanc paginam inspecturis Cûnradus et Hainricus dictus Struz, fratres de Wartvnberch rei geste noticiam cum salute. Ut facta || modernorum sine calumpnia posteris elucescant, literarum debent testimoniis perhennari. Eapropter noverint universi, quod cum Wernherus de || Swarzenbach, consensu heredum suorum omnium concurrente, iuspatronatus ecclesie in Bolstern, quod a nobis iure feodali cum suis || attinenciis tenuerat illucusque, et Bern(herus) dictus Haller possessiones in Gvntzenhusen cum omnibus dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, iure feodali ab ipso solo a nobis possessis, ac etiam Wethzlo miles et Burchardus fratruelis suus, dicti de Rischa, possessiones dictas Betzwisan, sitas prope

Digitized by Google

grangiam Raithaslah, quas monasterio de Salem, receptis ab . . abbate dicti monasterii octo marcis argenti, sollempniter vendiderunt, quas possessiones iidem possederant a nobis titulo feodali, in monasterium antedictum et personas ibidem sub iugo regulari domino famulantes vellent transferre per donationem publice celebratam, primi duo simpliciter propter deum, reliqui autem pro pecunia ipsis data, ad manus nostras, ipsam ecclesiam Wernherus seu iuspatronatus, Bernherus vero et dicti de Rischa dictas suas possessiones, ut ipsorum dicta donatio, venditio et traditio rite fieret, prout debuit et fieri conswevit, sine qualibet exceptione seu conditione libere resignarunt. Qua resignatione facta ad manus nostras, nos, ipsorum super premissis precibus inclinati, pro animarum etiam nostrarum remedio et nostrorum dictam ecclesiam et ipsius iuspatronatus cum suis attinenciis et iuribus universis, necnon dictas possessiones in Gvntzenhusen et in Beitzewison cum domibus, areis, agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, viis, semitis, itineribus, silvis, nemoribus et virgultis, iuribus et libertatibus quibuscumque, que omnia et singula nobis iure proprietario pertinebant, una cum dictis fedotariis, concurrente heredum nostrorum omnium voluntate, monasterio supradicto donavimus et tradidimus, pleno iure libere perpetuo possidenda. Acta sunt hec apud Gisingin anno domini M°. CC°. LXXIII°. idibus aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro Hermanno comite de Sulze, Ber. de Svnthusen, C. et C. de Gvtmetingin, H. de Svnthain et H. dicto Fridinger, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario, Rûdolfo bursario et Nycolao monachis, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetue firmitatis presens instrumentum super premissis conscriptum appensione sigillorum nostrorum duximus roborandum. Nos Wernherus de Swarzenbach, Bernherus dictus Haller, Wetzlo et Burcardus, dicti de Rischa, sub sigillis predictorum nobilium de Wartenberch, quia sigilla propria non habuimus, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus profitemur.

Perg. Or. im Kgl. preuss. Regierungsarchiv in Sigmaringen. An Pergamentstreifen hängen die Siegel des Konrad und Heinrich von Wartenberg aus Maltha (IV A 2), rund, 50 bezw. 45 mm, im Dreieckschild der rechts aufsteigende Löwe. Umschriften: 1. † **s'. c. de wartemberc. lantgravii. in. bara.**, 2. **s'. hainrici. de. wartenb'c. dci. strvs.** 1 mit 3, scheinbar mit dem Daumennagel gemachten Einkerbungen, 2 mit 2

Digitized by Google

ähnlichen Einkerbungen, zwischen denselben ein Daumeneindruck. Cod. Sal. III, 61 No. LIIII. Als Jahrzahl ist durch ein Versehen des Abschreibers M° CC° eingetragen. Druck: Wirt. Urkb. 2,337 nach dem Cod. Sal. u. daher irrig zum Jahr 1200. Regest nach dem Or. mit der richtigen Jahrzahl: Diözesanarchiv 11,165.

1273. Mai 8. Esslingen. Pfalzgraf Rudolf von Tübingen, genannt der Scherer, tauscht von dem Kloster Salem den diesem von seinem Vater verkauften Wald in den Erlen gegen einen Wald bei Stetten ein.
492.

Omnibus hanc paginam inspecturis R(ûdolfus), palathinus de Tuwingen, dictus Scharer, rei geste noticiam cum salute. Noverint universi, quod cum bone memorie pater noster monasterio de Salem silvulam dictam *in den Erlon* per modum vendicionis tradidisset, que sibi proprietatis titulo pertinebat, ac postmodum nos, prehabito bono consilio et maturo, nostrum considerantes in hoc profuturum, silvulam predictam volentes rehabere, predictis venerabilibus in Christo abbati et conventui de Salem silvam nostram cum lignis et fundo necnon suis attinenciis omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, sitam penes villam, que dicitur Steten, cuius termini de Hohenegerdun ad molendinum Wernheri, deinde versus Richenbach et in Neingerskclingen et usque ad silvam dictorum fratrum de Salem ac hincinde in longum et in latum ad alios terminos extenduntur, per modum vendicionis, adhibitis omnibus, que fuerant adhibenda, receptis a dicto monasterio de Salem ad manus nostras proprietate ac possessione silvule prenotate videlicet *in Erlon* ac etiam 30 libris denariorum hallensium, vendidimus, donavimus et tradidimus pleno iure libere et quiete perpetuo possidendam. Renunciantes pro nobis et nostris heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni et defensioni pecunie non numerate et omnibus aliis, per que vendicio tam legaliter celebrata posset inposterum enervari. Actum in Ezelingen anno domini M° CC° LXX° III°, VIII. ydus maii[1] subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet H. de Halvingen, Swikero de Ondingen, militibus et aliis quam pluribus probis viris. In cuius facti evidenciam presentem cedulam exinde conscriptam sigillo nostro et sigillo Marquardi, scul-

[1] Von hier an ist der Text, da vermuthlich dessen Fortsetzung auf dem nächsten Blatt mit diesem aus dem Codex herausgeschnitten wurde, von anderer Hand auf den unteren Rand der Seite 324 geschrieben.

Digitized by Google

teti de Ezelingen, duximus roborandam. Ego Mar(quardus), scultetus in Ezelingen, qui huic tractatui interfui a principio usque ad finem, ad peticionem partium sigillum meum ad maiorem roboris et testimonii firmitatem cum sigillo domini R(udolfi), palathini de Tuwingen, dicti Scharer duxi huic pagine apponendum.

Cod. Sal. I, 324 No. CLXXXXV. Unvollständiger und ungenauer Druck: Schmid Gesch. d. Pfalzgr. von Tübingen. Urkb. Seite 32.

1273. Mai 8. Ehingen. Eglolf von Steusslingen überlässt dem Kloster Salem zur Sühne für demselben zugefügten Schaden an seinen Gütern auf der Alp zwei Höfe in Steusslingen. 493.

Omnibus hanc paginam inspecturis Eglolfus de Stivzelingin rei geste noticiam cum salute. Ne lites sopite per concordiam iterum recidivent, expedit, dictam concordiam instrumento et testibus perhennari. Eapropter universis pateat per presentes, quod cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem me in causam traxissent in foro ecclesiastico super eo, quod ipsis in possessionibus suis in Tivffenhulwe et aliis hincinde sitis in Alpibus, in blado, in animalibus aliisque rebus mobilibus [204] et etiam in hominibus dicto monasterio attinentibus contra iusticiam dampna temere inferebam, estimata per homines fidedignos sub estimatione debita ad ducentas libras currentis monete, cum nichil iuris seu actionis quocumque modo vel titulo habuerim in dicto monasterio seu suis possessionibus ubicumque sitis seu hominibus sibi attinentibus, et propter hoc, exigente maxima mea contumatia, sententias excommunicationis et interdicti contra me, uxorem meam, familiam et colonos et ecclesias, quarum subditi fueramus, ferri modo debito procurassent, ego reversus ad cor, cum nichil excusationis habuerim, ne sub tali salutis et honoris dispendio diutius laborarem periculose, ad satisfaciendum saltem in aliquo super iniuriis maximis et gravi dampno dicto monasterio, probis viris mediantibus, festinavi. Verum quia condigne dicto monasterio satisfacere non valebam, curias meas, unam dictam *Brunenhof* et aliam dictam *Bûlershof*, sitas in Stivzelingin, quas a nobili domino comite de Wirtinberc in feodum tenueram illucusque, qui, resignatione facta dicti feodi per me ad manus suas, ius proprietatis dictarum possessionum ac ipsas possessiones ad meam petitionem in dic-

Digitized by Google

tum monasterium de Salem transtulit, libere possidendas, cum omnibus intus et extra dictis possessionibus pertinentibus, omnium quorum intererat voluntate prehabita et consensu, predicto monasterio de Salem in tantillam recompensationem dampnorum suorum per me et meos temere illatorum tradidi et donavi, quiete ac pacifice perpetuo possidendas. Renuncians pro me et meis heredibus universis omni iuri, actioni, defensioni, exceptioni, omni subsidio ecclesiastico vel civili et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta satisfactio et dictarum possessionum traditio et donatio posset in posterum modo quolibet enervari. Obligans me et meos heredes, fide data, [205] prestito etiam super hoc corporali iuramento, dictum monasterium de Salem in suis possessionibus universis in Alpibus sitis et alibi, necnon in suis hominibus per dampna rerum mobilium seu immobilium vel quascumque exactiones per me vel meam familiam seu quoscumque alios michi attinentes ex nunc in perpetuum nullatenus molestare, ledere vel gravare in modico vel in magno, quod si, salutis et honoris mei immemor, aliquod dampnum in modico vel in magno dicto monasterio in rebus vel personis ubicumque locorum sitis per me vel per meos quocumque casu vel modo inferre de cetero attemptavero, ad solutionem ducentarum librarum supra taxatarum, ego ero meique heredes dicto monasterio obligati, nichilominus conveniendus de periurio violato et compellendus, si rebellis, quod absit, fuero, dampnum, quod per me vel per quoscumque tempore, loco vel hora ex nunc dictum monasterium sustinebit, cum omnibus vel per me vel per meos dampnis prelibato monasterio antea irrogatis, refundere in solidum tenebor, contradictione seu exceptione et defensione qualibet non obstante. Acta sunt hec apud Ehingin anno domini M° CC° LXXIII°, VIII. idus maii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Swiggero Longo de Gvndelvingin et Ber(tholdo) fratre suo, . . de Hohenstiege, socero dicti Eglolfi de Stv̊zelingin, militibus, Ber(tholdo) de Berge, Al(berto) dicto Buhe, C. Incisore, H. de Haigingin, Ber(tholdo) de Ephingin, C. dicto Bv̊rrer, Walthero dicto Erlwin, de fratribus vero de Salem fratre H(ainrico), cellerario, dicto de Ezzelingin, Ber(tholdo), magistro conversorum, dicto de Vlma, Eber(hardo) de Stekeboron, monachis in Salem, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti

Digitized by Google

evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam exinde conscriptam et sigillo meo roboratam sepedicto monasterio de Salem tradidi pro cautela.

Cod. Sal. III, 203 No. CLXV. S. unten No. 496.

1273. Juni 18. Pfullendorf. **Graf Mangold von Nellenburg beurkundet einen auf seine Veranlassung durch Schultheiss und Rath zu Pfullendorf ergangenen Vergleich zwischen dem Kloster Salem und den Söhnen des Ritters Albero von Ertingen über das Eigenthum eines Hofes zu Owingen.** 494.

Omnibus hanc paginam inspecturis Manegoldus comes de Nellenburch rei geste noticiam cum salute. Ne lites || sopite per concordiam iterum recidivent, expedit, factam concordiam litteris perhennari. Eapropter tenore harum pateat universis, quod cum || Albero, Hainricus et Nôrdewinus fratres, filii Alberonis militis dicti de Ertingen, venerabiles in christo . . abbatem et conventum || de Salem extra formam iuris in causam traxissent, licet indebite, super actione, quam sibi competere fatebantur in curia sita in Owingen, dicta vulgariter *des von Ertingen hof*, quam ipsorum pater, accedente consensu omnium, quorum intererat, longe ante, sicut relatione multorum veridica precepimus et in instrumento super hoc confecto plenius continetur[1], per modum venditionis, omnibus adhibitis, que secundum ius et consuetudinem fuerant adhibenda, dicto monasterio de Salem tradidit libere possidendam, et in dicta lite foret diutius litigatum, nos cupientes per ea, que iuris sunt, dicto monasterio de indempnitate in posterum providere, de consensu partium viris discretis, Hainrico ministro et consulibus civitatis in Phullendorf, coram quibus dicta questio aliquotiens fuerat ventilata, studiose duximus supplicandum, quatenus, ob dei et nostram dilectionem inspicientes clare, que hincinde ex utraque parte fuerant intuenda, per modum compositionis amicabilis vel per iuris sententiam deciderent dictam litem, qui, in nulla parte a iustitia declinantes, cum merum ius habere dictum monasterium invenissent, causa pacis tamen et concordie litem ipsam taliter deciderunt, ut dicti fratres, filii Alberonis militis supradicti, receptis quatuor libris currentis monete, a monasterio supradicto, ius, si quod habebant vel habere videbantur in curia prelibata, et

[1] 1257 Nov. 4. No. 332.

Digitized by Google

omnem actionem transferrent in monasterium supradictum, promittentes fide data, prestito etiam super hoc iuramento corporali, per se vel suos heredes vel alios quoscumque ullam questionem vel actionem super premissis monasterio de Salem exnunc in perpetuum non movere, que omnia, ut premissa sunt, dicti fratres, mediantibus Hainrico ministro et consulibus de Phullendorf, plenius impleverunt. Acta sunt hec in Phullendorf in strata publica, anno domini M° CC° LXX° IIII° XIIII° kalendas julii, indictione I^a^, hiis testibus subnotatis presentibus et rogatis, videlicet Cûnrado plebano de Magenbûch, Ortolfo de Laiterberch, clericis, Friderico de Magenbûch et Wimmaro, militibus, Hainrico ministro de Pfullendorf, Hainrico Græmelich, Rodegero Græmelich, Alberto de Wulvelingen, Nôrdewino de Korbe, Cûnrado dicto Aenzichover, Cûnrado de Bvningen, Bertoldo Wilderer, Hainrico Zimlich, Hainrico Wilderer, Cûnrado Rozin, Hainrico dicto Hûber, Hainrico dicto Vranke, Hainrico dicto Smersnide, Bertoldo Vigel, Cûnrado Senggeler, Cûnrado Girstelinc, Rû(degero) Gebvtel, Friderico medio cellerario de Salem, Gerungo converso, ministro hospitum aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et cautelam presentem cedulam exinde conceptam ad peticionem partium sigillo nostro duximus roborandam. Nos Albero, Hainricus et Nôrdewinus fratres, filii Alberonis militis dicti de Ertingen, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus profitemur, renuntiantes pro nobis et nostris heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta possent casu quolibet in posterum enervari. Et quia sigilla propria non habuimus, in hoc facto sigillo universitatis in Pfullendorf usi sumus. Nos Hainricus minister et consules civitatis in Pfullendorf predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera, similiter profitemur, sigillum universitatis nostre ad peticionem partium pro testimonió et pro sepedictis fratribus, filiis Alberonis militis de Ertingen, quia sigilla propria non habebant, huic cedule duximus apponendum.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1 des Grafen Mangold von Nellenburg wie an No. 470, auf der Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht. 2. der Stadt Pfullendorf, (IV A 2), wie an No. 463 die Rückseite durch Fingerdruck gratartig erhöht. Reg. Ztschr. 3,86. Locher, Veringen S. 79.

Digitized by Google

1273. Juni 27. Kempten. B(erthold) von Hoheneck (Hohenegge) verzichtet für sich und alle seine Erben auf alle Eigenthums- und Lehensrechte an den Gütern in Wiggensbach (Witgispach), nämlich „quatuor *watschal* et unum *drittail*", welche Magister B(urkard), Notar seines Bruders Rudolf „gubernatoris monasterii Campidonensis, imperialis aule cancellarii" und Rudolf genannt Kaltsmit von seinem Oheim B(urkard) von Drauchburg (Drucburck) erkauft haben. Datum Campidone anno domini MCCLXXIII°. V. kalendas julii. Huius rei testes sunt: dominus D. de Lutra, H. minister Campidonensis, D. et C. dicti Hanwan, C. de Rot, C. de Ror et Ber(tholdus) Dôrpil. 495.

Cod. Sal. II, 372 No. CCCLXVIII. Aus der Ueberschrift: „Quoniam Ber(tholdus) de Hohinegge transfert in nos ius proprietatis possessionum in Witgispach" geht hervor, dass die Verzichtleistung zu Gunsten des Klosters erfolgte, was in der Urkunde nicht ausdrücklich gesagt ist. Das Kloster Salem scheint in jener Gegend nur vorübergehend Besitzungen innegehabt zu haben.

1273. Juli 6. Wirtenberg. Die Grafen Ulrich und Eberhard von Wirtenberg bestätigen die Abtretung zweier Höfe zu Steusslingen durch Eglolf von Steusslingen an das Kloster Salem. 496.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ûlricus et Eberhardus fratres comites in Wiertenberc salutem et noticiam supscriptorum. Vita cunctorum instabilis et memoria hominum labilis ac infirma monent, gesta temporum perhennari serie literarum. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum nobilis vir Eglolfus de Stv̂zelingin reverendos in Christo . . abbatem et conventum monasterii de Salem multis dampnis et iniuriis affecisset, idem Eglolfus, ad cor rediens, dictis . . abbati et conventui nec non ipsorum monasterio satisfacere cogitabat, verum quia aliunde ipsis satisfacere non poterat competenter, possessiones in Stv̂zelingin, quas a nobis tenebat in feodum, videlicet *Brunenhof* et curiam, que dicitur *Curlaershof*, cum omnibus eisdem curiis intus et extra pertinentibus[1], videlicet agris, pratis, areis, silvis, nemoribus, pascuis, viis et inviis, semitis, itineribus, censibus, necnon omnibus aliis iuribus et conswetudinibus eidem possessionibus attinentibus ad manus nostras libere resignavit, quia ad nos iure proprietatis pertinebant, supplicans humiliter et devote, ut easdem possessiones ante-

[1] Vgl. oben No. 493. Dort heisst der zweite Hof: *Bvlershof*.

Digitized by Google

dicto monasterio traderemus. Nos vero, prehabito consilio ministerialium nostrorum et consensu, predictas possessiones in Stv̊zelingin cum omnibus suis attinentiis et iuribus universis prelibatis abbati et conventui de Salem donavimus et tradidimus, proprietatis iure libere ac quiete perpetuo possidendas. Renunciautes una cum predicto Eglolfo de Stv̊zelingin pro nobis et successoribus omni iuri et conswetudini, quas in eisdem habuimus vel habere videbamur, casu quolibet contingente. In cuius rei testimonium presentem cedulam tam sigillo nostro quam predicti Eglolfi sigillo, petentibus ipsis fratribus, duximus muniendam. Ego vero Eberhardus comes de Wirtenberc predicta omnia profiteor esse vera et per me facta, et quia sigillum proprium non habui, usus sum sigillo fratris mei in hoc facto. Ego vero Eglolfus de Stv̊zelingin predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera et per me fore facta et sigillum huic cedule pro maiori cautela cum sigillo domini Ůlrici comitis de Wiertenberc appendisse. Acta sunt hec apud Wiertenberc anno domini M° CC° LXXIII°, II°. nonas julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet comite Ottone de Brandinburc, R. nobili de Hundersingin, fratre Wernhero, commendatore in Lewenberc, C., notario comitis de Wirtenberc, dicto de Nidlingin aliisque quam pluribus probis viris, qui testimonium perhibent de premissis.

Cod. Sal. III, 205 No. CLXVI.

1273. Juli 24. Pfullendorf. **Ulrich von Bodman resigniert für sich und seine Brüder Güter in Owingen, die er mit seinem Vater an das Kloster Salem verkauft hatte, an den Grafen Ulrich von Helfenstein, von dem sie zu Lehen rühren, damit dieser sie, zum Behuf eines Tausches dem Abt von Reichenau resigniere.** 497.

Reverendo ac nobili domino suo, Ůlrico comiti de Helfenstain Ůlricus de Bodemen se paratum ad queque obsequia et devotum. Tenore presencium recognoscens confiteor et protestor, me ac fratres meos, videlicet Cůnradum, Martinum, Ůlricum, Růdolfum et Waltherum, quia plures fratres non habeo, fore inpheodatos a vobis de possessionibus in Owingin, quas una cum patre nostro, compulsi gravi debitorum necessitate, religiosis in Christo . . abbati et conventui in Salem vendidimus et tradidimus pleno iure perpetuo possidendas. Verum ut dicta venditio rite, prout debet, in omnibus peragatur, pheo-

Digitized by Google

dum dictarum possessionum cum omnibus intus et extra dictis possessionibus pertinentibus eo iure, quo nos et nostri progenitores possedimus illucusque, ad manus vestras libere resignamus et ex nunc resignatum a nobis in perpetuum profitemur ea conditione, ut, facta resignatione per vos dictarum possessionum ad manus reverendi domini abbatis Augie maioris, per concambium possessionum dictarum *offen Eggun*, ipse possessiones videlicet in Owingin ad monasterium de Salem possidende proprietatis titulo devolvantur. Renunciantes omni iuri, quod nobis vel successoribus nostris in dicto pheodo competebat vel competere videbatur casu quolibet contingente. In cuius facti evidenciam presentem cedulam exinde conscriptam sigillo meo pro me et fratribus meis supradictis, cum nullus ipsorum sigillum proprium habuerit, pro testimonio roboravi. Actum et datum apud Phullendorf anno domini M° CC° LXXIII° in vigilia beati Jacobi apostoli, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico decano de Laize, Ůlrico milite de V̊berchingen, Hainrico dicto Burste, militibus, Berhtoldo Grâmelich de Phullendorf, Alberto Tiusmaer, Hartniedo dicto Vuhs, Cûnrado Comite de Grauenegge, Hainrico Happenmv̊li, Eberhardo de Gv̊tmutingen et aliis quam pluribus probis viris.

Cod. Sal. III, 9 No. VIII. Regest. Ztschr. 3, 86. Vgl. die 2 folgenden Urkunden.

1273. Juli 24. Pfullendorf. Graf Ulrich von Helfenstein resigniert auf Bitten seines Lehensmannes Ulrich von Bodman Güter zu Owingen in die Hand des Abtes von Reichenau, zum Behuf eines tauschweisen Ueberganges derselben an das Kloster Salem. 498.

Universis hanc paginam inspecturis Ůlricus comes de Helfenstain salutem et fidem adhibere subscriptis. Scire volumus, quos nosce fuerit oportunum, quod cum nos de possessionibus in Owingin, quarum proprietas spectat ad monasterium Augiense, fuerimus iam per multa retroacta tempora ab eodem monasterio inpheodati, quas etiam possessiones Rûdolfus miles de Bodemen a nobis tenuit in pheodum, nos post mortem ipsius Rûdolfi, volentes Ůlrico, filio suo, qui dictas possessiones similiter a nobis in pheodum receperat, favorabiles existere, qui pro sua necessitate dictas possessiones, vivente patre, dinoscitur monasterio de Salem vendidisse, habita seu facta resignatione ipsarum possessionum in manus nostras,

Digitized by Google

ipsas resignamus et resignatas transmittimus reverendo in Christo domino . . abbati Augiensi per eundem Ůlricum, quod et fieri potest eo, quod ipse de aliis possessionibus inpheodatus sit ab eodem monasterio, qui et quasdam possessiones, dictas *offen Eggun*, quarum proprietatem idem Ůlricus de consensu et voluntate reverendi in Christo domini Eberhardi, dei gratia Constantiensis episcopi, cuius ministerialis esse dinoscitur, quod et pater suus Růdolfus adhuc vivens fecerat, per manus abbatis de Salem ipsi monasterio Augiensi contulit, nobis per litteras suas patentes transmisit titulo pheodali tenendas et possidendas. De quibus sic receptis ipsum Ůlricum duximus inpheodandum et inpheodavimus, renunciantes iuri, quod habuimus vel habere videmur in possessionibus primitus habitis et ipsi monasterio Augiensi transmissis. Acta sunt hec apud Phullendorf anno domini M° CC° LXXIII° in vigilia beati Jacobi apostoli, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico decano de Laize, Ůdelhardo notario, Ůlrico de V̊berichingin, Hainrico dicto Burst, militibus, Hainrico de Laize, Harnido Vulpe, Alberto Tiusemer, C(ůnrado) Comite de Grauenegge. In cuius rei evidentiam presentem cedulam sigillo nostro duximus muniendam.

Cod. Sal. III, 9 No. VIII. Vgl. die vorausgehende und die folgende Urkunde.

1273. Juli 24. Pfullendorf. Ulrich von Bodman beurkundet den durch seinen verst. Vater und ihn, nebst seiner Mutter und seinen Brüdern erfolgten Verkauf von Gütern zu Pfaffenhofen und Owingen an das Kloster Salem und die zur Regelung des Lehenverhältnisses erfolgten Rechtshandlungen. 499.

Universis[1] hanc paginam inspecturis Ulricus miles iunior de Bodeme salutem et noticiam subscriptorum. Cum diuturnitas temporis nonnunquam mentis oblivionem inducat ||, que materiam prestat calumpniandi, utilitas exposcit, gesta modernorum scripturarum serie perhennari. Noverint ob hoc universi, quod habito tractatu emptionis et venditionis pos-|| sessionum in Phaphenhoven et in Owingen inter beate memorie Rudolfum, patrem meum, et religiosos viros, Eberhardum abbatem et conventum monasterii de Salem, et conventum esset de precio, || scilicet ducentis septuaginta marcis argenti legalis

[1] Reichverzierte Initiale.

Digitized by Google

ponderis Constantiensis, quas iidem religiosi dare tenebantur pro dictis possessionibus, et quedam pars dictarum possessionum, scilicet in Phaphenhoven, iure proprietatis ad ipsum spectaret et alteram partem, scilicet Owingen, titulo pheodali possideret, ipse proprietatem possessionum antedictarum in Phaphenhoven existens in vita in ipsos transtulit libere possidendam cum agris, pratis, molendinis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, areis, aqueductibus, piscinis, piscationibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis et omnibus iuribus et conswetudinibus et pertinentiis eorundem aliisque appendiciis omnibus, quibuscunque nominibus censeantur. Verum cum possessiones pheodales in ipsos transferre non posset nisi consensu dominorum interveniente, quorum consensum habere non potuit, nisi proprietatem possessionum tantundem in ipsos transferret, per concambium proprietatem possessionum dictarum *uffen Eggun*, que iure proprietatis ad ipsum pertinebant, in monasterium Augie Maioris, a quo predicte possessiones in Owingen iuris pheodalis traxerunt originem, per manus abbatis de Salem antedicti tradidit, contulit et donavit. Cum igitur hoc facto decesserit, ego una cum nobili domina Ůdelhildi, matre mea, Cunrado, Martino, Ulrico, Růdolfo et Walthero, fratribus meis, qui sibi successimus, volentes dictum contractum ad effectum perducere eo, quod et nobis dicta pecunia erat assignanda, cuius partem vivente patre recepimus, ipsas possessiones pheodales, quibus ego post mortem patris a nobili viro comite Ulrico de Helfenstain exstiti inpheodatus, cum ipse idem pheodum a monasterio antedicto possideret, in manus eiusdem comitis pro me et fratribus meis iam dictis resignavi, qua resignatione facta ipse comes per me, litteris suis super hoc confectis, resignationem ipsarum possessionum nominatim et expresse reverendo domino abbati Augie Maioris transmisit, per quem dominum abbatem proprietas tradita est, me consentiente et procurante et coheredibus meis, ipsi monasterio de Salem cum agris, pratis, molendinis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, areis, aqueductibus, piscinis, piscationibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis et omnibus iuribus et conswetudinibus et pertinentiis eorundem aliisque appendiciis omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, libere possidenda, omni adhibita sollempnitate, que in huiusmodi contractibus solet adhiberi. Qui etiam domnus abbas,

Digitized by Google

possessionibus a patre meo monasterio suo per concambium traditis, comitem antedictum inpheodavit, a quo comite ipsis possessionibus sum inpheodatus, et sic omnibus rite peractis presens instrumentum conscribi feci et eis conscriptum tradidi, renuncians per me et nobili domina matre mea, necnon fratribus meis iam dictis omni iuri et iuris auxilio,[1] omni foro tam civili quam ecclesiastico, omni defensioni, omni constitutioni tam legum quam canonum, omni consuetudini tam loci quam patrie, omnibus sollempnitatibus, que in tali contractu sunt habende, omnibus litteris impetratis vel impetrandis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate peccunie, necnon omnibus aliis exceptionibus, defensionibus, per quas dictus contractus posset irritari, revocari vel impediri. In cuius rei evidentiam et testimonium hoc instrumentum sic conceptum sigillis reverendi patris Eberhardi, dei gratia Constantiensis episcopi, et sui capituli, qui suum etiam adhibuit consensum, sine quo, cum sui essemus ministeriales, proprietatem possessionum nostrarum alienare non poteramus, et sigillo domini abbatis Augiensis et sui conventus, ac etiam sigillo nobilis viri comitis Ůlrici de Helfenstain, nec non sigillis Hainrici et Liutoldi, Sancti Stephani et Episcopalis Celle prepositorum, et patris mei[2] et meo procuravi roborari. Acta sunt hec ex parte Růdolfi et Ulrici, filii sui, de Bodem in Constantia supra curiam ante domum Cůnradi Subscopa, anno domini M^{0} CC^{0} LXX^{0} in die Mathie apostoli,[3] subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walkono decano, Hainrico et Liutoldo, Sancti Stephani et Episcopalis Celle prepositis, Berhtholdo, thesaurario et Burkardo, fratre suo, dictis de Hohenvels, Růperto de Tannenvels, canonicis Constantiensibus, Mangoldo, plebano Sancti Stephani, Rudolfo Johelario et Cunrado Subscopa, canonicis eiusdem ecclesie, Walthero de Ailgov, Johanne de Mulhain, Hainrico Burzelario, Hainrico de Burgelon et Hainrico[4] dicto Shân militibus, Walthero Johelario, civi Constantiensi; de fratribus vero de Salem Ulrico Gratario, Nicolao, Eberhardo de Stekboron et fratre Bertholdo mercatore. Acta vero ex parte nobilis domine Ůdelhildis, relicte quondam Růdolfi militis de Bodeme, et filiorum

[1] Or. hat auxlio. — [2] Es wird also auch das Siegel eines Verstorbenen an die Urkunde gehängt. — [3] 1270 Febr. 24. s. oben No. 454. — [4] Hainrico mit anderer Tinte und von anderer Hand nachgetragen

Digitized by Google

suorum Cunradi, Martini, Ulrici, Rudolfi et Waltheri, apud Arbonam anno domini ut supra in vigilia beati Benedicti abbatis,[1] subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberto incurato de Arbona, Hainrico dicto Shan et Rûdolfo in Cimiterio, militibus, Ulrico de Sumbri, Eglolfo Subscopa de Constantia, magistro Eberhardo de Walse, Ulrico procuratore et Hainrico dicto Happenmivli et aliis quam pluribus probis viris, fratre Ůlrico Gratario et fratre Nycolao.[2] Nos vero Ůdelhildis, relicta Rudolfi militis de Bodeme, et nos quinque fratres Cunradus, Martinus, Ulricus, Rudolfus et Waltherus profitemur, nos predictam vendicionem fecisse et in predicta omnia, prout premissa sunt, consensisse, et quia sigilla propria non habemus, sigillis dominorum prescriptorum usi sumus in hoc facto.[2] Nos vero episcopus Constantiensis et capitulum eiusdem ecclesie sigilla nostra ad peticionem partium predictarum presenti pagine duximus apponenda.[2] Nos vero abbas et capitulum Augie Maioris predicta omnia profitemur esse vera, sigilla nostra ad peticionem partium predictarum presenti pagine similiter duximus apponenda.[2] Nos vero comes Ulricus de Helfenstain predicta omnia profitemur esse vera et per nos ea, que de nobis narrata sunt,[3] apud Phullendorf anno domini M° CC° LXXIII° in vigilia Sancti Jacobi apostoli facta, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico decano de Laizze et Ůdelhardo notario, clericis, Ulrico de Uberichingen et Hainrico dicto Burst, militibus, Alberto dicto Tiusmaer, Hartnido dicto Vuhs, Cûnrado dicto Graue de Grauenhusen,[4] Ulrico de Trekbach, Alberto de Nuspelingen, Hermanno dicto Toggelaer, Hainrico de Laizze, Hainrico dicto Happenmivli et Eberhardo de Gûtmivtingen; de civibus vero in Phullendorf Bertholdo Graemelich et Hainrico dicto Smersnide, fratre Ůlrico Gratario, fratre Nicolao et fratre Cûnrado Gierstelingo, sigillum nostrum pro testimonio et munimine huic cedule apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 9 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, 1–4 des Bischofs Eberhard, des Domkapitels zu Konstanz, des Abtes Albert und des Kapitels zu Reichenau, bekannt, — 5 des Grafen Ulrich von Helfenstein, rund, 50 mm (IV A 2), in dem von einer Linie umgebenen Dreieckschild auf einem Vierberg der nach rechts gekehrte Elefant. Umschrift: † **s. vlrici. comitis. de. helfinstain.**, — 6 und 7 der Pröpste

[1] 1270 März 20. — [2] Lücke im Or. — [3] Von hier an andere Tinte, aber die gleiche Hand. — [4] Sollte wohl Grauenegge heissen.

Digitized by Google

von St. Stephan und Bischofszell, wie an No. 454, bezw. 354, — 8 des Rudolf von Bodman, schildförmig, 50:43 mm (IV A 1), im Siegelfeld 3 gestürzte Lindenblätter. Umschrift: † s. **rv̊dolfi. militis. de. bodemen.** — 9 des Ulrich von Bodman, rund, 40 mm, im Dreieckschild, dessen Ecken in den Schriftrand hereinragen, das nämliche Wappenbild. Umschrift: † **sigillvm. v̊lrici. de. bodeme.** 1, 3, 4 und 6 auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht, 2 mit 2, 5 mit 3 Daumeneindrücken, 7, 8, 9 mit je einem Daumeneindruck. Cod. Sal. III, 28 No. XXVI. Reg. Ztschr. 3, 86. Vgl. die beiden vorausgehenden Urkunden.

1273 Juli 30. Hohentengen. Heinrich der ältere Graf von Veringen überträgt dem Heinrich von Schwarzach (Swarszach) und seiner Ehefrau Elisabeth das Eigenthumsrecht an dem von Heinrich, dem Sohne des Konrad von Ursindorf, um 6 Mark Silber erkauften Gut zu Beizkofen (Biuzichouen), genannt *her Cůnrats gůt von Vrsindorf*. Acta sunt hec in Deggen (sic!) anno domini M° CC° LXXIII°, III° kalendas augusti, subnotatis testibus presentibus, scilicet nobili viro comite M(anegoldo) de Nellenburch, C. decano in Deggen, Wernhero de Hundersingin et H. filio eius, Al(berto) de Eberhartswiler et Ber(toldo) filio fratris sui, Ůlrico et Alberto fratribus de Regenoltswiler, H. de Åspisingin, Schorpone, Her(manno) de Gŏcha, Antwardo, sutore et pistore aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem cedulam exinde conscriptam ad peticionem parcium sigillo nostro duximus roborandam. 500.

Cod. Sal. III, 82. No. LXXVII. Reg. Ztschr. 3, 87. Locher., Gf. v. Veringen S. 79. Der Besitz des Klosters Salem in Beizkofen, zu dessen Rechtstiteln vermuthlich vorstehende Urkunde gehörte, ist wohl auch nur vorübergehend gewesen.

1273. Aug. 5. Salem. Hugo und Albert Gebrüder von Bittelschiess übergeben dem Kloster Salem die Eigenschaft von Besitzungen zu Tafertsweiler, welche Heinrich, der Sohn des verst. Ritters Dietrich von Neufrach, gegen ein Gut zu Zusdorf an das Kloster vertauscht hat. 501.

Omnibus[1] hanc paginam inspecturis Hugo et Albertus fratres de Bvtilschiez noticiam subscriptorum. || Noverint universi, quod cum venerabilis in Christo . . abbas et conventus de Salem jus feodale posses|sionum suarum in Tagibrehtiswiler, que nobis proprietatis tytulo pertinebant, a Hainrico,

[1] Mit reich verzierter Initiale.

Digitized by Google

filio quondam Dietrici || militis de Nivfrvn, qui dictas possessiones a nobis in feodo tenuerat illucusque, nostro consensu et omnium, quorum intererat, prehabito, per modum permutationis alterius predii sui in Zusdorf, quod monasterio de Salem proprietatis tytulo pertinebat, addentes ipsi Hainrico predicto quatuor marcas argenti, iuste et legaliter conparassent, nos, resignatione facta dicti feodi ad manus nostras, predictum Hainricum pro nostrarum animarum remedio et salute, beneficia etiam, que a dicto monasterio sunt nobis crebro exhibita, ratione previa intuentes, dictas possessiones et ipsarum proprietatem cum omnibus ipsis intus et extra pertinentibus dicto monasterio tradidimus et donavimus pleno jure libere possidendas. Acta sunt hec apud Salem, anno domini M° CC° LXXIII, nonis augusti, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Eberhardo abbate de Salem, Hainrico priore, Hainrico et Cůnrado cellerariis, Nycolao monacho et fratre Berhtoldo mercatore, converso aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam sigillo meo, sciliset Hugonis, quo et ego Albertus usus fui in hoc facto, munitam ipsi monasterio duximus assignandam. Ego Hainricus, filius quondam Dietrici militis de Nivfron, predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera et, quia sigillum tunc temporis proprium non habebam, sigillo predicti domini Hugonis pro testimonio usus fui.

Perg. Or. im kgl. preuss. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Hugo von Bittelschiess in Malta an (IV B 1), wie an No. 394, auf der Rückseite ein schwacher Daumeneindruck. Von dieser Urkunde haben wir ebenfalls im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen eine andere, völlig gleichlautende Ausfertigung in dem als conceptartig bezeichneten Ductus (vgl. oben No. 435), nur dass hier das Actum IIII°. nonas augusti lautet (Aug. 2). Vielleicht ist in der oben abgedruckten Ausfertigung die Ziffer IIII lediglich aus Versehen weggeblieben. An dieser Urkunde hängt das gleiche Siegel in Wachs mit glatter Rückseite.

1273. Sept. 13. Ueberlingen. Bischof Eberhard von Konstanz beurkundet, dass Nicolaus von Helmsdorf mit Zustimmung seiner Brüder das von dem Kloster Lindau herrührende Vogteirecht über Konrad Maesteli dem Kloster Salem verkauft habe. 502.

Eberhardus, dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis noticiam subscriptorum cum salute.

Digitized by Google

Noverint universi, quos nosse fuerit opportunum, quod Nicolaus de Hermsdorf || ius advocatie, quod sibi super Cûnrado dicto Maesteli ex parte monasterii Lindaugensis, cui idem Cunradus || proprietatis titulo attinebat, competiit, de consensu et voluntate fratrum suorum, videlicet Cunradi, Burkardi et Hainrici dicti Eberhart, reverendis in Christo, Eberhardo abbati et conventui de Salem, pro duabus marcis argenti legalis vendidit et donavit libere ac quiete perpetuo possidendum. Renuntians una cum fratribus suis iam dictis omni iuri, quod in ipso habebant vel habere videbantur modo vel in posterum, casu quolibet contingente. In cuius rei evidentiam presentem cedulam ad peticionem partium predictarum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine communiri. Acta sunt hec apud Uberlingen anno domini M° CC° LXXIII, feria tertia post nativitatem beate Marie virginis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico plebano de Sevelt, Burkardo *an dem Ort*, Cunrado Strit, Cunrado Sherar et Hainrico dicto Shademan et aliis quam pluribus probis viris. Nos vero Nicolaus, Cûnradus, Burkardus et Hainricus Eberhart fratres de Hermsdorf predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur esse vera et per nos facta, et quia sigilla propria non habemus, usi sumus sigillo domini episcopi Constantiensis in hoc facto. Ego vero Nicolaus profiteor etiam, me predictam summam argenti, quia ad me specialiter predictum jus advocatie pertinebat, recepisse.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand mit dem an schmalem Pergamentstreifen anhängenden bekannten Siegel des Bischofs Eberhard aus Malta, auf der Rückseite des Siegels Daumeneindruck.

1273. Sept. 13. Ertingen. Merboto, Comthur des Deutschordenshauses zu Altshausen (Alshusen) verkauft mit Zustimmung der Brüder dieses Hauses an Abt E(berhard) und den Convent in Salem um 20 Mark Silber den Hof zu Ertingen, genannt *des Tivingers hof*, welcher dem Hause eigenthümlich angehört. Es siegeln Graf Hartmann von Grüningen und der Comthur. Acta sunt hec apud Ertingin anno domini M° CC° LXXIII°, in vigilia exaltacionis sancte crucis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet Ber(tholdo) viceplebano in Ertingin, nobili viro comite C(ûnrado) de Grûningin, Ulrico de Alshusen, milite, Ottone dicto Ranze, Ûlrico de

Digitized by Google

Hoelstain, Hermanno Hiuzeli, Ber(tholdo) de Ehingin, C. et Ber(tholdo) fratribus dictis Murzel, Lůdewico Villico aliisque pluribus fide dignis. 503.

Cod. Sal. III. 77 No. LXXI. Reg. Ztschr. 3, 87.

1273. December.[1] Gundelfingen. Swicker d. ä. von Gundelfingen genehmigt, unter Zustimmung seiner Söhne Heinrich und Swicker, den Verkauf von Gütern zu Frankenhofen durch seinen Hörigen, Otto von Ehestetten (Eschisteten) um 40 Mark Silber an Abt Eberhard und das Kloster Salem. Acta sunt hec apud castrum in Gůndelvingin anno domini M° CC LXXIII° in octava innocentum, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Berhtoldo, ministro predicti domini de Gundelvingin, Cůnrado dicto Thus, fratre H(ainrico) de Ezzelingin, cellerario in Salem, fratre Cůnrado Gierstlinch converso ibidem et aliis quam pluribus probis viris. Otto von Ehestetten bekennt die Wahrheit des Vorstehenden und verspricht, dem Kloster nöthigen Falls für den erkauften Besitz Gewähr zu leisten (prestare werandiam). Es siegeln (auf Bitten des Otto, der kein Siegel hat) Swicker d. ä. von Gundelfingen und Graf Eberhard von Wartstein. 504.

Cod. Sal. III, 217 No. CLXXV.

1274. Jan. 17. Schaffhausen. Heinrich und Konrad Greber in Schaffhausen und des letzteren Ehefrau Mechtild übergeben dem Kloster Salem ihre Güter in Schwenningen. 505.

Universis presencium inspectoribus H(ainricus) et C(ůnradus) fratres dicti Grebir de Scaphusa et Mehthildis, uxor Cůnradi eiusdem, subscriptorum noticiam pleniorem. Cum || secundum philosophum anima posita sit in ratione tabule rase et de facili labantur ea, que ipsius anime memorie inprimuntur, et iustis piorum actibus perversorum nitatur ca||lumpnia obviare, expedit, ut ea, que propter salutem statuuntur animarum, scripture testimonio roborentur. Hinc est, quod nos, ob remedium animarum nostrarum nec non parentum nostrorum, || bona nostra, que hucusque iure proprietatis bona fide et iusto tytulo possedimus sita apud Swenningen, scilicet unum pratum in *Eidental*, unum *zem Marchsteine*, unum in *Emervelt*, unum in *Horai in der Grůbe*, unum *under Zizemberge*, unum in *Sevelde*, unum agrum *ze Studun* cum novali supra in virgultis

[1] Genauer zwischen dem 28. Dezember 1273 und dem 4. Januar 1274.

Digitized by Google

et in agris 10 iugerum, unum agrum *under Honberg*, unam aream *zem Flazze*, omni iure monasterio beate virginis contulimus Salmanswiler, abrenunciantes omni proprietati[1] seu iuri, quod in dictis possessionibus habuimus, ad manus fratris nostri Berhtoldi, eidem monasterio obedienti.[2] Ut autem hec nostre donationis forma et a nobis seu nostris heredibus seu successoribus quibuscumque permaneat inconvulsa, presentem paginam predicto monasterio tradidimus, sigillo communitatis civium in Scaphusa munimine roboratam. Acta sunt hec in Scaphusa anno domini M° CC° LXX° IIII°, XVI° kalendas februarii, in presencia personarum subscriptarum, videlicet Rûdegeri senioris dicti Heggenci et Willehelmi, filii sui, Waltheri dicti Mv̂l, H. et etiam H. dictorum Wissen et H., filii filie sue senioris, Johannis scolaris, filii Ludewici, Hermanni dicti Kron, Hermanni dicti Wale et Petri dicti Negelli et aliorum plurium fide dignorum.

Perg. Or. Fremde Hand. An schmalem Pergamentstreifen das Siegel der Stadt Schaffhausen, aus Wachs, rund, 50 mm (II B), ein aus einem Stadtthor nach rechts herausschreitender Widder. Die Umschrift ist theilweise abgebröckelt † **(s. c)ivi(tati)s. schafvsensis.**

1274. Febr. 25. Mimmenhausen. Abt Heinrich von Petershausen vertauscht eine Wiese beim Hart an den Abt Eberhard von Salem gegen die Hurdelinswiese in Brunnadern. 506.

Omnibus hanc paginam inspecturis nos de Petri domo et de Salem abbates et conventus, Constantiensis dyocesis, || rei geste noticiam cum salute. Ut contractus habiti studio caritatis inviolabiliter perseverent, litterarum debent testimoniis || perhennari. Ea propter tenore harum pateat universis, quod cum nos ex officio nobis iniuncto teneamur nostris monasteriis || in hiis, que ad meliorationem pertinent, providere, contractum permutationis de quibusdam pratis mutuo inivimus, hominum ad nostra monasteria pertinentium prehabito consilio et consensu, dantes nos, Hainricus abbas de Petri domo, monasterio de Salem pratum nostrum dictum *des abbites wise von Bietershusen*, situm in loco contiguo silvule dicte *daz Hart* et recipientes a dicto monasterio in concambio, ut est dictum, pratum dictum *Hurdelinswise*, situm in loco qui dicitur Brvnneâdiron, quam commutationem seu concambium et nos, frater Eberhardus abbas de Salem, pro nobis nostroque monasterio

[1] Or. hat proprietatis. — [2] Vgl. die Urk. d. d. 1260 o. T. No. 357.

Digitized by Google

ratum habemus et gratum, pratum supradictum, videlicet *Hvrdelinswise*, cum decima eiusdem prati absolute in supradictum monasterium de Petri domo transferentes, pleno iure perpetuo possidendum. Acta sunt hec apud Mimmenhusen anno domini M° CC° LXX° IIII°, V° kalendas marcii, indictione II^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Berhtoldo Kvmberlino, Ůlrico Villico, Hainrico in Ponte, tribus fratribus dictis Bivrrere, Burkardo Villico, Cůnrado de Nvzdorf, de fratribus vero de Salem Cůnrado Sutore de Ehingen, Cůnrado Vinitore et fratre Berhtoldo, magistro vaccarum, aliisque quam pluribus probis viris. Ut autem hec maneant inconvulsa, presens instrumentum exinde conscriptum sigillis nostris duximus roborandum.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel, beide spitzoval, an Pergamentstreifen: 1. des Abtes Heinrich von Petershausen, aus Wachs (IV A 2 b), 53:35 mm, sitzender Abt mit Stab in der Rechten, aufgeschlagenem Buch in der Linken. Umschrift: † s. **hainrici.**[1] **abbatis. de. domo. petri.**, 2 Daumeneindrücke — 2. des Abtes von Salem, aus Malta, bekannt, 40:25 mm, hinten convex. Cod. Sal. II, 188 No. CLVI. Regest: Ztschr. 3,87.

1274. März 1. Buchhorn. Hermann, der Schultheiss von Buchhorn, beurkundet die Erklärung des dortigen Bürgers Nicolaus, dass ihm kein Recht auf den Garten daselbst zustehe, welchen das Kloster Salem von dem ehemaligen Schultheiss Eberhard erworben. 507.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hermannus, minister civitatis in Bůchorn, noticiam || rei geste. Ut in contractibus et donationibus rite peractis auferatur occasio litigandi, expedit, facta || litterarum testimoniis perhennari. Eapropter noverint universi, quod cum Nycolaus, concivis noster, venerabiles in || Christo, . . abbatem et conventum de Salem traxisset in causam super orto penes nos sito, quem quondam Eberhardus, nostre civitatis minister, cum omni iure, quia sibi proprietatis titulo pertinebat, dicto monasterio tradidit et donavit, possessionem vacuam dicti orti in iam dictum monasterium libere transferendo, tandem post multa, compositione etiam inter partes prehabita, idem Nycolaus, constitutus coram nobis et nostre civitatis civibus, presentibus etiam fratribus memoratis, profitebatur publice, non coactus, sed spontanea voluntate, nichil iuris seu actionis sibi vel suis heredibus universis competere in orto iam dicto, sed ad sepe dictum

[1] n u. r contrahirt.

Digitized by Google

monasterium libere pertinere, ad superhabundantem cautelam renuncians omnibus, que sibi vel suis in dicto orto competere videbantur. Acta sunt hec apud Bůchorn anno domini M° CC° LXX° IIII°, kalendis martii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hermanno dicto Degan, Hainrico dicto Salman, Hermanno, filio ministri, et Hainrico, fratre suo, Philippo et Cůnrado dicto Wagen, de fratribus de Salem Růdegero et Růdolfo, conversis, aliisque quampluribus probis vìris. In cuius facti evidentiam et cautelam presentem cedulam exinde conscriptam sigillo, quo nos et nostra civitas utitur, predicto monasterio porreximus roboratam.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel der Stadt Buchhorn, befestigt wie bei No. 432, aus Malta, spitzoval (IV A 1), 70:40 mm, im Siegelfelde eine Buche, an welcher ein Horn hängt, darüber der nach rechts gekehrte Reichsadler. Umschrift: † s'. **ministri. (ci)vitatis de. bvchorn,** auf der Rückseite glatt. Cod. Sal. IV, 119 No. CLIIII.

1274. April 3. Sandeck. Abt Albert und das Capitel von Reichenau überlassen dem Kloster Salem zu theilweiser Abschlagszahlung für ein von diesem ihnen verkauftes Haus in Ulm die Besitzungen in Hirschlanden, mit denen von ihnen Konrad Lauber von Laubeck belehnt war, nachdem dieser seine Rechte an denselben an Salem verkauft hatte.

508.

Universis hanc paginam inspecturis Albertus dei gratia abbas totumque capitulum Augie Maioris rei geste noticiam || cum salute. Temporum malicia et hominum memoria labilis et infirma monent, gesta temporum perstringi serie litterarum ||. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum Cůnradus dictus Loĕber de Lovbegge ius suum, quod habebat in possessionibus dictis Hierzlant || ac ipsas possessiones, quas a nobis in pheodo tenuerat illucusque, quia ibidem possessiones preter predictas alias non habebat, cum agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, fructetu, terris cultis et incultis, viis, semitis, itineribus, aquis et aqueductibus, iure molendinum habendi et molendi, necnon iuribus, que vulgo dicuntur *ehafti, vrœveli und getwinc*, et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur tacitis et expressis, dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, que omnia et singula nostre ecclesie proprietatis titulo pertinebant, monasterio de Salem ac dicti monasterii fratribus universis, adhibita iuris et canonum necnon consuetudinum omni sollempnitate, que consuevit et debuit in con-

Digitized by Google

tractibus adhiberi, per modum venditionis, omnium, quorum intererat, voluntate prehabita et consensu, vendidisset, donasset et tradidisset, ipsorum omnium possessionem vacuam libere perpetuo possidendam, receptis a dicto monasterio 26 marcis argenti legalis, quas, quia ipse dictum argentum in ipsa hora venditionis receperat, convertisse in usus proprios coram nobis profitebatur publice et expresse, nos, quia dicta venditio seu emptio sine consensu nostro fieri non potuit, ut dicta venditio sufficientem effectum iuxta propositum partium ac debitum consequatur, ipsas possessiones, ad manus nostras per predictum C(ûnradum) resignatas, cum omni iure et attinentiis aliis, dictis possessionibus intus et extra pertinentibus predicto monasterio de Salem tradidimus et donavimus in recompensationem pro tanto, videlicet trium marcarum redditum domus site in Vlma, quam nobis dicti, abbas scilicet et conventus de Salem, [et] nostre ecclesie tradiderunt sub hac forma, ut ipsis 40 marcarum redditus absolute pro dicta domo simpliciter refundamus, libere perpetuo possidendas. Renuntiantes una cum predicto C(ûnrado) omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, legum et canonum subsidio, litteris impetratis vel impetrandis, iuri restitutionis in integrum, peccunie non numerate, consuetudini tam loci quam patrie ac omnibus aliis tacitis et expressis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta venditio et ad manus nostras resignatio necnon per nos donatio et traditio tam legaliter in omnibus consummata possit revocari, irritari vel modo quolibet enervari. Acta sunt hec apud Sandegge, anno domini M° CC° LXX° IIII° in vigilia beati Ambrosii episcopi et confessoris, indictione II^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Buman, sacerdote, Hainrico de Mettendorf, Johanne de Sancto Gallo et Burchardo de Salustein, clericis, Alberto de Eberhartswiler, milite, Cûnrado et Friderico fratribus de Stoffeln, Alberto de Wehingen, Johanne de Mekkingen, Bitrolfo de Immendingen, Burchardo de Ramsperch, Willehelmo, filio ministri in Vberlingen, Hainrico Shademan et[1] dicto Burst, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario, monacho, Cûnrado dicto Girstelinc, mercatore et Bertholdo, magistro de Raithaselach, conversis, aliisque quam pluribus probis viris. Et ut hec perpetuo maneant firmiora, presens instrumentum

[1] Der Vorname fehlt im Or.

Digitized by Google

exinde conceptum et sigillis, quibus nos abbas nosque capitulum monasterii Augie Maioris utimur, nec non sigillis domini Manegoldi comitis de Nellenburch ac supradicti C(ûnradi) dicti Loeber de Lôbegge roboratum dicto conventui de Salem tradidimus pro testimonio et cautela. Nos Manegoldus comes de Nellenburch et ego Cûnradus dictus Loeber de Lovbegge predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur presentibus esse vera, sigilla nostra huic pagine pro testimonio apponentes. Promittens nichilominus ego C(ûnradus) predictus Lôvuber de Lovbegge pro me et meis heredibus universis, super hoc fide data, corporali etiam prestito iuramento, werandiam prestare quotienscumque et coram quocumque iudice requisitus fuero extra formam iuris seu in forma iuris, contingente casu quolibet, de premissis. Astringens ad hec ex superhabundanti Burchardum de Ramsperch modo predicto ad observanda omnia supradicta. Renuncians etiam pro me et pro meis heredibus universis omnibus, secundum quod superius est expressum.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, 1. und 2. des Abtes Albert und des Capitels von Reichenau, bekannt — 3. des Grafen Mangold von Nellenburg, wie an No. 470 — 4. des Heinrich von Laubeck, schildförmig, 45:40 mm (IV A 1), im Siegelfeld ein Blatt, dessen Stengel eine Ecke bilden. Umschrift: † s'. hainrici. de lôbegge. 1 mit einem, 2 mit 2 Daumeneindrücken, 3 durch Fingerdruck gratartig erhöht, ganz oben ein Daumeneindruck, 4 durch Fingerdruck mässig erhöht. Konrad Lauber von Laubeck hängt, ohne dass in der Siegelformel darüber etwas bemerkt wäre, das Siegel eines Heinrich von Laubeck (vielleicht seines verstorbenen Vaters?) an die Urkunde. Cod. Sal. III, 224 No. CLXXXIII. Vgl. die Urkunden d. d. 1264 Nov. 29 No. 397, d. d. 1274 April 14. No. 511.

1274. April 7. Salem. Bischof Rudolf II. von Konstanz beurkundet die vor ihm erfolgte Anerkennung und Erneuerung der zwischen dem Kloster Salem und den Geschwistern Türing abgeschlossenen Rechtsgeschäfte, betreffend Güter in der Pfarrei Leutkirch. 509.

Omnibus hanc paginam inspecturis Rûdolfus, dei gracia Constantiensis episcopus, rei geste noticiam || cum salute. Ut littibus inposterum rationabiliter occurratur, necesse est, facta hominum perhennari testimonio litterarum. Eapropter || presentibus pateat et futuris, quod cum venerabiles in Christo abbas et conventus de Salem diversis locis et temporibus contractus || emptionis inierint cum Walthero, Hainrico et Cûn-

Digitized by Google

rado fratribus dictis Tvringe necnon sororibus eorundem, qui omnes nostre noscuntur ecclesie pertinere, diversas possessiones ac predia hincinde sita, que ipsis pertinebant tam proprietatis titulo quam pheodali, iuxta formam iuris et consuetudinem terre publice rationabiliterque comparando, ad maiorem dictorum contractuum evidentiam et effectum, ne dictum monasterium inposterum perturbetur, licet indebite, a quocumque, dicti fratres de Salem una cum predictis fratribus dictis Tvringe constituti coram nobis, sic se habere predicta omnia protestabantur publice, ut est dictum, et ad maiorem cautelam predicti fratres, scilicet Tvringe, prelibatas venditiones omnium prediorum seu possessionum, quas in barrochia dicta Livtkilche, que ecclesia predicto monasterio de Salem noscitur pertinere, in agris, pratis, areis, terris cultis et incultis, silvulis, nemoribus, viis, inviis, semitis, itineribus seu aliis, quibuscumque nominibus censeantur, proprietatis titulo vel pheodali seu alio quocumque titulo possederant illucusque, ex superhabundanti innovantes, nobis presentibus et consentientibus ac omnium heredum suorum voluntate expressa prehabita et consensu, in supradictum monasterium de Salem transtulerunt, libere perpetuo possidenda, contradictione cuiuslibet non obstante. Renuntiantes una cum suis sororibus antedictis necnon suis heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni iuris, canonum et legum subsidio, consuetudini tam loci quam patrie, iuri restitutionis in integrum, peccunie non numerate necnon omnibus aliis tacitis et expressis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta omnia debite in omnibus consumata possint imposterum enervari, casu quolibet contingente. Nos predictus episcopus Constantiensis, ut dicta omnia, qne ex relatione partium nobis constabant, certissime fore vera, in suo robore perseverent, ad petitionem[1] partium predictarum ipsos contractus cum omnibus suis attinentiis litterarum nostrarum testimonio confirmamus, dictas litteras, sigillo nostro consignatas, conventui de Salem porrigentes pro testimonio et cautela. Actum et datum apud Salem anno domini M° CC° LXX° IIII°, VII° ydus aprilis, indictione II^{a}, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Zolner de Marhtorf, Hainrico ministro de Pfullendorf, dicto de Honberch, Ůlrico dicto *in dem Houe*, Berhtoldo dicto

[1] Or. hat petionem.

Digitized by Google

Græmelich, Cûnrado dicto Frie, ministro comitis Sancti Montis; de fratribus vero de Salem Wernhero suppriore, Hainrico, Cûnrado et Friderico[1] cellerariis, Nicolao, Rûdolfo dicto de Gvttingen, Hainrico dicto de Sevelt, Bertoldo dicto Rantze, Hainrico dicto Kæphinch, Dietrico de Kiselekke, monachis, Berhtoldo mercatore et Hermanno conversis, aliisque quam pluribus probis viris. Nos Waltherus, Hainricus et Cûnradus fratres dicti Tvringe et nos sorores eorundem predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos, mediante nostro domino Constantiensi episcopo, fore facta, presentibus profitemur. Protestantes, quod in barrochia prelibata de Livtkilche nichil in rebus inmobilibus, que usque ad tempus istius contractus nobis pertinebant titulo proprietatis vel titulo pheodali seu modo alio, casu quolibet contingente, nobis retinuimus, sed omnia sine exceptione in supradictum monasterium de Salem transtulimus, pleno iure perpetuo libere possidenda. Et quia sigilla propria non habuimus, ad maiorem roboris firmitatem sigillo domini nostri Constantiensis episcopi in hoc facto pro nobis omnibus usi sumus.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, aus Malta, spitzoval (IV A 2 b), sitzender Bischof, in der Rechten den Stab, in der Linken ein Buch. Umschrift: † **s. rvdolfi. dei. gracia. episcopi. constant. ecce.** Auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht. Cod. Sal. I, 288 No. CLXIII. Regest: Ztschr. 3,88. Die Bezeichnung Rudolfs als Bischof während er in andern Urkunden bis in die Mitte des Jahres 1275 als electus erscheint, sowie der Gebrauch eines bei seinen späteren Urkunden mir bisher nicht vorgekommenen Siegels machen diese Urkunde verdächtig. Ich behalte mir vor, auf diese Frage zurückzukommen.

1274. April 11. Konstanz. Die geistlichen Richter zu Konstanz sprechen, gegenüber den Ansprüchen des Rüdiger von Eigeltingen, auf Grund einer von dem Kloster Salem vorgelegten Urkunde dem Kloster das Eigenthum des Waldes Schmiedeholz zu. 510.

Omnibus hanc paginam inspecturis judices ecclesie Constantiensis salutem in domino. Noverint universi, quod cum Rûdegerus dictus de Aigoltingin astrinxisset se ad probandum, quod competeret sibi ius secandi ligna dicta *Smideholtze* eo iure, quod esset communis, iure scilicet, quod dicitur *gemainmerch*, et terminis sibi non semel sed sepius ad probandum prefixis, nichil probaverit, nec in eisdem terminis comparaverit, nec pro se miserit, reverendis in Christo . . abbate et

[1] Or. hat Fridererico.

Digitized by Google

conventu de Salem, prout debuerunt, comparentibus, inspectis instrumentis super dicta silva conscriptis et sigillatis, scilicet sigillis judicum Constantiensium, capituli Constantiensis, Wal(conis) decani maioris ecclesie Constantiensis, Al(berti de Phin, magistri Cv̂nonis, quondam officialis, necnon magistri Atzonis, invenimus rem super dicta silva iudicatam, ipsi Rûdegero perpetuum silentium super dicta silva duximus imponendum, predictis vero . . abbati et conventui de Salem eandem adiudicantes. In cuius rei evidentiam nostro sigillo presentem cedulam ipsis contulimus communitam. Datum Constantie anno domini M° CC° LXXIIII°, III° idus aprilis, indictione II^a.

Cod. Sal. III, 239 No. CXCV. Die angeführte Urkunde d. d. 1266 Nov. 6 s. oben No. 418.

1274. Apr. 14. Die Aebte Albert von Reichenau und Eberhard von Salem verfassen zwei gleichlautende Instrumente, in welche die Güter eingetragen werden sollen, welche nach einem früher aufgesetzten Instrumente Kloster Reichenau an Salem zum Ersatz für das ihm von letzterem überlassene Haus des Schreibers in Ulm abtreten wird, und erklären, dass mit dem Gute Hirschlanden der Anfang gemacht worden sei. 511.

Omnibus hanc paginam inspecturis Albertus dei gratia abbas totumque capitulum Augie Maioris et nos frater Eberhardus abbas || et conventus de Salem subnotatis adhibere fidem certissimam cum salute. Ut contractus habiti studio caritatis imposterum nullis littibus corrumpantur, expe||dit, dictos contractus litterarum testimoniis roborari. Eapropter presentes noverint et futuri, quod, cum per antecessores nostros, multis iam temporibus retroactis, inter nostra || monasteria, intervenientibus hincinde multis beneficiis et obsequiis caritatis, contracta fuerit amicitia specialis, quam in dictis monasteriis presenti tempore constituti, ne dissolvatur, immo ut saltim in minimo non tepescat, cordi nobis est, scilicet dictam amicitiam, prout possumus, mediantibus quibuscumque hincinde obsequiis, indissolubiliter perhennare. Nos predictus frater E(berhardus) abbas et conventus de Salem ad maius robur prehabite mutue caritatis, non immemores multorum et quasi infinitorum beneficiorum nostro monasterio, licet nullis meritis precedentibus, a dicto monasterio Augie Maioris per annorum multa curricula exhibitorum, saltim ad tantillam reconpensationem domum sitam in Ulma, dictam *des scribers hus*, que nobis censuali titulo pertinebat, cum omnibus suis attinentiis

Digitized by Google

predicto monasterio Augie Maioris tradidimus possidendam, quam benivolentiam nos predictus Albertus dei gratia abbas totumque capitulum Augie Maioris rationis oculo intuentes nos astrinximus versa vice, proprietatem possessionum nostrarum ad redditus 40 marcarum in reconpensationem dicte domus prelibato monasterio de Salem tradere simpliciter tantum hincinde in terminis ultra lacum, ubicumque dictum monasterium de Salem predia nostre ecclesie proprietatis titulo pertinentia duxerit conparanda, que omnia et singula, prout predictum est, in instrumento longe ante super hoc confecto sunt plenius exarata.[1] Et ne super premissis redditibus nostrorum prediorum pro dicta reconpensatione dicto monasterio de Salem, secundum quod se opportunitas obtulerit, conferendis error aliquis imposterum oriatur, super dicto negotio duo paria concepimus instrumenta, nostris sigillis, quibus utimur, roborata, unum uni parti et alterum alteri conferendum, pro testimonio conservandum, in quibus dicta predia, que pro tempore monasterio de Salem collata fuerint, fideliter conscribantur, ut, cum dicta promissio, videlicet donatio reddituum 40 marcarum, conpleta fuerit, monasterium de Salem se pagatum noverit et nostrum, videlicet Augie Maioris, monasterium se sciat integraliter absolutum. Cuius pagationis initium consistere in donatione predii nostri dicti Hirzlant, quod ecclesie nostre, hoc est Augie Maiori, proprietatis titulo pertinebat, quod tres marcas annuatim solvere debet, nos ambe partes, quia nichil ante solutum fuerat vel receptum, presentibus profitemur. Alia, que pro tempore soluta fuerint et recepta, debent huic inseri, secundum quod se opportunitas obtulerit, instrumento, ita tamen ut simul hiis duobus instrumentis ad hoc positis inseratur. Actum et datum anno domini M°. CC° LXX° IIII°, XVIII°. kalendas maii, indictione II^a.

Item postea anno domini M° CC° LXXXIII°. XII kalendas junii[2] predicti de Salem receperunt a nobis possessiones Dietrici de Nivfron, sitas in villa Nivfron, que nobis nostroque monasterio proprietatis titulo pertinebant, estimatas ad quinque libras et 7 solidos currentis monete, pleno iure perpetuo possidendas. — Item postea predicti de Salem receperunt a nobis in Waltramswiler redditus unius libre de possessionibus Eber(hardi), Rûdolfi et Eggehardi fratrum de Rischa, anno domini supradicto. Item anno domini M° CC° LXXXV° V. idus januarii[3] predicti de Salem receperunt a nobis possessiones de Riethusin, sitas in Nivfron, habentes

[1] Vgl. oben die Urk. No. 397. — [2] 1283. Mai 21. — [3] 1285. Jan. 9.

Digitized by Google

redditus 6 librarum minus quinque solidos, que proprietatis tytulo nostro monasterio pertinebant. — Item[1] postea de possessionibus in Ylmwanch H. Pincerne de Smalnegge redditus septem librarum denariorum monete Constantiensis. Anno domini M° CC° LXXX° VIII°. III. idus septembris[2] receperunt supradicti domini de Salem a nobis possessiones sitas in loco, qui dicitur Bamberc, quas dictus Ahuser a nobis tenuit pro annuo censu, videlicet pro dimidio fertone cere, que possessiones estimate sunt ad redditus duarum marcarum ponderis Constantiensis. — Item[3] anno domini M° CC° nonagesimo tercio, III. idus aprilis[4] supradicti domini de Salem receperunt a nobis curiam, que vulgariter dicitur *ze dem Obernhove*, sitam prope Waltramswiler, quam C. et Wern(herus) de Zimbern a nobis in feodum possidebant, quamque Albertus dictus *vom Raine* ab ipsis in feodum tenuit, que estimata est ad summam reddituum unius marce argenti. — Anno domini M°. CC. XCIIII°, kalendis junii[5] receperunt a nobis possessiones in Nûfron quas . . dicti Besserer de Vberlingen a quondam H. de Nufron milite et ipse H. a nobilibus de Gundolvingen et illi de Gundolvingen a nobis in feodum tenuerant, valentes quatuor libras et 13 solidos denariorum Constantiensium. — Item[6] eodem anno possessiones in Zogenwille ad redditus trium librarum, quas contulit eis frater C. de Helmstorf, monachus ipsius monasterii de Salem, que fuerunt etiam feodales a monasterio nostro.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, 3 Siegel aus Malta, an Pergamentstreifen, die nämlichen wie an No. 397. Die kleingedruckten Zusätze sind in den angegebenen späteren Terminen eingetragen, die zwei ersten von der nämlichen Hand wie der ursprüngliche Text der Urkunde. Vom dritten Eintrag an sind die Schriftzüge viel kleiner als jene der ersten Einträge, die Zeilen eng an einander gereiht. Druck nach einem zweiten in Ulm befindlichen Original bei Pressel, Ulm. Urkb. No. 119. Dort fehlt der letzte der Einträge unserer Vorlage. Vgl. die Urk. No. 397.

1274. April 23. Landau. Graf Hartmann von Grüningen übergibt dem Kloster Salem eine Schupose in Beizkofen, deren Eigenschaft Elisabet, Wittwe des Konrad von Schatzberg, in seine Hand resigniert hatte. 512.

Nos Hartmannus comes de Grŷningin. senior omnibus presencium inspectoribus seu auditoribus rei geste noticiam cum salute. De gestis hominum grandis ac dura emergeret calumpnia, si non oblivio per eternam scripti memoriam auferretur. Noverint igitur singuli et universi tam presentes quam futuri, quod nos proprietatem possessionum domine Elysabet, relicte quondam C(ûnradi) militis dicti de Schazsberg, sitorum

[1] Von hier an andere Hand. — [2] 1288 Sept. 11. — [3] Andere Hand. — [4] 1293 Apr. 11. — [5] 1294 Jun. 1. — [6] Andere Hand.

Digitized by Google

in villa Bv̊zkouen, dictorum *des Rotengvt* ad quantitatem unius *schůpůz*, quam proprietatem prefata E(lizabet) relicta in manus nostras, quia id iustum fuerat, libere ac consensu publico [81] et expresso antea resignavit, reverendis in Christo dominis et conventui in Salem ac eorum monasterio donavimus et tradidimus sollempniter cum omni iure et conswetudinibus eisdem pessessionibus intus et extra pertinentibus, libere ac perpetuo possidendam. Testes autem traditionis huius proprietatis sunt hii, scilicet nobilis vir Hainricus de Gundelvingin miles, Al. decanus in Binzewangen, Ber. de Holnstain, H. dictus Huzzelin, C. minister dictus Murzel, C. de Anemerkingin et alii quam plures ydonei et honesti. Et ut hec donatio tam sollempniter peracta infringi nequeat seu calumpniari casu quolibet contingente, nos H(artmannus) comes predictus presens scriptum prefatis dominis et conventui de Salem dedimus, nostri sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec apud Landowe castrum et conscripta anno domini M° CC LXXIIII°, IX° kalendas maii, indictione secunda.

Cod. Sal. III, 80 No. LXXV. Regest: Ztschr. 3, 87.

1274. Juni 1. Kisslegg. **Berthold von Kisslegg übergibt dem Kloster Salem statt der demselben von ihm und seinem verstorbenen Bruder Burkhard vermachten 15 Mark Silber, unter Vorbehalt der Wiederlösung um die gleiche Summe, Güter in Sommersried und Helchenau.** 513.

Omnibus hanc paginam inspecturis Berhtoldus de Kiselegge noticiam rei geste. Noverint universi, quod || cum predilectus frater meus Burkardus felicis recordationis ageret in extremis, ego una secum pro remedio anime || sue et mee necnon omnium nobis attinentium 15 marcas argenti legalis monasterio de Salem legavi no|mine testamenti, et quia dictum argentum ad manus non habui, possessiones, que michi tam iure pheodali quam proprietario pertinebant, videlicet dictas *des Engilers gůt* sitas in Sumersrieth et alias sitas in Helchvnowe, tres libras currentis monete annis singulis persolventes, monasterio prelibato donavi et tradidi sub hac forma, ut, quando ego vel aliquis successorum meorum seu quicunque de mea conscientia et voluntate dictas 15 marcas argenti ipsi monasterio assignabit, eedem possessiones ad eum, qui dictam peccuniam solverit, libere revertantur, ita tamen, ut quidquid monasterium sepedictum medio tempore receperit

Digitized by Google

proventuum seu obventionum de possessionibus antedictis, sibi remaneat simpliciter ex condicto, nec aliquid eorum insortem debet modo quolibet computari, et si ante solutionem dicte peccunie me mori contingerit, successores mei, astricti fide data, corporali etiam super hoc prestito iuramento tenentur ad solutionem in continenti faciendam de peccunia supradicta, vel dictas possessiones hincinde expedire taliter et absolvere ab omnibus obstaculis post mortem meam, ut monasterium de Salem ipsas possessiones possit inperpetuum licite possidere. Et ut dictum meum propositum, immo factum effectum habeat, nec a me vel a meis successoribus possit modo quolibet immutari, presentem cedulam, exinde conscriptam et sigillo meo roboratam, sepedicto monasterio tradidi pro testimonio et cautela. Actum et datum apud Kiselegge anno domini M° CC° LXX° IIII°, kalendis junii, indictione II^a.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers abgefallen, liegt aber bei der Urkunde, aus Wachs (IV A 1), wie an No. 451, auf der Rückseite 2 Daumeneindrücke. Vgl. unten No. 527.

1274. Juni 5. Weissenau. Abt H(einrich) und der Convent von Weissenau verkaufen die ihnen eigenthümlich zustehende sog. Ziegelmühle (bei Tepfenhard) — molendinum dictum *Ziegilmůli* — mit aller Zugehör um 11 Pfund Pfennig an das Kloster Salem. Datum et actum Augie anno domini M° CC° LXX IIII nonis junii, indictione V^a.[1] Huius rei testes sunt: Cûnradus rector ecclesie in Litebach, . . miles de Diepoltzwiler, Cûnradus de Tannewiler, Cûnradus de Heuenkouen, Al(bertus) villicus de Thuringin, H. villicus de Alberskirche, H. dictus Scŷbe de Taldorf et H. cellerarius de Salem et plures alii fidedigni. Es siegeln der Abt von Roth, der Abt und der Convent von Weissenau. 514.

Cod. Sal. III, 101 No. LXXXXIIII. Die Ortsbezeichnung Tepfenhard ergibt sich nur aus der Ueberschrift der Urkunde im Cod. Sal. Super molendino *Ziegilmuli* apud Tephinhart empto a monasterio Augie Minoris.

1274. Juni 10. Pfullendorf. Friedrich Ritter von Magenbuch schliesst mit dem Kloster Salem einen Tauschvertrag über Besitzungen in der Nähe von Ostrach. 515.

Omnibus[2] hanc paginam inspecturis Fridericus miles de

[1] Die Indiction stimmt nicht. — [2] Mit verzierter Initiale.

Digitized by Google

Magenbûch noticiam rei geste. Ut contractus bone fidei propter lapsum temporis || a successoribus non valeant viciari, litterarum debent et testium robore perhennari. Eapropter presentes noverint et futuri, quod cum ego, Hainrici, Rudolfi, || Friderici et Cûnradi, filiorum meorum, necnon Mie, filie mee, quia tunc temporis plures liberos non habebam, ac etiam Gûte, matrone mee, quam tunc || habui, prehabita voluntate spontanea et consensu, contractum permutationis omnium possessionum mearum, tam pheodorum quam prediorum, sitorum in Magenbûch et circa, dictorum videlicet *des Raigers gût*, *Lûzhain Wældiv*, *Mitelbvhel*, *ze den Gerivten*, *Langenlôch*, *Egge*, *Sterrenbach*, *Dozmat*, *Livbersgerivte* et *Salach* et sique sunt alie possessiones ibidem site et mihi quocumque titulo attinentes, quibuscumque nominibus censeantur, in agris, pratis, pascuis, areis, terris cultis et incultis, silvis, nemoribus, virgultis, viis, inviis, semitis, itineribus, aquis et aqueductibus et omnibus iuribus et libertatibus dictis possessionibus intus et extra pertinentibus cum venerabilibus in Christo . . abbate et conventu monasterii de Salem inierim publice coram multis, dictas possessiones meas transferens in ipsos suumque monasterium perpetuo libere possidendas. Iidem videlicet abbas suusque conventus in recompensationem plenam, immo superhabundantem ad partem dimidiam et ultra dictarum possessionum mearum, quas in permutatione tradidi eis, possessiones subnotatas sibi suoque monasterio proprietatis titulo attinentes, videlicet curiam in Osterach, in qua residebat tunc temporis Cûnradus de Tagebrehtswiler, duas curias in Spekke, in quibus residebant Vôgellinus et Mvterchinger, villici, curiam in Vtekoven, quam dedit eis Rûdolfus der Hallær, et prediolum in Lintze, quod solvit duo maltra tritici, eo iure, quo ipsi tenuerant illucusque, michi meisque liberis prenotatis tradiderunt perpetue possidendas. Et licet possessiones mihi tradite a monasterio de Salem in concambio sive in permutatione sint maioris valoris quam mee, quas ipsis tradidi, dictus abbas suusque conventus decem et septem marcas argenti puri ad superhabundantem refusionem mihi dabant, quas recepisse me profiteor et in usus proprios convertisse. Et quoniam partem possessionum mearum predictarum sitarum in Magenbûch, omnes illas videlicet possessiones, quas monasterium de Petridomo in eadem villa iure proprietatis possederat illucus-

Digitized by Google

que, que non possunt exprimi vocabulo speciali, a domino abbate de Petridomo, in pheodo tenueram, eo quod sibi proprietatis titulo pertinebant, idem dominus abbas, sui conventus voluntate prehabita et consensu, dicta sua predia, que ab eo in pheodo tenueram, meis precibus inclinatus, recepta resignatione dictarum possessionum a me sibi facta, ipsas possessiones in monasterium de Salem transtulit, pleno iure perpetuo possidendas. Et ut hoc fieri posset competenter, ego predium dictum in Spekke, quod mihi a monasterio de Salem in permutatione venerat, dicto abbati de Petridomo suoque monasterio tradidi, qui de ipso me inpheodaverat iterato. Alia etiam pars dictarum possessionum mearum in Magenbûch, scilicet ad duos boves, predicte Gûte, matrone mee, dotis titulo pertinebat, quam resignavit dicta Gûta, matrona mea et tradidit iamdicto monasterio de Salem, unâ cum Cûnrado, fratre suo dicto sub Scôpa, qui illo tempore suus fuerat advocatus, astringens se corporali iuramento, quod si contra dictam resignationem et eiusdem predii in monasterium de Salem translationem factam per se vel per alios quoscumque infuturum aliquid attemptaret, triginta marcas argenti monasterio de Salem solvere teneretur eo, quod ego, Fridericus de Magenbûch, in recompensationem sue dotis possessiones in Utekouen, que mihi in hac permutatione venerant, dicte Gûte, matrone mee tradidissem, dotis nomine possidendas. Terciam vero particulam, quam a me Cûnradus dictus Raiger in pheodo tenuerat, ad manus meas, ut in dictum monasterium de Salem transferre possem, quod et feci, libere resignavit. Renuntians unâ cum meis liberis omnibus antedictis, nec non matrona mea antedicta omnibus iuribus, exceptionibus, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis tacitis et expressis, per que predictus contractus possit inposterum in irritum revocari. Promittentes nos omnes et singuli, fide data, super hoc etiam corporali prestito iuramento, quotienscumque et coram quocumque homine requisiti fuerimus in perpetuum prestare warandiam de premissis. Acta sunt hec in Pfullendorf, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, in vigilia Barnabe apostoli, in strata publica, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberto de Eberhartswiler, Hainrico ministro de Pfullendorf, Hainrico Græmelich, Bertoldo Græmelich, Nordewino de Korbe, Friderico

Digitized by Google

an dem Graben, Cůnrado de Lægellon, Alberto de Ertingen, Cůnrado iuvene sub Scôpa de Constantia, Hainrico Smersnide, Ortolfo et Burkardo fratribus de Laiterberch, Ůlrico de Essendorf, Hainrico Hv̊fslag, Hainrico Hesse, Ůlrico sub Scopa et Ůlrico filio eius, Burkardo sub Scopa, Hainrico sub Scopa, Gerungo notario abbatis de Petridomo, Peregrino Schonenstain, Cůnrado de Zovingen, de fratribus de Petridomo: Cůnrado priore, Bertoldo plebano, Hůgone hospitalario, de fratribus de Salem: Ůlrico Grætario monacho, Berhtoldo et Cv̊nrado mercatoribus et conversis aliisque quam pluribus probis viris. Et ut hec robur obtineant perpetue firmitatis, presens instrumentum super hoc confectum sepedicto monasterio de Salem, sigillis nobilis domini Manegoldi comitis de Nellenburc et iamdicti abbatis de Petridomo, nec non universitatis in Pfullendorf et meo roboratum, tradidi in testimonium et cautelam. Nos Manegoldus comes de Nellenburc et nos abbas de Petridomo necnon nos universitas in Pfullendorf predicta omnia, prout premissa sunt, sub sigillis nostris esse vera presentibus protestamur. Nos Hainricus, Růdolfus, Fridericus et Cůnradus fratres et Mia soror liberi Friderici militis de Magenbůch et ego Gůta, matrona sua, predicta omnia, prout premissa sunt et per nos facta, quia sigilla propria non habuimus, sub sigillis nobilis domini Manegoldi comitis de Nellenburc et patris nostri, quibus utimur in hoc facto, esse vera presentibus profitemur.

Perg. Or. im Kgl. preuss. Regier.-Archiv zu Sigmaringen. An Pergamentstreifen hängen an der Urkunde 4 Siegel aus brauner Malta: 1. des Grafen Mangold von Nellenburg (IV B 2) wie an No. 470. — 2. des Abtes von Pètershausen (III A 2 b) wie an No. 506. — 3. der Stadt Pfullendorf (IV A 2) wie an No. 463. — 4. des Friedrich von Magenbuch 45:40 mm, (IV A 1), schildförmig, in dem mit Kleeblättern damascierten Siegelfeld ein nach rechts gerichteter Widder auf einem Dreiberg (wie das Wappenbild der Herren von Ramsberg). Umschrift: † **s' friderici. de. maginbvoch** ✱. Cod. Sal. III, 86. Reg.: Locher, Veringen S. 80.

1274. Juli 16. Friedberg. M(angold) Graf von Nellenburg übergibt ein Gut bei Eichen (Aichach), genannt *Burrair gut*, welches ihm Ulrich Ritter von Celle freiwillig überlassen hat, dem Kloster Salem zu freiem Eigenthum. Acta sunt hec apud Frideberch anno domini M°. CC°. LXX° IIII°, proxima secunda feria post festum Margarete, indictione secunda, hiis

Digitized by Google

probis viris astantibus, videlicet nobili viro H. de Gundelvingen, F(riderico) milite de Magenbüh, Al(berto) de Ebirharswiler, H. de Swaindorf, Al(berto) Schorre, H. de Bivrron, Walthero de Bivzecoven, Her(manno) de Frideberch. 516.

Perg. Or. Fremde Hand, vermuthlich aus der Nellenburgischen Kanzlei. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Wachs wie an No. 470. Die Rückseite in der Mitte gratartig erhöht, oben und unten je ein Daumeneindruck. Cod. Sal. III, 58 No. LI. Regest: Ztschr. 1,77. Locher, Veringen S. 81.

1274. August 2. Salem. Hugo und Albert von Bittelschiess übergeben dem Kloster Salem die Eigenschaft der Güter in Tafertsweiler, die der von ihnen mit denselben belehnte Heinrich, Sohn des Dietrich von Neufrach, gegen Güter zu Zusdorf eingetauscht hatte. 517.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo et Albertus fratres de Buttilschiez noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus de Salem ius feodale possessionum sitarum in Tagebrechtiswiler, que nobis proprietatis titulo pertinebant, a Hainrico, filio quondam Dietrici militis de N̊fron, qui dictas possessiones a nobis in feodo tenuerat illucusque, nostro consensu et omnium, quorum intererat, prehabito, per modum permutationis alterius predii, siti in Zusdorf, quod monasterio de Salem proprietatis titulo pertinebat, attinentes, ipsi Hainrico predicto pro quatuor marcis argenti iuste et legaliter comparassent, nos, resignatione facta dicti feodi ad manus nostras per dictum H(ainricum), pro animarum nostrarum remedio et salute, beneficia etiam, que nobis a dicto monasterio crebro sunt exhibita, ratione previa intuentes, dictas possessiones et ipsarum proprietatem cum omnibus ipsis intus et extra pertinentibus dicto monasterio tradidimus et donavimus, pleno iure libere possidendas. Acta sunt hec apud Salem, anno domini M° CC° LXXIIII°, IIII. nonas augusti, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino E(berhardo) abbate in Salem, Hainrico priore, H(ainrico) et C(ûnrado) cellerariis, Nycolao monacho et fratre Ber(tholdo) mercatore, converso aliisque pluribus probis viris. In cuius facti evidenciam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam, sigillo meo, scilicet Hugonis, quo et ego Al(bertus) usus fui in hoc facto, munitam, ipsi monasterio duximus assignandam. Ego Hainricus, filius quondam Dietrici militis de N̊fron, predicta omnia, prout premissa sunt,

Digitized by Google

profiteor esse vera, et quia sigillum tunc temporis proprium non habebam, sigillo predicti domini Hugonis pro testimonio presentibus usus fui.

Cod. Sal. III, 64 No. LIX. Regest: Ztschr. 3, 88.

1274. Aug. 20. Lyon. Papst Gregor X. befreit den Cisterzienserorden von der Verpflichtung, den Zehnten aller Kircheneinkünfte zur Unterstützung des heiligen Landes abzuliefern. Datum Lugduni XIII. kalendas septembris, pontificatus nostri anno tercio. „Meritis vestre sacre." 518.

Potthast No. 20905. Enthalten in 2 Vidimus aus dem gleichen Jahre, s. unten No. 522. Ein Original dieser Bulle befindet sich nicht im Salemer Archiv.

1274. Aug. 26. Salem. Werner Gnifting von Raderach überlässt dem Kloster Salem die Hälfte eines Gutes zu Neufrach, welche die Türinge von ihm zu Lehen getragen und dessen andere Hälfte das Kloster schon früher erworben hatte. 519.

Omnibus hanc paginam inspecturis Wernherus Gnitftingus de Raiderai noticiam rei geste. || Noverint universi, quod cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem medietatem || possessionum, videlicet unius hûbe dicte *des Wakershusers gût*, site in Nivfron, quam a me dicti Tvringe || in pheudum tenuerant illucusque, ab ipsis omnibus a me inpheodatis iusto emptionis titulo cum omnibus suis appendiciis publice comparassent et totum ius suum ad manus meas resignassent et per manus meas in dictum monasterium transtulissent, ego, accedente consensu omnium, quorum intererat, proprietatem omnium dictarum possessionum, cuius alteram partem, medietatem scilicet dicte hûbe, iidem abbas et conventus a Hermanno ministro de Smalnekke rite conparaverant longe ante[1] et per manus meas receperant, pro anime mee et parentum meorum remedio dictis abbati et conventui tradidi et donavi libere perpetuo possidendam. Renuntians pro me et meis heredibus universis omnibus, que michi in dictis possessionibus competebant, casu quolibet contingente. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXX° IIII°, VII° kalendas septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûdolfo Johelario, Hainrico ministro in Pfullendorf,

[1] Ueber diese Erwerbung besitzen wir weder ein Original noch eine Copie im Cod. Sal. Vgl. dazu unten No. 534.

Digitized by Google

Hainrico dicto Græmelich; de fratribus vero de Salem Hainrico priore, Ûlrico Grætario, Rûdolfo bursario, Nicolao, Eber(hardo) de Stekkeboron et Bertoldo mercatore aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et munimen presentem cedulam ipsis porrexi, sigillo meo pro testimonio roboratam. Nos Waltherus, Hainricus et Cûnradus fratres dicti Tivringen predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta, presentibus profitemur, et quia sigilla propria non habuimus, sigillo in hoc facto predicti domini Wer(nheri) de Radarei usi sumus. Datum ut supra.

Perg. Orig. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem Pergamentstreifen, rund, (IV A 2), 35 mm, im Dreieckschild das bekannte Wappenbild der Herren von Raderach, ein achtspeichiges Rad. Umschrift: **s. wernheri. gniftngi. d'radiraig**, auf der Rückseite zwei Fingereindrücke. Cod. Sal. II. 214. Reg. Ztschr. 3, 88.

1274. Aug. 26. Weildorf. **Die Grafen Berthold und Konrad von Heiligenberg verkaufen alle ihre Güter zu und um Weildorf an das Kloster Salem und versprechen, daselbst fortan keinerlei Besitzungen mehr zu erwerben.** 520.

Omnibus hanc paginam inspecturis Berhtoldus et Cûnradus comites Sancti Montis subscriptis adhibere fidem plenariam || cum salute. Si res geste litterarum memorie commendantur, successoribus aufertur causa et occasio littigandi. Eapropter presentes noverint || et futuri, quod cum nos, occasione multorum debitorum, grave rerum nostrarum excidium timeremus, propter quod possessiones nostras distrahere cogebamur, possessiones nostras omnes sine exceptione sitas in Wildorf et circa in terminis eiusdem ville in agris, pratis, domibus et areis, necnon omnibus appenditiis eorundem, quarum proprietas ad nos noscitur pertinere et de quibus a nobis iure pheodali, quod vulgo dicitur *manlehin und zinslehin*, subscripti inpheodati fuerant illucusque, videlicet Ûlricus dictus Zêne, Cûnradus dictus Mædeler, Cûnradus dictus Tolovenke, Burkardus dictus Ritterbain, Ûlricus Villicus, Cûnradus, Dietricus et Marquardus fratres dicti die Mûle, Mærkelinus de Richenbach, Wernherus dictus Grinhunt, Eberhardus, Hainricus et Hermannus fratres dicti *die Slrsselær*, Irmingardis dicta *Götfridin*, Cünradus et Adilhaidis dicti *an der Wâle*, Irmengardis dicta *diu Pfisterin*, Mæhtildis dicta *diu Grævinne*, Ella dicta *Richenbæchin* et Ella dicta *die Mûlin*, venerabilibus

Digitized by Google

in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem, receptis ab eis centum marcis argenti puri et ponderati, vendidimus et tradidimus, adhibita omni sollempnitate, que secundum ius et consuetudinem solent et debent in quibuslibet contractibus adhiberi, libere perpetuo possidendas. Et ut hec secundum formam iuris et pacis et secundum deum rite possint fieri, supradicti omnes et singuli, non coacti, sed voluntate spontanea eo, quod in recompensatione dictorum pheodorum omnium, scilicet, que in Wildorf et circa tenuerant, alia pheoda in locis subscriptis, videlicet in Bivrron, in Læhsteten et in Rehenowe et alibi in eorum confiniis ipsis multo meliora et utiliora, secundum taxationem proborum virorum, qui super hoc corporali astricti fuerant iuramento, tradidermus eo iure, quo supradicta possederant, libere possidenda, omnium heredum suorum voluntate prehabita et consensu, immo sine reclamatione qualibet concurrente, ius suum, quod omnibus et singulis in supradictis possessionibus, pheodis et prediis quocumque titulo competebat, resignatione facta ad manus nostras, una nobiscum et nos cum ipsis predicta omnia et singula predia, pheoda et possessiones eo iure, quo ipsi et nos possedimus illucusque, in monasterium de Salem transtulimus, perpetuo possidenda. Renunciantes nos comites fratres et singuli supradicti omnibus iuribus, exceptionibus, actionibus, defensionibus, legum et canonum subsidio, consuetudini tam loci quam patrie, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis tacitis vel expressis, per que predicta possint in posterum modo quolibet enervari. Promittentes nos comites, fide data super hoc, etiam corporali prestito iuramento, quotienscumque et coram quibuscumque iudicibus vel hominibus in forma iuris vel extra requisiti fuerimus, dicto monasterio prestare werandiam de premissis. Sane cum iam dictum monasterium dictum emptionis contractum pacis caritatisque intuitu nobiscum inierit[1] eo, quod nos, licet indebite et omnino sine causa, propter contractus venditionum, quas bone memorie pater noster necnon alii progenitores nostri, legittime tamen, cum dicto monasterio habuerant a multis temporibus retroactis, conceperimus indignationem frivolam, gravem etiam et dampnosam contra monasterium prelibatum, ut iam concepta pax et concordia inter nos et

[1] Or. hat inierint.

Digitized by Google

sepedictum monasterium iuviolabiliter perseverent, omnes rankores undecumque conceptos remittimus et omnes contractus vendicionum, emptionum, permutationum, donationum seu aliorum, per quemcunque modum emerserint per nos seu dictum bone memorie patrem nostrum necnon omnes progenitores nostros, ut iusto et sufficienti robore permaneant, presenti pagina confirmamus. Et ut iam dicta concordia in posterum nullatenus perturbetur, corporali iuramento nos astrinximus, exnunc in perpetuum in supradicta villa Wildorf et in suis terminis universis numquam aliquas possessiones per modum emptionis, concambii, permutationis, inpheodationis, obligationis seu alio quocumque modo nos vel successores nostri, qui de nobis fuerint procreati, vel alii nomine nostri conquirere quoquo modo. Sed si alique possessiones ad nos tantum iure hereditario ibidem fuerint devolute, ipsas vendere monasterio tenebimur supradicto, si comparare voluerit[1], eo modo, quo venditio prediorum consuetum cursum tunc habuerit, vel nobis retinere sine omni dampno et molestia, sicut ceteri villani monasterii prelibati. Acta sunt hec apud Wildorf, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, septimo kalendas septembris, indictione secunda, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domno Eberhardo abbate de Salem, domno Cûnrado abbate de Raitenhaselach, Rûdolfo plebano de Hermoltstberge, magistro Hainrico de Capella, magistro Atzone, magistro Bertoldo de Lucelensteten, clericis, Friderico de Magenbûch, Diethelmo de Riethusen, Alberto dicto Grûber, militibus, Walthero et Rûdolfo dictis *die Johelær*, Willehelmo dicto *in dem Torne*, Manegoldo de Milnhouen, Hugone de Wildorf, Ûlrico de Stuben, Hainrico et Goezwino fratribus de Bivrron, Marquardo de Rûzelinswiler, Diethelmo servo episcopi, de fratribus de Salem Hainrico priore dicto de Ezzelingen, Ûlrico Grætario, Nicolao, Rûdegero de Rotwil, Cûnrado Bawaro, Rûdolfo Johelario, Cûnrado de Trozzingen, Burkardo de Stivzelingen, Hainrico Kepfingo, Eberhardo de Stekkeboron et Cûnrado Wulpe, monachis, Bertoldo mercatore, Rûdolfo pergamenario, Geroldo pistore, magistro Hainrico[2] dicto Stuhsener, Walthero Magistro operis et Hainrico dicto de Honsteten, conversis, aliisque quam pluribus probis viris. Ut autem hec inviolabiliter perseverent, presens instrumen-

[1] Or. hat voluerint — [2] Lücke im Or.

Digitized by Google

tum exhinde conceptum et porrectum monasterio prelibato sigillis nostris necnon sigillis reverendi domini Rûdolfi, dei gratia Constantiensis episcopi, et capituli sui seu etiam iudicum sue curie fecimus roborari. Profitemur etiam supradictam pecuniam recepisse et in usus proprios convertisse. Nos Rûdolfus, dei gratia Constantiensis episcopus, Walko decanus, Cûnradus prepositus totumque capitulum et sui iudices predicta omnia, prout premissa sunt, scimus esse vera et appensione sigillorum nostrorum ad petitionem partium duximus roboranda.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Von den 5 Siegeln, die an der Urkunde an Pergamentstreifen anhingen, sind 1 und 3 (des Bischofs Rudolf und des Domcapitels zu Konstanz) abgefallen, 2, 4 und 5, des Officials von Konstanz, des Grafen Konrad und des Grafen Berthold von Heiligenberg hängen noch an derselben, aus Malta, 2 wie an No. 335, 4 bekannt, 2 auf der Rückseite mit 3 schräglaufenden Einkerbungen, 4 mit zwei Daumeneindrücken, 5 des Grafen Berthold von Heiligenberg, Canonicus von St. Johannes in Konstanz (IV A 2), spitzoval, 52:32 mm, das Siegelfeld durch eine Schriftleiste getheilt, im unteren Theile ein Dreieckschild mit dem bekannten Wappenbild der Grafen von Heiligenberg, im oberen Theile ein nach rechts gerichteter Adler mit dem Nimbus, das Attribut des heil. Johannes, auf der Schriftleiste steht: **s. iohannes. Umschrift:** † **s'. b'. comitis. d. sco. monte. can. ecce. s. ioh'is. constant.**, auf der Rückseite zwei Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 123. No. CXIV. Regest: Fickler, Heiligenberg. Reg. 118. Den Bischof Rudolf betr. vgl No. 509.

1274. Sept. 14. Ertingen. Adelheid, Aebtissin des Klosters Buchau (Bv̂chowe) genehmigt den Verkauf eines Hofes in Ertingen, genannt *Shertweggenhof*, durch Konrad Murcel, der des Klosters Höriger ist, um 8 Mark Silber an das Kloster Salem. Actum in Ertingin anno domini M° CC° LXXIIII° indictione II^a, in exaltacione sancte crucis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet: Gerungo, fratre dicti Murcel, Ludewico Griuwel, Friderico filiastro ipsius Murzel, Burcardo de Hundersingin, Rûdolfo dicto Gv̂tiar, Masterlino de Ertingin, Cûnrado servo thesaurarii Constantiensis, Walkone filio Wurtzarii, Lv̂trammo servo eiusdem Wurzarii, C(ûnrado) mercatore de Salem dicto Gierstlinch et C. servo suo aliisque quam pluribus probis viris. Es siegeln die Aebtissin und der Graf C(onrad) von Landau (Landŏwe), der ausdrücklich bezeugt, dass weder er noch seine Vorfahren irgend ein Recht, namentlich nicht das Vogteirecht an dem genannten Hofe besitzen noch je besessen haben. 521.

Cod. Sal. III, 74 No. LXIX. Regest: Ztschr. 3,88.

Digitized by Google

1274. September o. T. Citeaux. David Erzbischof von Cashel (Cassellensis) und Wilhelm Bischof von Chalons sur Saone (Cabilonensis) vidimiren die inserierte Bulle Papst Gregors X. d. d. 1274 August 20 Lyon s. oben No. 518. Actum et datum apud Cistercium anno domini M° CC° LXXIIII° tempore capituli generalis. 522.

Perg. Or. Fremde, vermuthlich Citeaux angehörige Hand. 2 Siegel aus Wachs, spitzoval (III A 2 a), an Pergamentstreifen, beide beschädigt: 1. 70:40 mm, Bischof, unter einem Baldachin stehend, auf jeder Seite ein Kreuz. Umschrift: **davit. dei. gra. cas(sell)ensis ar(chiepiscopus).** Rückseite glatt. 2. 60:37 mm, stehender Bischof. Umschrift: **(s.) gvillermi. dei gra. epi. cabillonensis,** auf der Rückseite Daumeneindruck. Ein zweites Vidimus dieser Bulle ist von dem Bischof Wilhelm von Chalons allein ausgestellt und besiegelt, nicht datiert. Perg. Or. Andere, aber auch keine Salemer Kanzleihand. Siegel wie oben (2). Die Generalcapitel des Cisterzienserordens fanden regelmässig am 13. Sept. und an den folgenden Tagen statt. In diese Zeit ist daher die vorliegende Urkunde zu setzen. Vgl. Janauschek, Orig. Cisterc. To. I. p. VI.

1274. Octob. 28. Lyon. Papst Gregor X. befreit die Cisterzienserinnen von der Verpflichtung, den Zehnten ihrer kirchlichen Einkünfte zur Unterstützung des heil. Landes herzugeben. 523.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis[1] in Christo filiabus . . abbatissis et conventibus universis Cisterciensis ordinis || salutem et apostolicam benedictionem. Devotioni[1] vestre presentum auctoritate concedimus, ut de fructibus, redditibus et proventibus vestris ecclesiasticis solvere non teneamini decimam nuper subsidio terre sancte in generali concilio deputatam. Et inhibemus districtius, || ne quis pretextu eiusdem decime aliquid a vobis vel monasteriis vestris seu quibuscumque aliis pro nobis aut monasteriis ipsis exigere vel extorquere presumat. Nolentes[1] quod pro retardatione solutionis ipsius decime aliquam excommunicationis sententiam latam hactenus vel proferendam de cetero incurratis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis, inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc || attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. || Datum Lugduni V. kalendas novembris, pontificatus nostri anno tertio.

Perg. Or. An rothen und gelben Seidenfäden die Bleibulle: Avers die zwei Apostelköpfe, Revers: **Gregorivs** || $\overline{\text{pp}}\cdot\overline{\text{X}}'$. Auf der Falte links unten Angelus re. Auf der Rückseite oben: P. de Assisis.

[1] Verzierte Initialen.

Digitized by Google

1274. Nov. 4. Hagenau. König Rudolf befiehlt den Bürgern von Esslingen, die Freiheiten unversehrt zu erhalten, welche seit langer Zeit dort dem Kloster Salem eingeräumt sind. 524.

Rud(olfus) dei gratia Romanorum rex, semper augustus. Prudentibus viris . . sculteto, consulibus et universis civi|bus in Ezzelingen, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Ex parte religiosorum virorum . . || abbatis et conventus monasterii de Salem ad serenitatis nostre pervenit auditum, quod domus eorum || et alia bona sua, que habent in parrochia de Ezzelingen a longis retroactis temporibus, ante latam videlicet in preclare recordationis ultimum Fredericum, Romanum imperatorem, predecessorem nostrum, excommunicationis sententiam, ab omni exactionis seu precarie onere libera fuerint et exempta. Quocirca fidelitati vestre mandamus precise volentes, quatinus, si est ita, libertatem eandem in nullo penitus impugnetis, nichil ab eis occasione precarie requirentes, et siquid est eis impositum, totaliter revocantes. Datum Hagen(owe) pridie nonas novembris, indictione tertia, regni nostri anno secundo.

Perg. Or. Sehr flüchtige Hand, vermuthlich im Kloster Salem geschrieben und nur zur Besiegelung an das Königliche Hoflager geschickt. Siegel des Königs, aus Wachs, angehängt wie bei No. 432 (III A 2 b), 90 mm, der König auf dem Thron sitzend (Heffner Taf. VII No. 59), die Umschrift theilweise abgebröckelt (s. unten No. 526), auf der Rückseite drei Daumeneindrücke. Kein Kanzleivermerk, keine Dorsualnotiz. Cod. Sal. III, 173 No. CXLV. Böhmer, Reg. Rud. No. 1150. Die Urkunde war bisher nicht gedruckt.

1274. Nov. 13. Eggenweiler. Graf Hugo von Werdenberg macht einen Vergleich zwischen den Klöstern Salem, Weissenau, Kreuzlingen und Löwenthal und andern Berechtigten über den Schweinetrieb und Waidgang in dem Wald Schwaderloch bei Brochenzell. 525.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo comes de Werdenberch rei geste noticiam cum salute. Ut ea, que ordinantur pro re publica, studiose in suo robore perseverent, litterarum || solent serie perennari. Ea propter presentes noverint et futuri, quod cum possessiones dicte *diu gebrochen Celle* una cum silva, que *Swaderloch* dicitur, cum omnibus iuribus, que vulgo *ehafti unde gewinch* dicuntur, et aliis universis in me per empcionem iustam proprietatis titulo transivissent et in dicta silva . . venerabilis in Christo de Salem, de Minori Augia et de Crucelino . . abbates et conventus necnon . . priorissa suusque ||

Digitized by Google

conventus in Leuwental et plures alii in pago, qui *Schuzengoe* dicitur et circa, racione suarum possessionum circa dictum predium et silvam sitarum quedam iura, sed diversimode, pascendi porcos suos tam magnos quam parvos in silva iam dicta prescripserint ab antiquo et possederint seu in usu habuerint per multa tempora retroacta, circa que tamen iura propter lapsum temporis et hominum successionem quedam dubitabilia, videlicet quid vel quantum quilibet iuris habeat in premissis, emerserint, que, ut per me et alios ad hoc ydoneos declararentur, sunt cum instancia requisita, ego, cupiens rei publice et paci seu indempnitati omnium prospicere infuturum, una cum predictis de Salem, de Minori Augia, de Cruzelino et Leuwental necnon omnibus, quibus dicta iura in aliquo pertinebant, septem viros seniores et fidedigniores inter omnes homines dicti pagi elegimus concorditer, qui, fide data, super hoc etiam corporali prestito iuramento, de iuribus premissorum et omnium vicinorum super pascendis porcis in silva premissa, prout eis constaret et ab aliis investigare possent, non declinantes prece vel precio, blandiciis vel terroribus, ad partem aliquam rei veritatem de singulorum iuribus enarrarent, quorum dictis et sententiis promisimus simpliciter omnes stare. Quo facto dicti septem, premisso iuramento, id quod eis constabat et hincinde investigaverant, certissimis argumentis et quod nos omnes premissi concorditer promisimus acceptare, proponebant, narrabant et manifestabant concorditer in hec verba: Videlicet, ut monasterium de Salem omnes porcos grangie[1] in Adelzrûthti pertinentes et sues sine exceptione libere in dicta silva ad pastum mittere debeat, prout voluerit, de hoc nullis terminis coartatum. Illos vero, quos de monasterio seu aliunde ibidem pastum querere decreverint, ne ripam, que vulgo *Krumbach* dicitur, ad pastum ex industria transeant, debent a pastore arceri vel serviciis subiacere. Similiter omnes porci, quorumcunque fuerint, usque ad dictam grangiam querendi pastum habere debent liberam facultatem. Item fratres de Augia Minori in predio Appenwiler tantum centum porcos et non ultra habere poterunt, qui in dicta silva, una cum porcis propriis rusticorum dicti predii et alterius dicti Appenwiler, libere pastum querent. Alii vero porci ibidem locati undecumque in Cella serviciis subiacebunt.

[1] Or. hat grange.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

92

93

94

95

96

97

98

99

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Erläuterungen

zu den Siegelabbildungen.

Taf. XVI. No. 81. Berthold Schamel, Pleban von Münchweiler und Obereschach. 1269 No. 449.
No. 82. Walco, Domdekan zu Konstanz 1272 No. 470.
No. 83. Priorin des Klosters Himmelspforte (Löwenthal) 1274 No. 525.
No. 84. Heinrich, Propst von St. Stephan in Konstanz. 1272 No. 470.
No. 85. Abt Heinrich von Petershausen 1274 No. 506.
No. 86. Heinrich von Wigoltingen, Canonicus zu Konstanz 1272 No. 470.
No. 87. Konrad, Pleban von Hohenengen 1268 No. 440.
No. 88. Abt Gerung von Kreuzlingen 1271 No. 471.
No. 89. Deutschordenshaus in Altshausen 1273 No. 490.
No. 90. Convent zu Kreuzlingen 1271 No. 471.
No. 91. Berthold von Wildenfels, Canonicus zu Konstanz 1271 No. 470.

Taf. XVII. No. 92. Heiliggeist-Spital zu Konstanz 1271 No. 465.
No. 93. Rudolf (Jobeler), Schultheiss zu Konstanz 1271 No. 465.
No. 94. Graf Berthold von Heiligenberg, Canonicus zu Konstanz 1274 No. 520.
No. 95. Konrad von Helmsdorf 1273 No. 481.
No. 96. Diepold von Lautrach 1269 No. 451.
No. 97. Berthold von Klosslegg 1269 No. 451.
No. 98. Burkard von Klosslegg 1269 No. 451.
No. 99. Werner Geifting von Raderach 1274 No. 519.

Taf. XVIII. No. 100. Graf Ulrich von Helfenstein 1273 No. 499.
No. 101. Egeno und Johann Brüder von Rinkenburg 1267 No. 431.
No. 102. Rudolf von Bodman 1273 No. 499.
No. 103. Ulrich von Bodman 1273 No. 499.
No. 104. Friedrich von Magenbuch 1274 No. 510.
No. 105. Konrad von Wartenberg, Landgraf in der Bar 1273 No. 491.
No. 106. Heinrich Lauber von Laubegg 1274 No. 508.

Ueber die bei Behandlung des Textes beobachteten Grundsätze, welche von denen im I. Band befolgten mehrfach abweichen, behält sich der Herausgeber vor, am Schlusse des II. Bandes Rechenschaft zu geben.

Digitized by Google

Digitized by Google

3/-
B

CODEX DIPLOMATICUS SALEMITANUS.

URKUNDENBUCH
DER
CISTERZIENSERABTEI SALEM

HERAUSGEGEBEN
VON
Dr. FRIEDRICH VON WEECH
GROSSH. BAD. KAMMERHERRN UND GEHEIMEN ARCHIVRATH.

6. LIEFERUNG
II. BAND 2. LIEFERUNG.
1274—1281.

BOOL LIBR
FOREIGN
PERIODICAL

HIERZU 3 TAFELN MIT SIEGELABBILDUNGEN
AUS DER HOF-LICHTDRUCK-ANSTALT VON J. BADEKMANN IN KARLSRUHE.

KARLSRUHE.
DRUCK UND VERLAG DER G. BRAUN'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.
1884.

Digitized by Google

Digitized by Google

Item de omnibus porcis a quocumque habitis in Wannenhusern, preterquam curia dicta *dez Bisschofhof*, in Cella serviciis subiacebunt. Item curie dicte Betthenwiler proprios porcos possunt pascere libere, illo salvo, quod fructus arborum pro pastu porcorum habilium non quassabunt, alioquin servicia in Cella exhibebunt. Item in Waltenwiler residentes de suis porcis universaliter, preterquam de curia dicta dominarum de Leuwental, servicia exhibebunt, que curia, scilicet de Leuwental, si arbores pro pastu porcorum quassaverit, similiter serviciis subiacebit. Item Wergenwise coloni pro suis porcis propriis libere pastum querent, si vero alienos habuerint, vel pro suis porcis arbores pro pastu quassaverint, serviciis subiacebunt. Item Etthenkilch habitantes quadraginta porcos pascere libere possunt, illo salvo, quod arbores non quassabunt, quod si fecerint vel plures porcos habuerint, inde serviciis subiacebunt. Item in Eggenwiler coloni curie dominarum de Leuwental et dicti Lecheler porcos proprios pascere possunt, quod si arbores quassaverint vel alienos habuerint porcos, inde serviciis subiacebunt. Item omnes coloni possessionum monasterio Cruzelingen pertinencium circa dictam silvam locatarum proprios porcos pascent libere, de alienis, si quos habuerint, servicia exhibebunt, hoc adiecto, ut de curia dicta *zem Loch*, licet extra terminos sit, iuribus in Hyrsslath gaudere debet libere in premissis. Si vero monasterium in Cruzelingen porcos proprios in dictis possessionibus habere voluerit, in dicta silva pastum libere querent, hoc excepto, ut si quocunque anno vel tempore silvam, que ipsi monasterio pertinet, quibuscunque vendiderint ad quassandum, eo tempore ipsum monasterium et omnes coloni in suis possessionibus existentes de suis porcis omnibus in Cella servicia exhibebunt. Item in Alingen coloni curiarum dictarum *dez Bechererhof unde dez Snicerzhof* et dotis in Nidernalingen pascent libere suos porcos, alii de suis, ipsi de alienis, serviciis subiacebunt. Item omnes residentes in Bûncouen pascent libere suos porcos, de alienis, vel si quacient arbores, serviciis subiacebunt. Item residentes in Bûichorn citra viam, que dicitur *der Gemachotwech*, debent pascere suos porcos. Si vero ex industria porcos ad pastum miserint ultra terminum memoratum, omnes et singuli sine excepcione ad servicia tenebuntur. Item dicti de Sanewelleshouen et ipsorum homines in dicto loco residentes

Digitized by Google

libere pascent proprios porcos, de alienis et de suis, si arbores quacient, servicia exhibebunt. Que servicia predicta dominus, qui pro tempore predium in Cella possederit, taxabit et recipiet, prout sibi et rei publice videbitur expedire, nec ipse seu aliquis hominum quicquam debet vel poterit de premissis omnibus et singulis propter successum temporis immutare, casu quolibet contingente. Acta sunt hec apud Eggenwiler anno domini M° CC° LXX° IIII°, ydibus novembris, indictione III^a^, presentibus et consencientibus procuratoribus monasteriorum de Salem, de Minori Augia, de Cruzelino et de Leuwental, necnon omnibus, ad quos iura pertinent prenotata, presentibus etiam declaratoribus sub iuramento iurium premissorum, videlicet Hainrico Villico de Hyrslath, Hainrico dicto Vaseli de Cella, Eberhardo dicto Locheler, magistro Cůnrado de Hyrslath, . . dicto Luceli ibidem, Manegoldo dicto *von dem Loch*, et magistro Bertoldo de Rayderay et aliis testibus presentibus et rogatis quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetuum presens instrumentum super hoc confectum sigillo meo una cum sigillis predictorum de Salem, de Augia Minori, de Cruzelino et de Leuwental duxi pro testimonio muniendum. Nos de Salem, de Augia Minori, de Crucelino abbates et Leuwental priorissa predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus protestamur, sigilla nostra una cum sigillo dicti comitis de Werdenberch huic instrumento concorditer pro testimonio apponentes.

Perg. Or. Fremde Hand. Von den 5 Siegeln, die an der Urkunde hingen, sind 3 und 4 (der Aebte von Weissenau und Kreuzlingen) abgefallen. Es hängen noch 3 Siegel an Pergamentstreifen an, aus Malta 1. des Grafen Hugo von Werdenberg (III B 3), rund, 55 mm, der Graf zu Pferde mit dem Helm, auf dem das Kleinod, in der Rechten das gezückte Schwert, in der Linken den Schild mit dem bekannten Wappenbild (Kirchenfahne), das gleiche Wappenbild auch auf der Pferdedecke. Umschrift: † (s. c)omitis. (h)vgon(is de) werdinberc * (das Siegel hängt unregelmässig an, so dass der Pergamentstreif bei den Buchstaben b e r in das Siegel ein-, bei den Buchstaben u g aus demselben austritt), auf der Rückseite sehr grosser und tiefer Daumeneindruck, — 2. des Abtes von Salem, bekannt, Daumeneindruck, — 5. der Priorin von Löwenthal (II B), spitzoval, 40:25 mm, im Siegelfelde unter einem Baldachin der englische Gruss, darunter unter einem romanischen Bogen kniend eine Nonne, Umschrift: s. priorisse. d. himilsw(v)nne. ord. frm. p̄dicator. Daumeneindruck. Auf der Rückseite der Urkunde stehen an den Stellen, an denen sich die zum Anhängen der Pressel angebrachten Einschnitte im Pergament

Digitized by Google

befinden, die Namen der Siegler von gleichzeitiger Salemer Hand: comitis Hugonis — abbatis de Salem — abbatis Augie Minoris — abbatis de Crucelino — priorisse de Löwental. Das Kloster Löwenthal hiess ursprünglich Himmelswonne, vgl. Beschreib. des O. A. Tettnang S. 129 ff.

1274. (Nov. oder Dez.) o. T. Nürnberg. König Rudolf bestätigt auf Bitten der Grafen Berthold, Konrad und Heinrich von Heiligenberg alle von ihnen und ihrem Vater dem Kloster Salem gemachten Schenkungen und mit demselben abgeschlossenen Verträge, besonders in Betreff der Güter und Rechte zu Weildorf. 526.

Rudolfus, dei gracia Romanorum rex, semper augustus, omnibus hanc paginam inspecturis graciam suam cum || plenitudine omnis boni. Ut contractus bone fidei habiti per homines dicioni nostre subiectos robur obtineant firmitatis, || expedit, ipsos per nostre maiestatis excellentiam consummari. Hinc est, quod cum felicis recordationis Berhtoldus comes Sancti Montis || ac sui progenitores a multis annis retroactis ac postmodum Berhtoldus, Cůnradus et Hainricus, filii dicti Berhtoldi comitis, diversis locis et temporibus varios contractus emptionis, permutationis et alio quocumque modo de multis possessionibus et prediis hincinde sitis et maxime in prediis ville Wildorf et aliis possessionibus pheodalibus, que vulgo dicuntur *manlehin*, ibidem sitis, quibus aliqui inpheodati fuerant ab eis, quarum ius proprietatis sibi suisque progenitoribus mere et totaliter pertinebat, necnon iure patronatus ecclesie dicte ville Wildorf ac aliis libertatibus et iuribus vulgariter dictis *ehafti*, *getwinc*, *vraeveli* et aliis, quibuscumque nominibus censeantur, seu iure vendendi panem et vinum et alias quascumque res, que omnia et singula dicte ville Wildorf pertinebant, et circa in pago, qui dicitur *Lintzegŏe*, in Constantiensi dyocesi, in pratis, pascuis, agris, silvis, nemoribus, virgultis, areis, terris cultis et incultis, viis, inviis, semitis, itineribus, aquis et aqueductibus seu aliis quibuscumque ipsis quocumque titulo pertinentibus, cum viris religiosis abbate et conventu monasterii de Salem, Cisterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, iuste et rationabiliter, prout debuit fieri, secundum omnia iura et consuetudines publice inierint, consummatis omnibus et peractis, que solent in contractibus consummari, ut certo certius nobis constat, dicti Berhtoldus, Cůnradus et Hainricus comites Sancti Montis cupientes, ab omni dampno et periculo predicto monasterio de Salem inpo

Digitized by Google

sterum precavere, nobis una cum abbate et conventu sepedicti monasterii humiliter supplicarunt, quatenus ex consueta nostre maiestatis clementia dignaremur, dictos contractus, quocumque tempore vel modo fuerint celebrati, rectificare et per nostrum instrumentum publicum confirmare, ne decetero aliqua questio super premissis coram quocumque debeat ventilari. Nos, ipsorum piis precibus favorabiliter annuentes, predicta omnia, prout premissa sunt, auctoritate nostra supplentes, si aliqua supplenda fuerint, presentibus confirmamus. Et ut hec maneant inperpetuum inconvulsa, presens instrumentum, ad petitionem parcium exhinde conceptum, sigillo nostro ducimus roborandum. Datum apud Nv̊renberch anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, indictione tercia, regni nostri anno secundo.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Das sehr wohlerhaltene Thronsiegel aus Malta, wie an No. 524 hängt an rothen und gelben Seidenfäden an der Urkunde; Umschrift: † **rvdolfus. dei. gracia. romanorum. rex. semper. avgvstvs**; die Rückseite sehr uneben, doch ohne Eindrücke. Kein Kanzleivermerk, keine Dorsualnotiz. Cod. Sal. I, 312 No. CLXXXIII. — König Rudolf war (vgl. Böhmer Reg. Imp. 1246—1313 pag. 66) in Nürnberg im Jahre 1274 vom 11. November bis in den Januar 1275. In diese Zeit ist daher die Urkunde zu setzen. Sie war bisher nicht gedruckt, doch erwähnt bei Fickler, Heiligenberg, Reg. 120.

1274. Dezemb. 19. Konstanz. Die geistlichen Richter zu Konstanz beurkunden ein Uebereinkommen zwischen dem Kloster Salem und Berthold von Kisslegg, wodurch derselbe bis zur Bestätigung der von ihm an Salem erfolgten Verpfändung von Gütern zu Sommersried durch seinen Herrn, den Abt von St. Gallen, dem Kloster Bürgen stellt. 527.

Iudices Constantiensis ecclesie omnibus presentes literas inspecturis rei geste noticiam cum salute. Constituti coram || nobis . . procuratores monasterii de Salem et Berhtoldus de Kisilegg miles, idem Ber(htoldus) protestabatur publice, quod || in remedium felicis recordationis quondam Burcardi fratris sui nec non anime sue et suorum progenitorum || dare teneatur dicto monasterio de possessionibus suis propriis redditus 3 librarum denariorum currentium possidendos et percipiendos libere, contradictione seu obstaculo quolibet non obstante, quousque ipse 15 marcas argenti vel sui heredes refundant monasterio pretaxato, propter quam condicionem non vult hic obligationem pignoraticiam intelligere, nec proventus in sortem aliquatenus computare. Et quia idem Ber(htoldus) miles in exe-

Digitized by Google

cutione predictorum extitit voluntarius et fidelis, per predictos procuratores monasterii de Salem suo monasterio pretaxato redditus 3 librarum et 10 solidos cupiens pro tanto dictum beneficium ampliare in villa, que dicitur Sumersriet, curiam, videlicet *dez Engilers gůt* et curiam Cůnradi Villici ac etiam prediolum vidue, que predictam summam annis debent solvere singulis, tradidit et donavit sub forma prescripta, nisi postmodum dictam condicionem duxerit relaxandam.[1] Verum cum iam dictus Ber(htoldus) monasterio Sancti Galli proprietatis titulo pertineat et dicta donatio per manus abbatis eiusdem monasterii, ut sit rite ac legitime celebrata, fieri debeat, obligavit se fideliter et efficaciter, ut debebat, statim cum abbas in dicto monasterio Sancti Galli debito modo creatus fuerit,[2] sine dilatione ducere ad effectum, et si medio tempore ante finem negocii mortuus fuerit, dominus Růdolfus miles de Rôschah et Růdolfus, suus filius, nec non Hainricus de Luterah obligaverunt se et sua, bona fide simpliciter cum effectu per se in posterum revocari . Actum apud Constantiam anno domini M° CC° LXX° IIII, XIIII kalendas januarii, indictione III, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walkono deccano, Ber(htoldo) thesaurario, canonicis Constantiensibus, Ber(htoldo) Dapifero de Rôrdorf, Eber(hardo) Dapifero de Waltpurc, Andrea de Lankwat, Ber(htoldo), Růdolfo de Rôsinhart, militibus, H(ainrico) priore, Nicholao et Eber(hardo), monachis de Salem. In cuius facti evidentiam presentem literam sigillo nostre ecclesie iudicum duximus roborandam. Nos Ber(htoldus) miles de Kiselegge, Rudolfus miles de Rôsah, Růdolfus, filius suus, Hainricus de Luterah predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus profitemur, sigilla nostra, scilicet Ber(htoldi) et Rů(dolfi) militum predictorum, pro testimonio huic cedule apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, wie bei No. 435, 3 Siegel befestigt, wie bei No. 432:1. des Officials von Konstanz wie an No. 335, aus Wachs, Daumeneindruck; 2. des Rudolf von Roschach, aus Wachs, schildförmig (IV A 2), 35:28 mm, im Dreieckschild ein Rosenstrauch auf einem Drei-

[1] Vgl. oben No. 513. — [2] Gegen Abt Ulrich von St. Gallen war 1272 Heinrich von Wartenberg als Abt aufgestellt worden, nach dessen Tode i. J. 1274 wurde als Gegenabt Rumo gewählt. Dessen Wahl kann nach der vorliegenden Urkunde am 19. Dez. 1274 noch nicht stattgefunden haben. Mülinen setzt sie in das Jahr 1274. Seine erste Urkunde ist d. d. 1275 Aug. 28. Wartmann 3, 201.

Digitized by Google

berg, Umschrift: † **s. rvdolfi. militis. de. roschach,** die Rückseite durch Fingerdruck erhöht und mit einer grauen, harten, glänzenden Masse überzogen; 3. des Berthold von Kisslegg, aus Malta (IV A 1) wie an No. 451, die Rückseite durch Fingerdruck gratartig erhöht.

1275. April 1. Lyon. Papst Gregor X. befiehlt allen Legaten des päpstlichen Stuhls und allen Sammlern des zur Unterstützung des heiligen Landes bestimmten Zehnten der Kircheneinkünfte, diesen Zehnten von den Cisterziensern nicht einzufordern. Datum || Lugduni, kalendis aprilis, pontificatus nostri anno quarto. 528.

Perg. Or. An hänfener Schnur die Bulle, wie an No. 518. Auf der Falte unten rechts: F. amen. Auf der Rückseite oben: P. de Ass. a. — Potthast, Reg. Pont. No. 21012, „Petitio dilectorum filiorum".

1275. April 25. Konstanz. Walko, Domdecan zu Konstanz und Heinrich, Propst zu St. Stephan daselbst vidimieren die Bulle Papst Gregors X. d. d. Lyon 1274 Aug. 20 (s. oben No. 518). Actum et datum apud Constantiam, anno domini M° CC° LXX° V°, in die beati Marci evangeliste. 529.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 455, das Siegel des Walko mit Daumeneindruck, jenes des Propstes Heinrich glatt.

1275. April 30. Konstanz. Dieselben bestätigen bei einer Versammlung des Diöcesanklerus den Bevollmächtigten der Cisterzienserklöster der Diöcese die Vorlage päpstlicher Briefe über die Befreiung des Ordens von der Abgabe für das heilige Land. 530.

Walko decanus maioris ecclesie in Constantia et H(ainricus) prepositus sancti Stephani in Constantia, collectores sive executores decime colligende per civitatem et dyocesim Constantiensem a sede apostolica deputati, universis presentes litteras inspecturis salutem. Citatus ad presentiam nostram clerus dyocesanus et civitatensis et alii cuiuscunque ordinis ecclesiastici, || exempti et non exempti, secundum formam nobis traditam, in chorum Constantiensem, feria III[a] post dominicam, qua cantatur misericordia domini, super decima requirenda, compararunt coram nobis procuratores domorum de Salem, de Sancto Vrbano, de Vrienisberg, de Capella, de Wettingen, de Taennibah et de Bebenhusen, ordinis Cisterciensis, cum mandato sufficienti pro se et filiabus suis monialibus et conventibus universis, protulerunt et exhibuerunt litteras apostolicas

Digitized by Google

in medium cum vera bulla et integro filo, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua parte vitiatas, in quibus monasteria monachorum et monialium omnis Cisterciensis ordinis a prestatione decime colligende in subsidium terre sancte speciali privilegio eximuntur. In cuius rei testimonium presentes litteras ipsis contulimus, sigillis nostris communitas. Dâtum Constantie eodem die, anno domini M° CC° LXX° V°.

Perg. Or. Konstanzer Hand. 2 Siegel der Aussteller, befestigt wie bei No. 432, das Siegel des Decans Walko aus Wachs, Daumeneindruck, das Siegel des Propstes Heinrich eingenäht, zerbröckelt.

1275. Mai 19. Villingen. Berthold Schamel, Kirchherr in Mönchweiler, erklärt, unter Wiederholung der Bestimmungen seines zu Gunsten des Klosters Salem gemachten Testamentes, dass der Umstand, dass seine liegende und fahrende Habe bis zu seinem Lebensende in seinem Besitz bleibe, den Ansprüchen des Klosters unschädlich sein solle. 531.

Universis hanc paginam inspecturis Berhtoldus dictus Schamel, rector ecclesie in Mv̊nchewiler, subscriptis fidem ple-|| nariam adhibere. Si res geste litterarum memorie conmendantur, successoribus aufertur occasio litigandi. Ea propter presentes noverint || et futuri, quod cum ego de huius vite incertitudine provide cogitarem, ac per res temporales mobiles et inmobiles, quas divina providencia || mihi dedit largiter dispensanda, salubriter mihi cupiens in posterum providere, venerabilibus in Christo abbati et conventui monasterii de Salem, quos ob religionis sancte fraglanciam diligo toto corde, domum meam sitam in Vilingen, dictam *des Veternhus*, nec non prèdium meum situm in Tvselingen, dictum *des von Trossingen gût*, et predium meum in Wigehain, nec non predium meum in Mvlhvsin et etiam predium meum in Vberbeckon et omnes res mobiles, quas hincinde illo tempore in quacumque materia possidebam vel conquirere potero in futurum, eo, quod mihi omnia et singula proprietatis titulo pertinebant, Mehtildis sororis mee et Cûnradi mariti sui, quem tunc habuit, nec non omnium, quorum intererat, voluntate prehabita et consensu, donacionem faciens inter vivos, tradidi cum omnibus iuribus, libertatibus et appendiciis, predictis prediis intus et extra pertinentibus et donavi perpetuo possidenda. Et licet dictas res mobiles et inmobiles tempore vite mee contingat me in procuracione propria possidere, volens tamen iam dicto monasterio in dicta donacione de futuris periculis precavere, ordino

Digitized by Google

et statuo, de voluntate et consensu omnium heredum meorum predictorum, quod ex hoc, quod iam dicta predia et res mobiles penes me iam resident et fortassis ipsorum possessio remanebit in mea procuratione ad exitum vite mee[1], dicto monasterio, non obstante aliquo iure tam legum quam canonum vel etiam consuetudine tam loci quam patrie, nullum preiudicium generetur, sed post mei solius obitum predicta omnia et singula devolvantur ad sepedictum monasterium, si in vita mea id factum non fuerit, libere possidenda et contradictione qualibet non obstante. Acta sunt hec apud Vilingin anno domini M° CC° LXX° V°, Potenciane virginis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Bertholdo plebano in Vernnebach, Cûnrado notario de Grv̊nningen, Popone et dicto Vetterli sacerdotibus, Bertholdo dicto Hainbv̊rge, Wernhero Patruo, Cûnrado seniore dicto Sthehelli, Bertholdo dicto Wande, Cûnrado[2] dicto Gerolt et fratre Rûdolfo, bursario de Salem, aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti testimonium et munimen presens instrumentum exinde conscriptum, sigillo meo nec non universitatis in Vilingin roboratum, monasterio tradidi prenotato. Nos schulthetus et universitas civitatis in Vilingin predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur esse vera, sigillum nostrum huic cedule ad peticionem parcium apponentes. Nos Cûnradus et Mehthildis matrona mea predicti sub sigillis predictis, quia proprium non habuimus, eadem profitemur, renunciantes omni iuri et actioni, que nobis in predictis omnibus casu quolibet contingebant vel contingere videbantur.

Perg. Or. Fremde Hand, vermuthlich der städtischen Kanzlei von Villingen. Die ersten 3 Zeilen bis „provide“ mit ganz blasser Tinte geschrieben, in der ersten Zeile das Wort „subscriptis“ mit dunkler Tinte nachgefahren. 2 Siegel an Pergamentstreifen, aus Wachs: 1. des Ausstellers wie an No. 449, auf der Rückseite erhöht, in der Mitte Fingerdruck. 2. der Stadt Villingen wie an No. 266, auf der Rückseite erhöht, in der Mitte Daumeneindruck. Druck nach unserem Or. Ztschr. 8, 371.

1275. Oct. 7. Salem. Ludwig II., Pfalzgraf bei Rhein, Herzog von Baiern, befiehlt allen seinen Beamten, den Angehörigen und Boten des Klosters Salem Schutz und Geleit zu ertheilen. 532.

L(udewicus), dei gracia comes palatinus Rheni, dux Bawarie, universis comitibus, nobilibus, || ministerialibus, vicedominis,

[1] Or. hat me — [2] Or. Cunrando.

Digitized by Google

judicibus et quibuslibet officiatis terrarum suarum graciam suam et omne || bonum. Cum ob salutem eternam omnem familiam cenobii in Salmanswilær et || nuncios quoslibet eius in negociis suis laborantes, quandocumque et quocienscumque terras nostras et iurisdictiones transierint, in nostrum conductum receperimus et graciam specialem, mandamus vobis universaliter singulis et singulariter universis, ut nullus vestrum predictas personas, qualescumque fuerint, dicti cenobii, cum apud vos se receperint, presumat aliquatenus rebus aut personis molestare, immo ipsis, cum a vobis requisi||erint, auctoritate vestra securi conductus beneficium inpendatis, sicut nostram diligitis graciam et favorem. Ne quis autem vestrum sepedicto cenobio graciam huiusmodi sibi de liberalitate nostra prestitam et concessam presumat infringere, presentem cartam conscriptam sibi dedimus, nostri sigilli robore communitam, presentibus perpetuo valituris. Datum et actum in sepetacto cenobio, anno domini M⁰ CC⁰ LXXV⁰., nonis octobris.

Perg. Or. Fremde Hand, vermuthlich aus der Kanzlei des Pfalzgrafen und Herzogs von Baiern. Das Siegel des Ausstellers aus Wachs (III B 3) wie an No. 432 angehängt, sehr erheblich beschädigt, Reiter und Pferd wohl erhalten, die Büffelhörner des Topfhelms mit Lindenblättern besteckt, auf dem Schild die Rauten. Von der Umschrift ist nur noch **lodw.** zu lesen. Auf der Rückseite zwei tiefe Daumeneindrücke. Am 18. October 1275 ist Herzog Ludwig zu Lausanne, wo er der Zusammenkunft König Rudolfs mit Papst Gregor X. beiwohnt. (Böhmer, Wittelsbach. Reg. S. 37.) Auf der Reise dorthin wird er Salem besucht haben.

1275. Oct. 17. Konstanz. Die geistlichen Richter zu Konstanz beurkunden die von Ortolf Haller vor ihnen eingegangene Verpflichtung in Betreff der Abzahlung des Kaufschillings für das vom Kloster Salem erworbene Gut Hausen bei Waltramsweiler. 533.

Judices Constantiensis ecclesie et cetera. Constitutus coram nobis Ortolfus dictus Haller, se publice recog|novit, quod cum predium dictum Hŏsin, situm prope Waltramswiler, a venerabili in Christo . . abbate et || conventu de Salem pro 12 libris denariorum currentium comparaverit pro annuo censu, videlicet || uno solido denariorum, monasterio supradicto annis singulis in purificatione beate virginis persolvendo, ita ut eodem iure matrona sua, quam tunc habuit, et heredes ab ipso tantum per directam lineam descendentes possideant predium antedictum, quibus defunctis ad monasterium de Salem libere

Digitized by Google

revertatur, ad solutionem faciendam pecunie prelibate iam dicto monasterio fore astrictum cum condicionibus subnotatis, videlicet ut de anno in annum in singulis festis beati Galli duas libras det ipsi monasterio, quousque 12 libre fuerint persolute. Quod si in quolibet termino seu aliquo hoc, quod tunc solvendum est, solvere neglexerit, totum, quod antea dederat, perdidit et ipsum predium ad monasterium libere revertetur, ista pena semper durante, donec dicta summa ex integro fuerit persoluta, cuius solucionis faciende adhuc restant tantum modo quinque anni. In cuius facti robur et evidentiam huic cedule nostrum sigillum duximus apponendum. Actum et datum Constantie anno domini M° CC° LXXV°, XVI kalendas novembris, indictione quarta.

Perg. Or. Konstanzer Kanzleihand, flüchtig geschrieben. Das Siegel wie an No. 432 befestigt, das bekannte Siegel des Konstanzer Officials aus Wachs, auf der Rückseite 3 von links nach rechts schräg abwärts laufende Einkerbungen. Cod. Sal. III, 100 No. LXXXXII.

1275. Dec. 13. Salem. Swicker von Deggenhausen übergibt die Eigenschaft der Huben zu Neufrach, welche das Kloster Salem von Werner Gnifting von Raderach erkauft, nachdem dieser sie in seine Hand resigniert, dem Kloster. 534.

Omnibus hanc paginam inspecturis Swiggerus de Teggenhusen rei geste noticiam cum salute. || Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum, quod cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus de Salem pre||dium, videlicet hûbam unam sitam in Nivfron, dictam *der Wakirhuserinnen gût*, a Hermanno ministro || de Smalnegge et a liberis quondam Waltheri dicti Tvring iusto emptionis titulo conparassent et iidem dictam hûbam cum omnibus suis attinentiis ad manus viri strennui, domini Wernheri de Raderai dicti Genifting resignassent, eo quod ipsam hûbam iure pheodali ab ipso tenuerant illucusque, illo pacto interveniente, ut idem Wer(nherus) ipsam hûbam ad manus meas resignaret, quod et fecit, quia ipsam similiter a me et meis progenitoribus in pheodum tenuerat, ut sic rite, servatis omnibus, que servanda fuerant in premissis, dicta hûba transferretur in monasterium de Salem perpetuo possidenda, ego, predictis omnibus peractis et per me confirmatis, ut dicta emptio tanquam actus legittimus in suo robore perseveret, proprietatem eiusdem hûbe, que mihi competebat, cum omnibus suis attinentiis tradidi et donavi mo-

Digitized by Google

nasterio supradicto, perpetuo possidendam. Actum et datum Salem anno domini M° CC° LXX° V°, Lucie virginis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet[1] Ekkol et Burkardo, ministro de Marhtorf, Eberhardo de Stekkeboron et Ůlrico, servitore abbatis, monachis, et Eberhardo, magistro hospitum, converso, aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem cedulam meo sigillo sigillatam sepedicto monasterio tradidi pro testimonio et cautela.

Perg. Orig. Salemer Kanzleihand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers (IV A 1), aus Malta, schildförmig, die oberen Ecken abgebröckelt, wie an No. 342, 2. Auf der Rückseite 2 kleine Fingereindrücke. Cod. Sal. II, 213 No. CLXXVI. Regest: Ztschr. 3, 88.

1275. Dec. 18. Salem. Swicker von Deggenhausen (Teggenhusen) übergibt dem Kloster Salem (cum . . abbas et conventus mihi meisque progenitoribus multa beneficia exhibuerint et in multis, quod ad reconpensationem aliquantulam, cum se facultas obtulerit, me inducit) sein Gut, genannt *Sturmengůt* in Vitzenwiler, mit welchem Heinrich Nædeling von ihm belehnt war, der es in seine Hand resignierte, zu rechtem Eigenthum. Actum et datum Salem anno domini M° CC° LXX° V° XV° kalendas januarii, hiis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Nædeling, Cůnrado cellerario, Ůlrico de Sole, Eberhardo de Stekkeboron et Walthero de Vlma, medio cellerario, monachis, Eberhardo etiam magistro hospitum, converso, aliisque quampluribus probis viris. 535.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel wie an der vorhergehenden Urkunde No. 534. Cod. Sal. II, 204 No. CLIX. Regest: Ztschr. 3, 89.

1275. o. T. Gundelfingen. Swicker d. ä. von Gundelfingen verkauft, von seinen Gläubigern dazu gedrängt, mit Zustimmung seiner Söhne Swicker und Heinrich, seine Besitzungen in Frankenhofen, nämlich seinen Hof daselbst, genannt *des Rindermanneshof* mit aller Zugehör und alle übrigen ihm zustehenden Besitzungen in diesem Weiler um 24 Pfund Pfennig. Actum et datum in Gvndeluingin anno domini M° CC° LXXV, indictione tercia, subnotatis testibus presentibus et rogatis videlicet: Cůnrado plebano de Frankenhoven, . . plebano de Mundingin, . . dicto de Gundershouen, Wernhero de Kirchain

[1] Der Vorname fehlt im Or.

Digitized by Google

dicto Liebersun, Ernesto ministro et H. dicto Vraider; de fratribus vero de Salem H(ainrico) cellerario dicto de Isenina, C(ûnrado) dicto Gierstlinch et Gerungo magistro in Tivffenhvlwi aliisque quam pluribus probis viris. Vom Aussteller besiegelt.

Cod. Sal. III, 218 No. CLXXVI. 536.

1275. o. T. Landau. Graf Konrad von Landau beurkundet, dass Walter von Pflumer, zum Ersatz für den von ihm dem Kloster Salem zugefügten Schaden, demselben genannte Eigenleute übergeben habe. 537.

Omnibus hanc paginam inspecturis Cûnradus comes de Landowe subscriptorum noticiam || cum salute. Noverint universi, quod cum Waltherus dictus de Phlumer, qui michi proprietatis || titulo noscitur pertinere, dampnum, quod monasterio de Salem estimatum plene ad 4 libras cur||rentium denariorum intulit sine causa, dei timore inductus, eo quod propter dictum dampnum[1] ad instantiam abbatis et conventus de Salem excommunicationis vinculo fuerat innodatus, vellet, prout poterat, refundere, cum ad satisfaciendum per modum alium foret paupertatis pretextu impotens, Hainricum dictum Alperthie[2] et Adelhaidem matronem suam cum universa prole sua tunc temporis genite et extunc in posterum procreanda, qui sibi proprietatis titulo pertinebant, per manus meas et omnium fratrum meorum, consensu omnium, quorum hincinde intererat, concurrente, pro satisfactione saltim congrua monasterio supradicto tradidit et donavit, libere possidendos. In cuius facti evidentiam presentem cedulam, sigillo meo, quo et omnes fratres mei nunc utuntur, roboratam, ipsi monasterio ad peticionem iam dicti Wal(theri) tradidi pro testimonio et cautela. Actum et datum apud Landowe, anno domini M° CC° LXXV°, indictione III^a^. Ego Waltherus dictus de Phlumer predicta omnia, prout premissa sunt, sub sigillo nobilis domini mei C(ûnradi) comitis de Landowe, quia proprium non habui, profiteor esse vera.

Perg. Or. Fremde, sehr flüchtige Hand. Siegel abgefallen; es war wie bei No. 432 befestigt.

1275. o. T. Salem. Graf Konrad von Heiligenberg übergibt dem Kloster Salem, mit Zustimmung seines Bruders Berthold, statt eines von ihrer verstorbenen Mutter Hedwig testamentarisch vermachten Almosens, eine Wiese, einen Kleinzehnten zu Weildorf und einen Eigenmann. 538.

Omnibus hanc paginam inspecturis Cûnradus comes Sancti Montis subscriptorum noticiam cum salute. || Ut ea, que fiunt

[1] Or. hat dapnum. — [2] ? Sehr undeutlich geschrieben.

Digitized by Google

intuitu pietatis, firmitatis robur obtineant, litterarum debent testimoniis perhennari. || Ea propter presentes noverint et futuri, quod cum felicis recordationis Hædwigis quondam mater mea in obitu || suo, omnium, quorum intererat, concurrente consensu, monasterio de Salem, ubi sepulturam ipsa et omnes progenitores mei habere hactenus consueverunt, quandam elemosinam legaverit nomine testamenti, ego, Berhtoldi, fratris mei, prehabito consilio et consensu, cupiens ex favore, quem circa dictum monasterium hucusque habui et de cetero habebo deo dante, dictam elemosinam ampliare, iam dicto monasterio, inclinatus religiosorum in Christo abbatis et conventus monasterii prenotati precibus in hoc facto, pratum dictum *des Slussilers wise*, situm apud Wildorf *vor den Erlen, diu da stozet an den Blebach*, quod mihi proprietatis titulo et meis progenitoribus pertinebat, necnon decimam parvulam etiam sitam in Wildorf, quam usque nunc Hermanus dictus Kvneuolk a me in pheodo tenuerat, resignatione facta ab ipso Hermanno ad manus meas pro se et omnibus heredibus suis, ac etiam Hainricum dictum der Mesiner, qui mihi iure proprietario meisque progenitoribus prelibatis similiter pertinebat, in recompensationem dicti testamenti monasterio supradicto tradidi et donavi, libere perpetuo possidenda. Renuntians una cum dicto fratre meo Berhtoldo pro me et meis heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni et omnibus aliis tacitis et expressis, tam in specie quam in genere, per que predicta donatio et predictorum omnium in dictum monasterium facta per me translatio possit in posterum modo quolibet enervari. Et ad horum omnium evidentiam et munimen perpetuum predicto monasterio presens instrumentum tradidi, sigillo meo, quo et ego Berhtoldus predictus usus sum, pro testimonio roboratum. Actum et datum apud Salem anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, indictione tercia, hiis testibus presentibus et rogatis, videlicet Manegoldo de Milnhouen, Cûnrado de Schellenberch, Hainrico Wernhero pistore, Hainrico Mædelinc, Hainrico dicto Gebel, Bentzone de Ertingen, fabro, Cunrado de Zwiuelton, fabro, Hainrico, filio Vinkonis, de fratribus de Salem: Hainrico priore, Cûnrado cellerario, Nicolao, Cûnrado Wulpe monachis, Geroldo Pistore, Petro Fabro, Cûnrado Girstelingo, conversis aliisque quam pluribus probis viris.

Digitized by Google

Perg. Or. Salemer Kanzleihand mit dem bekannten Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, aus Malta, 2 Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 140 No. CXXVII. Regest: Fickler, Heiligenberg Reg. 121.

Vor 1276. Abt Eberhard von Salem beurkundet die Stiftung eines Almosens für die Ueberlinger Leprosen durch den verstorbenen Ulrich Ahuser. 539.

Universis hanc paginam inspecturis frater E(berhardus) abbas et conventus de || Salem noticiam subscriptorum. Presenti scripto pateat universis, quod || cum vir discretus, amicus noster Ůl(ricus) pie memorie dictus Ahuser, quondam civis || in Vberlingen, pro anime sue suorumque parentum remedio et salute leprosis pro foribus civitatis Vberlingen pro tempore excubantibus ordinare cogitasset elemosinam perpetuo duraturam, nobis nostroque monasterio 30 marchas argenti puri dedit condicione prehabita subnotata, videlicet ut predictis leprosis 10 panes, qui de dimidio quartali mensure in Vberlingen coqui poterunt bladi, quo noster conventus pro tempore solet vesci, et unum quartale vini, sicut nostro conventui ministratur, mensure memorate, in domo sua per nostrum nuncium, quamdiu aliquis leprosorum in loco prenotato fuerit, septimanis singulis assignemus. In cuius rei evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam ipsis porreximus cum sigilli nostri munimine ad cautelam.

Perg. Or. Salemer Hand wie bei No. 435. Fragment des Abtsiegels aus Malta, hinten glatt, befestigt wie bei No. 432. Undatiert. Die Urkunde muss vor dem Jahre 1276 oder zu Anfang desselben eingereiht werden, da in diesem an Eberhards Stelle Abt Ulrich tritt. Vgl. unten No. 546. Auf der Rückseite steht von einer Hand des 14. Jahrhunderts: der siechen brieff umb daz armussen von Salmenschwil.

Vor 1276. R(udolf) von Höwen zeigt dem Abt E(berhard) von Salem die Stiftung eines Seelgeräths durch Ueberweisung seines Gutes Beuren an. 540.

Morum honestate preclaro, bonitate conspicuo E(berhardo) dei gratia abbati de Salem R(ůdolfus) dictus de || Hewen dilectionis et obsequii integritatem cum fidei puritate. Vestre dilectioni duxi significandum, || quod pro remedio et salute anime mee preposui B(ertholdo) cellerario vestro pro 10 marcis predium meum || Bv̊ron, reddens annuatim 4 maltera tritici, 4 maltera sigali, 4 maltera avene et 24 solidos Constantiensis monete, dum per annuum censum redimatur, computando malterum tritici pro 5 solidis, sigali pro 4, avene

Digitized by Google

pro tribus. Petendo, ut idem remedium meum tam privatim specificetur, ut pateat tam presentibus quam posteris, hoc me cenobio et conventui vestro contulisse. Acta sunt hec, consentiente uxore mea J. et presentibus F(riderico) nobili de Wildenstain, C. libero de Nŵwenhvsen, Wer(nhero) de Cimberholci, C. de Engen, E. Grŵben, Cilario et aliis quam pluribus. Et ut rata maneant, sigillo meo attencius roboravi.

Perg. Or. Sehr kleine Urkunde, 6,5 cm hoch, 13,5 cm breit. Fremde Hand. Undatiert. Wegen der Zeitbestimmung gilt die gleiche Bemerkung wie bei der vorausgehenden Urkunde No. 539. Auf der Rückseite von anderer gleichzeitiger Hand: De elemosina domini de Hewen. Zusatz von einer Hand des 16. Jahrhunderts: in Büren bey Hohenkräen. An anderer Stelle von einer Hand des 15. Jahrh.: Elemosina domini . . in Büeren. Zusatz von einer Hand des 16. Jahrh.: uff unser frawenberg.

1276. Januar 1. Salem. Reinhard von Wassenburg übergibt dem Kloster Salem den Zehnten zu Gründelbuch, den das Kloster von Burkard von Fridingen, der von ihm mit demselben belehnt war, erkauft hatte, nach dessen Resignation, zu rechtem Eigenthum. 541.

Omnibus hanc paginam inspecturis Rainhardus nobilis de Wassenburc noticiam subscriptorum. Noverint universi, || quod cum venerabiles in Christo abbas et conventus de Salem particulam decime in Grindelbŵch sitam et tangentem || terminos ab arbore, que dicitur *diu affolter*, extendendo se ad viam, que dicitur *der hoëwec*, a viro discreto || Burkardo milite dicto de Fridingen iusto emptionis titulo comparassent, possidendam eo iure, quo ipse possederat illucusque, et idem B(urkardus) ad manus meas ipsam decimam resignasset eo; quod a me de ipsa decima fuerat inpheodatus, ego, recepta tali resignatione, iamdictam decimam pro anime mee remedio et meorum in monasterium de Salem cum omni iure, quod michi in ipsa competebat vel competere videbatur, transtuli, tradidi et donavi, perpetuo possidendam. In cuius facti robur perpetue firmitatis presens instrumentum, sigillo meo munitum, dicto monasterio de Salem tradidi pro testimonio reservandum. Actum et datum apud Salem anno domini M° CC° LXX° VI°., kalendis januarii, indictione quarta.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Das Siegel des Ausstellers, an einem Pergamentstreifen anhängend, zerbrochen, in der Siegelfalte noch zwei Einschnitte zur Befestigung von Siegeln. Soweit noch zu erkennen, war das Siegel aus Malta, (IV A 2) schildförmig, etwa 45 mm hoch, das Wappenbild ist nicht mehr zu erkennen. Cod. Sal. III, 242.

Digitized by Google

1276. Jan. 9. Ravensburg. Abt Heinrich, Prior und Convent zu Weissenau verkaufen an das Kloster Salem zur Tilgung ihrer Schulden ihre Besitzungen zu Batzenweiler, Appenweiler, Ellenweiler, Lempfriedsweiler, Anzenweiler, Bibrugg und Erbenweiler. 542.

Omnibus hanc paginam inspecturis frater Hainricus abbas,.. prior totusque conventus monasterii Augie Minoris, ordinis Premonstratensis, Constantiensis dyocesis, rei geste || noticiam cum salute. Ne facta modernorum per successionem temporis in futurum aliquid dispendium patiantur, expedit, ut scriptis et dictis testium perhennentur. Eapropter presentes || noverint et futuri, quod, cum nos nostrumque monasterium essemus intolerabilibus debitis pregravati, a quibus nullo conamine per modum alium quam per distractionem rerum inmobilium nos | potuimus relevare, et inter ista essemus viris discretis, domino Marquardo, viceplebano in Lindaugia, dicto Kitzi, in viginti duabus marcis argenti et Ůlrico Johelario, dicto *hinder sant Johanne* in Constantia, similiter in viginti duabus marcis argenti iusto titulo obligati, eo quod ipsorum dicta pecunia in usus nostri monasterii sit conversa, qui suas actiones de pecunia prelibata, nostra voluntate prehabita, in monasterium de Salem ex causa iusta et rationabili transtulerunt, quibus videlicet viris, venerabilibus abbati et conventui de Salem nos etiam ratione cujusdam pensionis in triginta libris, triginta solidis denariorum currentium et quatuor marcis argenti puri et in pensione alia annuatim in redditibus unius marce et dimidie argenti legalis obligati fuimus modo simili et ex hoc astringebamur ad solutionem faciendam de omnibus premissis monasterio antedicto, cum igitur propter obstagium, cui nos submisimus ob maiorem certitudinem faciendam creditoribus supradictis, dampnum nostri monasterii cresceret in immensum, prehabito consilio proborum virorum nostri conventus et aliorum, reverendorum etiam in Christo domini nostri R(ůdolfi), dei gratia Constantiensis episcopi, et domini abbatis in Rote, patris nostri, concurrente licentia et consensu, cum predictis de Salem convenimus in hunc modum, ut pro solvenda pecunia ex integro prenotata ipsis tradamus possessiones nostri monasterii, que iuxta taxationem proborum virorum astrictorum ad dictam taxationem faciendam, corporali prestito iuramento, novem marcas argenti annis singulis possent solvere et deberent, et ad premissa complenda, ut debuimus, monasterio

Digitized by Google

de Salem, possessiones nostri monasterii, videlicet Bacenwiler, Appenwiler, Ellenwiler, Laenfrisswiler, Ancenwiler, Bibrugge et Erbenwiler, quas iusto proprietatis titulo ab antiquo possedimus illucusque, cum omnibus iuribus, libertatibus et appendiciis necnon pratis, pascuis, silvis, nemoribus, terris cultis et incultis, viis, inviis, itineribus, aquis et aqueductibus et iuribus, que vulgo dicuntur *ehaftin* et *getwinc*, et omnibus aliis tacitis et expressis, dictis prediis intus et extra pertinentibus, casu quolibet contingente, possessionem vacuam omnium premissorum tradidimus et donavimus, libere pleno iure perpetuo possidendam. Renuntiantes omnibus actionibus, defensionibus, exceptionibus iuris civilis et canonici et loci[1] ac patrie subsidio, litteris impetratis vel impetrandis, iuri restitutionis in integrum, necnon omnibus aliis, per que predicta possent imposterum revocari vel modo quolibet enervari, pronuntiantes bona fide et ad hoc faciendum omnes res nostri monasterii in solidum obligantes, quotienscumque et coram quocumque homine vel iudice, in quocumque foro, tam ecclesiastico quam civili, requisiti fuerimus, prestare werandiam in perpetuum de premissis. Acta sunt hec apud Rauenspurk in strata publica, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, quinto idus januarii, indictione quarta, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Marquardo, viceplebano in Lindaugia, Herbortone, notario Pincerne, clericis, Hainrico de Bafendorf, Burkardo de Tobel, militibus, Oswaldo dicto Gerster, Hainrico dicto Zolner, Egelolfo, Hermanno dicto Regen'i, civibus in Rauenspurch, Ůlrico Johelario, [2]Dorner, Hainrico dicto Kitzi, civibus in Lindaugia, Ůlrico in Flokkenbach, de fratribus de Salem Hainrico cellerario, Nicolao, monachis, Berhtoldo, mercatore et Hainrico, magistro in Adilsrivti, conversis, de fratribus nostris antiquo abbate, Dietrico cellerario, Hainrico Villico, custode, monachis et fratre Hainrico Yppelino[3] aliisque quam pluribus probis viris. Ut autem hec imperpetuum maneant firmiora, presens instrumentum, super hoc confectum et sigillis reverendorum domini nostri Růdolfi, dei gratia Constantiensis episcopi, et patris nostri de Rote, necnon quo nos abbas utimur et illo, quo nos conventus, communitum, sepedictis de Salem porreximus pro testimonio et

[1] Or. hat locis. — [2] Der Vorname fehlt im Or. — [3] antiquo bis Yppellino von der gleichen Hand, aber mit anderer Tinte geschrieben.

Digitized by Google

cautela. Nos R(ûdolfus), dei gratia Constantiensis episcopus, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera profitemur, sigillum nostrum huic instrumento ad petitionem partium apponentes. Et nos abbas de Rote id sub nostro sigillo similiter profitemur.[1]

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 4 Siegel an Pergamentstreifen, aus Malta: 1. des Bischofs Rudolf von Konstanz, wie an No. 509 (3 schräg von links nach rechts laufende Einkerbungen). — 2. des Abtes von Rot (II B), spitzoval, 55:35 mm, stehender Abt mit Buch und Stab, Umschrift: † **sigillum. abbatis. de. roth.** (zwei Fingereindrücke). — 3. des Abtes von Weissenau wie an No. 426 (3 Fingereindrücke). — 4. des Convents von Weissenau wie an No. 426. Umschrift: † **s. conventvs. s. petri. in. avgia.** (2 Fingereindrücke). Cod. Sal. III, 112 No. CIII.

1276. März 7. Salem. **Bischof Rudolf II. von Konstanz und Graf Konrad von Heiligenberg bestätigen den Verkauf von Gütern zu Mittelstenweiler durch den Ritter Friedrich von Mehlishofen an das Kloster Salem.** 543.

Omnibus hanc paginam inspecturis Rûdolfus, dei gratia Constantiensis episcopus, et Cûnradus, comes Sancti Montis, noticiam || rei geste. Constitutus coram nobis ministerialis noster, Fridericus miles de Mænlishouen, se recognovit publice protestando, quod || venerabilibus in Christo .. abbati et conventui de Salem ac per ipsos suo monasterio, receptis ab eis duodecim libris denariorum currentium, quos in usus proprios expenderat, ut narrabat, aream et octo iugera agri sita in Metemostenwiler, cum hominibus, videlicet Elisabetha, matrona Salmanni, piscatoris de Bv̂chorn, necnon universa prole sua, id est Hainrico, Alberone, Elisabetha, Berhta et Anna nunc procreata, seu alia per ipsos imposterum procreanda, sibi proprietatis titulo attinentibus, voluntate Hainrici, Cûnradi, Alberonis fratrum suorum, licet nichil iuris habuerint in area predicta sive iugeribus et hominibus antedictis, necnon Alberti Hainrici, Cûnradi Friderici[2], Anne, Gûte, Cristine, Mie et Demûdis, librorum suorum, prehabita et consensu, cum omni libertate et iure vendiderit, donaverit et tradiderit perpetuo possidenda. Verum cum id rite non, nisi per manus nostras, fieri potuit eo, quod dictus Fridericus miles nobis iure proprietatis nos-

[1] similiter steht am Anfang, profitemur am Ende der letzten Zeile. — [2] Doppelvornamen, wie aus der Art, in der sie im Or. zusammengeschrieben, von den Vornamen der andern Kinder aber durch Striche getrennt sind, bestimmt hervorgeht.

Digitized by Google

citur pertinere, inclinati suis precibus, nostrum plenum consensum dicte venditioni, donationi et traditioni duximus adhibendum, ipsam venditionem, donationem et traditionem presentibus confirmantes. Actum apud Salem, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, nonis marcii, indictione quarta, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Friderico de Pfrûnwangen, milite, Diethalmo, castellano de Bodemen, Cûnrado de Schellenberc, Hainrico dicto Gebel, Ûlrico Vederlin, Hûgone de Liutkirch, Bernwardo et Hainrico Villico, servis, de fratribus vero de Salem: Hernesto priore, Cûnrado et Walthero cellerariis, Nicolao et Ûlrico de Pfullendorf, monachis, Bertoldo et Cûnrado mercatoribus, Hainrico de Honsteten. Cûnrado de Buggensedil et Gerungo de Walpurc, conversis, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetue firmitatis, ad petitionem partium presentem litteram sigillis nostris duximus muniendam. Ego Fridericus miles predictus de Mænlishouen cum predictis fratribus meis et universa prole mea predicta, quia plures liberos tunc temporis non habebam, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta, presentibus profitemur. Renuntiantes omnibus, per que predicta venditio, donatio et traditio possit imposterum irritari, promittentes bona fide, prestare warandiam eidem monasterio de premissis, quotiens omnes vel singuli fuerimus requisiti. Et quia sigilla propria non habuimus, contenti sumus pro nobis omnibus sigillis predictorum dominorum pro testimonio in hoc facto.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Das Siegel des Bischofs abgefallen, das des Grafen Konrad von Heiligenberg (bekannt) hängt an Pergamentstreifen an der Urkunde (2 Daumeneindrücke). Cod. Sal. II, 193 No. CLIX. Regest: Ztschr. 3, 89. Fickler, Heiligenberg Reg. 122.

1276. März 25. Salem. Heinrich Ritter von Hasenweiler (Hainricus miles de Hasinwiler) verkauft an das Kloster Salem um zwei Pfund Pfennig, mit Zustimmung seines Sohnes Heinrich seinen Hof zu Wenglingen (Wengilingen), *Stollinhof* genannt. Acta apud Salem, anno domini M° CC° LXXVI, VIII°. kalendas aprilis, indictione quarta, subnotatis presentibus testibus et rogatis, videlicet Hainrico milite de Bafindorf, Hermanno Vinkone, Cûnrado de Schellinberc et Cûnrado dicto

Digitized by Google

Rinner, Ernesto priore, Burcardo de Hertinstain, Eberhardo de Stekboron, monachis domus dicte. 544.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand wie bei No. 435, das Siegel des Ausstellers, aus Malta, befestigt wie an No. 432, schildförmig, 50:40 mm, (IV A 2) im Dreieckschild dasselbe Wappenbild, welches die Schenken von Schmalegg führen (s. No. 268). Umschrift: † **s. hainrici ✻ de ✻ hasenwile ✻** . Auf der Rückseite drei schräge Einkerbungen. Cod. Sal. II, 205 No. CLXX. Regest: Ztschr. 3, 89.

1276. Mai 2. Meersburg. Hermann Schenk von Schmalegg (Hermannus Pincerna de Smalnnekke) verkauft, durch Schulden genöthigt, seinen Eigenmann Sifrid Schuster von Eckartskirch (Sifridum Sutorem dictum de Ekkehartskirch) um zwei Mark Silber an das Kloster Salem. Actum apud Merspurk, anno domini M° CC° LXX° VI°, VI. nonas maii, indictione IIII°, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet[1] plebano de Roggenbivron, Berhtoldo Dapifero de Rordorf, Burkardo de Tobil, Rûd(olfo) dicto *von dem Rosenhart*, Hainrico de Bâffendorf, Friderico dicto *von dem Tvrne* et Hainrico de Ringgenwiler, militibus, Hermanno de Braitenbach et Alberto de Ringgenwiler, servis, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario, dicto de Isenina et Eberhardo de Stekkeboron, monachis et Cûnrado mercatore, dicto Girstelinc, converso aliisque quam pluribus probis viris. 545.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta, an Pergamentstreifen, oben etwas abgebröckelt, rund, 55 mm (IV C), im Siegelfelde, welches schräg eingegittert ist, der mit etwas grösseren Gittern, die noch mit Punkten versehen sind, bedeckte, nach rechts geneigte Dreieckschild, auf der linken Schildecke der Topfhelm mit dem Kleinod, einem mit 3 Köchern mit je 3 Pfauenspiegeln besteckten Horn, im Schild, wie auf jedem der 3 Köcher, das bekannte Wappenbild der Schenken von Schmalegg. Umschrift: † **s. he(rm)anni. pince. de. smalnegge ✻** (zwei Daumeneindrücke).

1276. Mai 5. Burghausen. Heinrich, Pfalzgraf bei Rhein, Herzog von Baiern bewilligt dem Kloster Salem Zollfreiheit an allen bairischen Mauthen für jährlich 100 „Putschen" Salz. 546.

Nos Heinr(icus), dei gracia palatinus comes Reni, dux Bawarie, tenore presencium declaramus, quod nos, inspicientes || pio favoris affectu devotionem venerande religionis ecclesie sive cenobii de Salem, ordinis Cysterciensis, || quod vulgariter

[1] Der Vorname fehlt im Or.

Digitized by Google

dicitur Salmanswilær, ad peticionem et specialem benivolenciam Ulr(ici), venerabilis abbatis ibidem, || eidem ecclesie talem graciam, ob remedium progenitorum nostrorum et salutem nostram ac liberorum nostrorum, duximus concedendam, ut singulis annis centum cupas salis amplioris ligaminis, quod dicitur *puetschn*[1], in omnibus locis theloneorum sive mutarum terre nostre et specialiter aput Trostperch, Trv̊thliching, Traunstein, Burchvsen, Hohenwart, Ôting, Piburch, Lantshvt, Dorfen, Aerding, Chransperch, Frising, sine qualibet exactione thelonei sive mute, ipsa ecclesia vel nuncii ipsius traducere valeant libere et sub nostri conductus securitate, hoc adiecto, ut si predictorum theloneorum aliqua vel omnia ad loca alia transponantur, adhuc in eisdem eadem gracia perfruantur, et etiam idem sal reponendi et exponendi aput Titmenning liberam habeant facultatem. In cuius rei testimonium et cautelam presentes litteras nostras eidem ecclesie dedimus, nostri sigilli robore communitas. Datum in Burchvsen, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, tercio nonas maii.

Perg. Orig. Bairische Kanzleihand. Das Siegel des Ausstellers aus Malta, an grünen und rothen Seidenfäden an der Urkunde befestigt, rund, 9 cm, (III B 3) ein nach rechts sprengender Reiter, in der rechten die in 3 Wimpel endigende Fahne, am linken Arm den Schild mit den Rauten, auf dem Kopf den Topfhelm, mit Lindenblättern besteckte Hörner als Kleinod, auf den Pferdedecken 2 Schilde mit dem nach rechts gewendeten aufrechten Löwen. Umschrift: **hen(ricvs d)ei. gra. palatinus. comes. reni. dvx. bawarie.** (Die Rückseite in der Mitte erhöht, mit 2 Fingereindrücken.) Frühere bairische Zollprivilegien für Salem s. No. 173 und 290. In dieser Urkunde wird der neue Abt Ulrich zum ersten Male erwähnt.

1276. Mai 28. Ravensburg. Hermann Schenk von Schmalegg übergibt dem Kloster Salem, zur Sühne des demselben zugefügten Schadens, eine Reihe näher bezeichneter Höfe. 547.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hermannus Pincerna de Smalnnegge rei geste noticiam cum salute. Ne lites sopite per concordiam iterum recidivent, litterarum || debent testimonio perhennari. Eapropter noverint universi, quod, cum venerabilibus in Christo abbati et conventui monasterii de Salem in possessionibus suis, videlicet in grangiis Tepfenhart et Adilsrîvti et hincinde in pago, qui dicitur *Linzegov̊*, et alibi diversis locis et temporibus gravia dampna intulerim, sine causa spoliando ipsos in animalibus et rebus aliis, estimatis ||

[1] Im Or. v mit darüber gesetztem e. Vgl. Ztschr. 37, 130 f.

Digitized by Google

omnibus et singulis ad trecentas libras et amplius denariorum Constantiensium, iidem postmodum super hoc me in foro ecclesiastico convenerunt, ubi secundum formam iuris debitam, post litis contestationem et sententias excommunicationis in me latas, satisfactionem exhibere promisi et, si non condignam eisdem, tamen aliquantulam faciendam. Recognosco igitur per presentes et profiteor manifeste, quod restitutionis nomine possessiones subnotatas, videlicet curiam in Vokkenwiler, que annis singulis, taxatione facta debita, tres libras denariorum currentium solvere debet, et in Albirskirche duas curias dictas *Stegelinsgût*, scilicet ad tres boves, que solvere debent triginta quinque solidos, item in Willandiskirche curiam solventem unam libram, item in Hitzeliswiler unam curiam solventem unam libram, item curiam unam sitam in monte, qui dicitur *Gerenberc*, dictam *Bettenhus*, solventem unam libram, que omnia et singula mihi proprietatis titulo pertinebant, cum omnibus suis appendiciis, iuribus et libertatibus, iamdictis abbati et conventui tradidi et donavi cum omni iure, prout ego illucusque possederam, perpetuo libere et pacifice possidendas. Et quoniam predicte possessiones diversis fuerant obligate, utpote Vokkenwiler Hainrico dicto Selbherren, Albirskirche et Hitzeliswiler Cûnrado dicto Stegelin, easdem possessiones, a predictorum et omnium aliorum absolutas ab omni obligationis genere, transtuli in monasterium supradictum. Renuntians pro me et meis heredibus universis omnibus, per que predicta per modum restitutionis donatio seu traditio facta imposterum possit modo quolibet enervari. Insuper obligans me et meos heredes universos, fide data, super hoc etiam corporali prestito iuramento, prestare werandiam de premissis, quotienscumque et coram quocumque fuerimus requisiti. Acta sunt hec apud Rauenspurc in strata publica, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, quinto kalendas junii, indictione quarta, subnotatis testibus presentibus, et rogatis, videlicet Hûgone lantgravio, comite de Werdenberc, Ûlrico comite de Monte Forti, Cûnrado comite de Sancto Monte, Berhtoldo Dapifero de Walporc, Cûnrado et Hainrico fratribus Pincernis, Hainrico Pincerna juniore, Walthero de Anemerkingen, Hainrico Dapifero de Diezenhouen, Bertoldo de Kiselegge, Ûlrico de Konegesegge, Wernhero de Schiltegge, Hainrico de Gvndolvingen, Anshelmo de Justingen, Johanne de

Digitized by Google

Ringgenburc, Bertoldo de Tobil, Hainrico de Baffendorf, Hainrico de Zvstorf, Ortolfo de Hasenwiler, Hainrico dicto Selbherre, Cûnrado Stegeli, Hainrico ministro, Ůlrico Râze, Willando dicto Stier, Ůlrico de Kurnbach et Cûnrado dicto Kolbe aliisque quam pluribus probis viris. Et ut hec robur obtineant perpetue firmitatis, presens instrumentum, exinde conceptum et sigillis illustris Hûgonis lantgravii, comitis de Werdenberc, et meo munitum, sepedicto conventui tradidi pro testimonio et cautela.[1]

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta, an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg, rund, 60 mm (III B 3), ein nach rechts sprengender Reiter, in der Rechten die Lanze mit der in 3 Wimpeln endigenden Fahne, am linken Arm den Schild mit dem bekannten Wappenbild (Kirchenfahne), das gleiche Wappenbild wiederholt sich zweimal auf den Pferdedecken und ist weiterhin auf einem im Siegelfeld, links vom Reiter befindlichen Schilde angebracht. Auf dem Topfhelm ist der Ballen als Kleinod, der in den Schriftrand hineinragt. Umschrift: † **sigillum. comitis. hvgonis. de. werdinberc.** (die Rückseite durch Fingerdruck erhöht mit 3 wagrechten Einkerbungen. — 2. des Hermann Schenk von Schmalegg wie an No. 445. Die Umschrift vollständig erhalten (die Rückseite wie bei 1). Cod. Sal. III, 102 No. LXXXXV.

1276. Juni 3. Basel. Berthold, der Justitiar des kaiserlichen Hofgerichts, spricht das von Eberhard von Spitzenberg vor ihm verklagte Kloster Salem von der Verpflichtung frei, vor einem weltlichen Gerichte Recht zu nehmen. 548.

Berhtoldus, imperialis aule justitiarius, omnibus presentem sententiam inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Noverint uni||versi, quod, cum Eberhardus nobilis de Spizzinberc coram nobis viros religiosos . . abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis || Cisterciensis, Constantiensis diocesis, in causam traxerit super eo, quod possessiones ville in Owingen et in Phafinhovin, quas sibi asseruit iure || pheodali competere et in possessione earum quieta fuisse, iamdicti abbas et conventus sibi contra iustitiam vendicarent, presidentibus igitur nobis pro tribunali aule inperialis apud Basileam in curia prepositure maioris ecclesie, constitutis coram nobis per advocatos suos iamdicto Eber(hardo) de Spizzenberc et fratre Nicolao, monacho de Salem, et fratre Cûnrado converso, procuratoribus abbatis et conventus eiusdem monasterii, cum

[1] Zwischen jedem der auf der letzten Zeile stehenden Worte (von meo an) ist ein Zwischenraum, so dass sie die ganze Zeile füllen.

Digitized by Google

sufficienti mandato, iidem procuratores proponebant excipiendo, quod, cum viri religiosi essent, in seculari iudicio nullatenus debeant cuiquam respondere, id adversario reclamante, nos itaque, auditis hincinde allegationibus ab assessoribus et circumstantibus, sicut moris est et consuetudinis approbate, quesivimus et per sacramentum interrogavimus, que sententia in casu proposito de iure debeat prevalere. Tandem, consilio fere omnium circumsedentium et astantium approbante, predictos . . abbatem et conventum ab instantia sepedicti nobilis de Spizzenberc, quantum ad iudicium seculare, favore religionis per sententiam duximus absolvendos. Actum apud Basileam, anno domini M° CC° LXX° VI°, tertio nonas junii, indictione quarta, subnotatis testibus presentibus et in dictam sententiam consentientibus, videlicet domino Walthero de Klingen, Eberhardo de Luphin, Cûnrado de Wartinberc, Cûnrado de Wedinswiler, Hermanno de Bonstetin, Marquardo et Ûlrico de Rŷseke, nobilibus, dicto Sèman de Haginŏwe, Jacobo de Hermsdorf, Cûnrado de Nufron, Hugone de Offteringen, Rŏbario de Basilea, dicto de Turri, Rûdolfo de Swandowe, Walthero de Halliwiler et Petro dicto Krelle, militibus aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem litteram exinde conscriptam sigillo videlicet justitiarii aule inperialis duximus muniendam.[1] Datum ut supra.

Perg. Or. Hand von conceptartigem Charakter (ob der Salemer Kanzlei angehörig? der Hand, die wir zuerst bei No. 435 kennen lernen, jedenfalls sehr ähnlich) Siegel abgegangen.

1276. Juni 19. Konstanz. Das geistliche Gericht zu Konstanz erkennt dem Kloster Salem einen von dem Kirchherrn zu Hayingen beanspruchten Zehnten im Kirchspiel Erbstetten zu. 549.

In nomine domini amen. Judices ecclesie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. Noverint || universi, quod, cum abbas et conventus de Salem, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, Ûl(ricum), rectorem ecclesie || in Haigingen, super decimis fundi, qui dicitur *daz Aicha* in Horne infra ambitum parochie ecclesie de || Erfstetin circumclusi et attinentibus curie ipsorum in Altmanshusen, quas dictus rector dicebat ecclesie sue attinere, parte vero adversa affirmante, quod dicte decime per limitationem agro-

[1] Or. muniendum.

Digitized by Google

rum eorundem, cum consensu nobilium circumcomorantium, ad certam diem ante prefixam sollempniter iuratis testibus factam ipsis forent adiudicate[1], a qua limitatione nichil exceptum, nichil contra extitit appellatum, coram nobis traxissent in causam, partibus in nostra presentia constitutis, lite legittime contestata, receptis testibus a parte dicti abbatis et conventus super dictis decimis et limitatione et diligenter examinatis appertisque eorum attestationibus, cum invenerimus dictos . . abbatem et conventum intentionem ipsorum plenius approbasse, habito consilio peritorum, ipsis dictas decimas sententialiter adiudicamus, parti adverse perpetuum silentium inponentes, reservata nichilominus ipsi abbati et conventui petitione expensarum, si de ipsis voluerint experiri. Datum Constantie anno domini M.° CC.° LXXVI.° XIII.° kalendas julii, indictione IIII[a].

Perg. Or. Fremde Hand, wohl des Konstanzer geistlichen Gerichtes. Das Siegel, das wie bei No. 432 befestigt war, ist abgegangen.

1276. Juli 1. Reichenstein. Ulrich von Gundelfingen beurkundet eine zwischen ihm und dem Kloster Salem durch den Propst von Marchthal vermittelte Sühne. 550.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ůlricus de Gundeluingin noticiam subscriptorum. Ne labantur cum tempore que geruntur, litterarum debent testimonio perhennari. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod cum ego actiones diversarum querimoniarum contra abbatem et conventum monasterii de Salem, Cisterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, moverem pro eventibus subnotatis, scilicet, quod quidam ipsorum, timoris dei et reverentie [231] religionis oblitus, servum quendam nomine Burkardum, qui defensionis mee munimine donatus, motus iracundie stimulis, ausus sit duris verberibus molestare, in quo me non modicum dehonestatum perturbavit, possessiones etiam quasdam in Horne cum decima fundi, qui dicitur *daz Aichach*, infra ambitum barrochie ecclesie in Erfsteten, circumclusi licet per legitimam et sollempnem limitationem eisdem assignata, insuper et viam, que ducit de Ahusen in Altmanshusen, que dicitur *Sêtal*, et silvam, que dicitur *Oesternhart* cum suo fundo, et domum et horreum in Haigingin cum suis terminis contra iusticiam omnia male

[1] S. oben No. 442.

Digitized by Google

occupata, eosdem contenderim possidere, verum cum ego et iidem ad diem nominatam ad discutiendum super premissis concorditer convenerimus, actionibus, utrimque presentibus honestioribus viris, subtiliter examinatis et discussis, ego Ůlricus et omnes fratres mei, cum prefatum abbatem et conventum in intentione sua discretorum virorum invenerimus iudicio prevaluisse, sub hac conditione cessimus actioni, ut iidem abbas et conventus ad premissa et ad quemcunque illucusque inter me cum omnibus fratribus et progenitoribus meis, et inter memoratos abbatem et conventum exorta, quacunque exceptione cessante ad plenum desecanda et sopienda in viginti una libra denariorum currentis monete et in quinquaginta modiis bladi. in quibus eisdem ego Ůlricus obligatus tenebar, me redderent absolutum. De qua tamen summa frumenti prepositus de Martello, ne ab invicem scinderemur, prefatis abbati et conventui de Salem amiciciam ostendere volens, 30 modios se refundere compromisit. Hiis igitur taliter consummatis, renuntiasse in integrum me et omnes fratres meos, tam pro heredibus nostris omnibus quam pro nobis omni iuri exceptionis, retractationis seu cuiuscunque adinventionis, per que pretaxata valeant revocari, presentibus protestamur. In cuius rei testimonium presentia prepositi de Martello tam nostro sigillo decrevimus communiri. Datum et actum in Richinstain, anno domini M° CC° LXXVI°, kalendis julii, indictione IIII^a^, subscriptis testibus presentibus, nominatis et rogatis, scilicet comite Eber(hardo) de Warstein, [232] preposito et priore de Martello, H. decano in Haigingin, H. rectore ecclesie de Erfsteten, . . viceplebano in Niv̊wenburc, H(ainrico) cellerario de Salem, Anshelmo de Richenstain, Hugone dicto Spåte, Wernhero dicto Meldeli, Ůlrico dicto Eggeli et C. dicto Schaller, Berhtoldo et Gerungo, conversis de Salem aliisque quam pluribus probis viris. Nos prepositus de Martello predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta, presentibus protestamur, sigillum nostrum una cum sigillo sepedicti domini Ůlrici de Gundelvingin ad petitionem partium huic cedule pro confirmatione et testimonio apponentes.

Cod. Sal. III, 230.

1276. Aug. 20. Winterstetten. Die Schenken Heinrich, Konrad und Hermann (Hainricus, Cůnradus et Hermannus Pin-

Digitized by Google

cerne) übergeben dem Kloster Salem Besitzungen in Lempfriedsweiler (Lâmphirswilâr), welche Heinrich Gralant baut, und den Hof des Hermann Vink in Wengilingen mit ihren nachbenannten Eigenleuten Mâhtild, Ehefrau des Rudeger, Heinrich und Burkard Wirt, Adelheid Hubelarin und Willebirg, Tochter des Ulrich von Bermetingen, auf Bitten des Hermann Vink, der mit dênselben von ihnen belehnt war, zu rechtem Eigen. Actum et datum in Winterstetin, anno domini M° CC° LXXVI, XIII kalendas septembris. indictione IIII. 551.

Perg. Or. 19,2 cm breit, 7,5 cm hoch. Fremde Hand. Die 3 Siegel der Aussteller aus Wachs, an sehr schmalen Pergamentstreifen: 1. des Heinrich Schenk von Schmalegg, wie an No. 390. (Daumeneindruck). — 2. gestürzt anhängend des Konrad Schenk von Winterstetten, rund, 55 mm, (IV C), im schräg rechts gesenkten Dreieckschild das bekannte Wappenbild, auf dem Kübelhelm ein Mohrenkopf mit Hörnern, die mit Pfauenspiegeln verziert sind (vgl. Wappenrolle von Zürich No. 285). Als Beizeichen im Siegelfelde rechts ein Stern, links ein Halbmond, zwischen den Hörnern ganz kleine Dreieckschildchen (?) mit dem Doppelhaken. Umschrift: † s. conradi. pincerne. de. winter(ste)ten. (auf der Rückseite drei wagrechte Einkerbungen) — 3. des Hermann Schenk von Schmalegg wie an No. 545. (auf der Rückseite drei wagrechte Einkerbungen). Cod. Sal. III, 116 No. CVI.

1276. Aug. 26. Burgweiler. Konrad von Gundelfingen beurkundet, dass er die zu dem Schloss Burgweiler gehörigen Güter genannten Personen zu Lehen gegeben und dass diese sofort seiner Ehefrau Guta dieselben Güter um 150 Mark Silber verpfändet haben. 552.

In nomine domini amen. Cûnradus de Gundeluingen omnibus presencium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. || Cautum est, ea que geruntur memorie hominum scripturarum noticia commendari. Noverint igitur universi presens scriptum || inspecturi, quod ego R(ûdolfo) militi dicto Haller et Bernhero fratri suo, Bur(cardo) de V̂lshusen et Weziloni, filo suo, Weziloni de || Maginbûch, R. dicto Swenden et H. et C. fratribus suis omnia bona attinentia castro dicto Burcwiler, preter antedictum castrum et villam dictam Wiler, feodaliter tradidi et donavi. supradicti vero incontinenti uxori mee legitime, dicte Gûtun, prenominata bona pro centum et quinquaginta marcis puri argenti cum manu mea contra suum dotalicium obligaverant coram multis. Si quis vero heredum meorum predicte uxori mee antedictam tradiderit pecuniam, predicta bona subito sunt libera et soluta. In cuius rei tes-

Digitized by Google

timonium presens zedula sigilli mei et Hainrici fratris mei debet munimine roborari. Insuper testes ydoneos, qui hec viderant et audierant, presens scriptum numerat nominatim: dominus S(wiggerus) de Gundoluingen, C. plebanus in Maginbûch, M. viceplebanus in Wiler, R. de Thegiwidon, H. de Rote. S. Faber, H. dictus Gotteurit, Hartmannus dictus Vrowin, Her(mannus) dictus Bonritter, H. dictus Mottiler, Alber(tus) Chocus. Hii vero omnes, si necesse fuerit, tamquam consimiles mei, super ea, que relata superius sunt, procedent. Hec acta sunt in castro dicto Burcwiler anno domini M.° CC.° LXX.° sexto, VII. kalendas septembris, indictione IIII.

Perg Or. Fremde Hand, vielleicht die des Heinrich von Gundelfingen, der Kirchherr in Granheim war, sicher nicht einem geschulten Kanzleischreiber angehörig, 2 Siegel aus Wachs an schmalen Pergamentstreifen: 1. des Konrad von Gundelfingen wie an No. 359. (Rückseite fast glatt), — 2. des Heinrich von Gundelfingen, spitzoval, 46:28 mm (II B), im Siegelfelde der heil. Martin mit dem Bettler, darüber der heil. Geist in Gestalt der Taube mit Nimbus. Umschrift: † **s. hainrici. de. gvndolving. plb. in granhain.** (Rückseite fast glatt). Die Urkunde wird vermuthlich bei der im Jahre 1279 erfolgten Erwerbung von Burgweiler durch das Kloster Salem in dessen Archiv gelangt sein.

1276 Oct. 1. Viterbo. Papst Johannes XXI. bestätigt alle Privilegien des Cisterzienserordens. Datum Viterbii kalendis octobris, pontificatus nostri anno primo. „Cum a nobis petitur". 553.

Perg. Or. Bleibulle an rothen und gelben Seidenfäden. S. Petrus und S. Paulus. Rückseite: **Io|hannes|| pp. XXI.** Rechts unten auf der Falte: d. Auf der Rückseite der Urkunde oben: P. de. Ass. ph., unten links d. i. pro castellano.

1276. Nov. 5. Heiligenberg. Berchtold Graf von Heiligenberg (comes Sancti Montis) beurkundet, dass Rudolf von Rhena (Rûdolfus de Rehenôwe) das Lehen in Rickertsweiler (Riggerswiler), mit welchem er von ihm und seinen Vorfahren belehnt zu sein bekannte, obwohl in Gegenwart Vieler das Eigenthumsrecht dieses Lehens der Kirche in Weildorf (Wildorf) zugesprochen wurde, dasselbe dieser Kirche freiwillig resigniert habe, nachdem er von dem dortigen Kirchherrn Marquardus drei Pfund Pfennig erhalten hatte, und besiegelt die Urkunde mit seinem Siegel. Datum et actum in novo castro[1] Sancti Montis, anno domini M° CC° LXXVI°, nonis

[1] Erste Erwähnung des neuen Schlosses auf dem Heiligenberg.

Digitized by Google

novembris, indictionis quinte, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûdolfo plebano de Rôribach, Hainrico de Pfullendorf, notario comitis, Cûnrado de Milnhouen, Rûdolfo Rûche, Walthero de Staigon, Cûnrado Salabach, de fratribus de Salem Eberhardo de Stekkeboron, monacho et fratre Petro Fabro aliisque quampluribus probis viris. 554.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers an einem Pergamentstreifen aus Malta, rund, 50 mm, (IV A 2), im Dreieckschild das bekannte Wappenbild, als Beizeichen drei Rosetten. Umschrift: † **s. bertoldi. comitis. de. s. monte.** (Daumeneindruck). Der Graf Berthold benutzt also hier nicht, wie an der Urk. von 1274 Aug. 26 No. 520 das Siegel, das er in seiner Eigenschaft als Canonicus von Konstanz führt. Allem Anschein nach ist Graf Konrad gestorben und Graf Berthold nunmehr alleiniger Herr auf Heiligenberg. In dieser Eigenschaft führt er vermuthlich dies Siegel, welches dem seines Bruders Konrad (vgl. u. a. No. 370) genau nachgebildet ist. Cod. Sal. I, 287 No. CLXII. Reg. Ztschr. 3,89, Fickler, Heiligenberg Reg. 125.

1276. Nov. 24. Weildorf. Die geistlichen Richter zu Konstanz, Domdekan Walkonus, Dompropst Heinrich, Generalvicar des Bischofs von Konstanz, das Domcapitel und Graf Berthold von Heiligenberg beurkunden den Uebergang von Gütern und Zehnten zu Weildorf von Hugo von Leustetten, Mangold und Konrad von Mühlhofen und Graf Berthold von Heiligenberg an das Kloster Salem. 555.

Omnibus hanc paginam inspecturis iudices ecclesie Constansiensis, Walkonus decanus, Hainricus prepositus, vicem gerens[1] in omnibus domini episcopi, totumque capitulum ecclesie prelibate et || Berhtoldus comes Sancti Montis noticiam rei geste. Ut contractus bone fidei rite in omnibus consummati non possint inposterum enervari, litterarum debent serie perhennari. Presentes igitur || noverint et futuri, quod cum Hugo dictus de Lehsteten, accedente Hædewigis uxoris sue, Cûnradi filii sui, Gerhildis et Hædewigis filiarum suarum, quia plures tunc temporis liberos non habebat, consensu || publico et expresso, et Manegoldus et Cûnradus fratres dicti de Milnhouen, Gûte uxoris iamdicti Manegoldi, Bartholomei filii sui, Hademûdis, Gûte et Adilhaidis filiarum suarum, non enim plures liberos tunc habebat, Cûnrado fratre suo iamdicto uxore carente et liberis eo tempore, voluntate prehabita et

[1] Im Or. heisst es gerentes, was indess offenbar ein Schreibversehen ist. Vgl. die Siegelformel dieser Urk. und andere nachstehende, in denen ausschliesslich der Dompropst Heinrich als Stellvertreter des Bischofs bezeichnet wird.

Digitized by Google

consensu, omnes possessiones, tam in parvo quam in magno, sitas in villa Wildorf et circa, in agris, pratis, pascuis, silvis, domibus, areis, terris cultis et incultis, excepta vinea Manegoldi, viis, inviis, semitis, itineribus et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, quas a monasterio de Salem iure pheodali, quod vulgo *cinslehin* dicitur, tenuerant illucusque, eo quod proprietas ipsarum eidem monasterio pertinebat, necnon omnes possessiones ibidem sitas, quas iidem in pheodum tenebant a monasterio de Petridomo, quarum proprietatem abbas et conventus Petridomus, sufficienti reconpensatione sibi facta, in monasterium de Salem concorditer transtulerunt, decimas etiam undecumque solvendas, dandas de diversis possessionibus dicte ville, omnes, quocumque titulo possederant illucusque, abbati et conventui de Salem suoque monasterio, receptis ab eis centum duabus marcis et uno fertone argenti legalis, ipsos ad hoc utilitate publica inducente, eo quod nos comes Berhtoldus eisdem Hugoni et Manegoldo pro predicta summa argenti possessiones meliores vendidimus et contulimus, iure proprietatis perpetuo possidendas, cum omni iuris, tam civilis quam canonici, et consuetudinis sollempnitate, vendidissent possessionem vacuam omnium predictorum in sepedictum monasterium, ex tunc libere transferendo, constituti coram nobis, predictum venditionis contractum fore consummatum, ut predictum est, sunt publice protestati. Insuper Hædewigis, uxor dicti Hugonis, resignavit possessiones, videlicet *Rôschengût*, quas in dote, quod vulgo dicitur *morgengabe*, habuit, et recepit in reconpensationem dictarum possessionum dimidiam partem curie comitis Sancti Montis, que vulgo dicitur *Kibinshof*, prestito nichilominus super hoc iuramento, quod nunquam per se vel per alios ipsas possessiones repetat casu quolibet contingente, et si secus veniret per se vel per alios, quod triginta marcas argenti legalis predicto monasterio solvat, antequam audiatur. Renuntiantes omnes et singuli coram nobis omnibus iuribus, exceptionibus, deffensionibus, omni subsidio tam legum quam canonum et consuetudinis patrie, necnon iuri restitutionis in integrum et pecunie non numerate et omnibus aliis, tacitis et expressis, per que predicta possent modo quolibet imposterum enervari. Ad hec nos comes Berhtoldus Sancti Montis decimam nostram, que vulgo dicitur decima Rûdolfi de Tanehain, que iure proprietatis ad nos et

Digitized by Google

nostros progenitores pertinebat ab antiquo, predicto monasterio de Salem cum possessionibus et decimis antedictis sub summa argenti prenotati contulimus, iure proprietatis perpetuo possidendam. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto in crastino Clementis pape, apud Wildorf, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Berhtoldo et Burkardo fratribus dictis de Hohenvels, canonicis Constantiensibus et prepositis ecclesiarum Sancti Stephani in Constantia et Episcopalis Celle, Rûdolfo plebano de Rôribach, Hainrico vicario de Wildorf, sacerdotibus, Alberto de Eberhartswiler, Hainrico de Mænlinshouen, Burkardo de Hekkelnbach, militibus, Hainrico Græmelich, Friderico *an dem Graben*, civibus in Pfullendorf, Hainrico de Bivron, Marquardo de Rv̊celinswiler, Burkardo de Hætingen, Hainrico dicto Wenke, Hainrico Villico, Ůlrico Villico, Wernhero Pistore, Walthero dicto *der Vnmv̊zige*, Berhtoldo de Frikkingen et Hainrico dicto Houpt, de fratribus vero de Salem Hainrico, Cûnrado et Ůlrico cellerariis, fratre Wernhero dicto Oehaim, Rûdolfo bursario, Eberhardo de Stekkeboron, monachis, fratre Cûnrado Girstelingo, Berhtolde mercatore, Eberhardo magistro hospitum, Hainrico de Honstetin, Geroldo pistore, conversis aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetue firmitatis presens instrumentum exhinde conscriptum sigillorum nostrorum munimine ad petitionem partium predictarum duximus roborandum.[1] Nos Hugo dictus de Lehsteten, Manegoldus et Cûnradus fratres dicti de Milnhouen predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta, presentibus profitemur, protestamur etiam, pecuniam memoratam ex integro recepisse et in utilitatem propriam, videlicet ad comparationem meliorum possessionum, convertisse, et quia sigilla propria non habuimus, sigillis predictorum dominorum, videlicet iudicum ecclesie Constantiensis, eiusdem capituli Walkonis decani, Hainrici prepositi ecclesie prenotate, necnon nobilis domini nostri Berhtoldi comitis Sancti Montis in hoc facto pro testimonio usi sumus.[1] Nos Hainricus prepositus memoratus, vicem in omnibus et plenam gerens domini episcopi antedicti, predictum contractum, quantum ad decimas et predium Petridomus, auctoritate nobis commissa presentibus confirmamus,

[1] Vor Nos ein leerer Raum im Or.

Digitized by Google

sigillum nostrum huic instrumento cum sigillis predictis pro testimonio apponentes.[1]

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 5 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen 1, 2, 4, 5 (Official, Dekan Walkonus, Domcapitel, Graf Berthold von Heiligenberg) bekannt, auf der Rückseite 1 mit den Fingern gratartig erhöht, 2 mit einem, 4 und 5 mit zwei Daumeneindrücken, 3 des Dompropstes Heinrich, 52:33 mm, spitzoval (III A 2 a), ein stehender Kleriker, in der Rechten die Ferula, in der Linken ein geschlossenes Buch, rechts und links je eine Lilie, Umschrift: † s. **hainrici. prepositi. eccl'ie constantiensis**, die Rückseite convex. Cod. Sal. III, 130, No. CXIX. Vgl. Fickler, Heiligenberg. Reg. 126.

1276. Dezemb. 11. Konstanz. Werner von Raderach übergibt dem Kloster Salem einen Hof in Grasbeuren unter der Bedingung, dass dieses denselben, nach dem Tode des damit belehnten Volkard von Grasbeuren und seiner Ehefrau, dem Frauenkloster Weil gegen einen Jahreszins zu eigen übertrage, da er diesem zu Schadenersatz verpflichtet ist. Die Klöster Salem und Weil erklären ihre Zustimmung. 556.

Omnibus[2] Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Wernherus de Raderai miles noticiam subscriptorum. Ne[2] res geste temporis, in quo || fiunt, mutacionis continue notam contrahant et incurrant, prestat ipsas scripturarum et testium intersigno posterorum memorie commendari. Noverint || igitur omnes et singuli presentium de cetero perlectores: Cum ego curiam in Bermetingen et vineam ibidem cum omnibus pertinenciis, de consensu et bona voluntate filiorum || meorum Hanrici et Wernheri, dilectis in Christo . . priorisse et conventui sororum dictarum de Wile, regulam sancti Augustini professis, pro triginta et quatuor marcis puri et legalis argenti, ab eis proprietatis titulo, quo et easdem curiam et vineam michi pertinere credidi, perpetuo possidendas, vendiderim, nobilesque viri Ulricus, Diethalmus et Rûdolfus de Gv̊ttingen easdem . . priorissam et conventum super iamdictis curia et vinea, eo quod eedem sibi proprietatis titulo pertinerent, coram nobili viro quondam Cûnrado comite de Sancto Monte procedente tempore in placito generali apud Schatbv̊ch in causam trahendo, contra ipsas suam intentionem per diffinitivam sententiam obtinuissent, ac ipsas . . priorissam et conventum sororum de Wile in procurando, quod dicti nobiles sententie huiusmodi contra eas late mutuo renunciarent dampnum novem

[1] Zwischen den letzten 6 Worten so viel Abstand, dass sie die ganze letzte Zeile des Or. ausfüllen. — [2] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

marcarum incidere per consequens contigisset, quod ego recognoscens, me et prescriptos filios meos prefatis .. priorisse et conventui tale dampnum debere refundere, eo quod nos ipsis super proprietate sepiusdictarum curie et vinee contra quoslibet ipsarum inpetitores veros et legittimos warandos duximus constituendos, proprietatem curie mee in Grasbv̊rron cum omnibus pertinenciis et iuribus, puta domibus, pomeriis, hortis, pratis, agris cultis et incultis, pascuis, silvis, viis et inviis aliisque universis et singulis iuribus et attinentiis, tam infra septa ville quam extra, quibuscumque censeantur nominibus, qua quidem curia discretus vir Volkardus de Grasbv̊rron et .. uxor sua a me existunt infeodati, cum eandem multociensdictis priorisse et conventui sororum de Wile, regulam sancti Augustini professis, nisi per manus illustrissimi domini mei, R(ůdolfi), dei gracia Romanorum regis, contradere non potuerim, ad preces earum reverendis in Christo .. abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, nomine eiusdem sui monasterii, quod in hoc ex antiquo a Romanorum regibus sive imperatoribus, ut in ipsum predia a quibuscumque eorum ministerialibus vel hominibus per cuiuscumque contractus aut donationis modum inmediate transferri possint, privilegiatum decernitur, omni verborum et gestuum sollempnitate, quod in talibus consuevit fieri contradicionibus, adhibita, de consensu aliquociensdictorum filiorum meorum Hanrici et Wernheri, in refusionem supradicti dampni liberaliter contradidi, ab eis de cetero quiete et pacifice possidendam. Iidemque abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, nomine monasterii sui proprietatem iam recitate curie in Grasbv̊rron ac ipsam curiam post dictorum Volkardi et .. uxoris sue obitum cum omnibus pertinentiis et iuribus predistinctis pro annuo censu, scilicet uno fertone cere ponderis usualis, annis de cetero singulis in nativitate beate virginis ad maius altare monasterii de Salem solvendo, sepissime dictis .. priorisse et conventui sororum de Wile regulam sancti Augustini professis, cum omni libertate, que feodis conpetit censualibus, scilicet proprietatem ipsius curie sive ipsam curiam vendendi, obligandi, permutandi, donandi, necnon in personam aliam vel alias cuiuscumque condicionis, etatis et sexus, coniunctim vel divisim quomodolibet transferendi, etiam ipsis irrequisitis, dum tamen ipsum monasterium suo

Digitized by Google

non fraudetur censu, liberaliter concesserunt, necnon aliquociensdicte . . priorissa et conventus concessione huiusmodi sibi cum debita sollempnitate et vigore facta, omni iuri, quod sibi in me et prefatos filios meos H(anricum) et Wernherum, eo quod super sepiusrecitatis curia et vinea in Bermetingen contra quoslibet earum impetitores pro eis quemadmodum fuimus obligati, prestare warandiam deberemus, conpetebat, liberaliter resignarunt. In predicte vero concessionis robur firmius omni iuris communis vel privati, canonici aut civilis auxilio et exceptioni, literisque sive indulgentiis, quibuslibet a sede apostolica vel aliunde impetratis aut impetrandis, suique ordinis constitutionibus iam editis aut edendis, necnon occasioni cuivis, tam in genere quam in specie, pretextu, cuius talis concessio ab eis vel quoquam eorum successorum nomine sui monasterii posset in posterum irritari, impeti aliqualiter vel cassari, sepissime dicti . . abbas et conventus monasterii de Salem nomine sui monasterii sine dolo et fraude qualibet renunciarunt. Unde, ut omnia et singula premissa, sicut preexpressa sunt, sepissime memoratis . . priorisse et conventui sororum de Wile, regulam Sancti Augustini professis, in debito robore maneant penitus inconvulsa, presens instrumentum super eis est confectum, necnon sigillorum prefati domini . . abbatis de Salem, quo ipse et conventus ibidem in communi utuntur, et ex parte sepissime dictarum . . priorisse et conventus sororum de Wile dilecti in Christo . . prioris domus fratrum predicatorum in Constantia, necnon capituli ecclesie Constantiensis[1] et . . iudicum eiusdem, in quorum presentia omnia supradicta fuerunt consumata, et mei, tam pro me quam pro prefatis filiis meis, robore communitum. Acta sunt hec Constantie in iudicio chori Constantiensis, presentibus domino . . de Svlzberc iudice, C. dicto *Underschopphe*, Sancti Stephani Constantiensis, et Waltero dicto Schamlier, Sancti Johannis ibidem canonicis, magistro C. de Sancto Rûperto, magistro Dietrico scriba, . . bursenario monasterii de Salem, C. de Vberlingen et H. de Vûrstenberc, fratribus ordinis predicatorum, . . de Teggenhusen, . . dicto Schamlier et . . dicto Mvriz, militibus aliisque quampluribus, anno domini M° CC° LXXVI° III° idus decembris, indictione quinta.

Nos[2] frater Ûlricus, abbas et conventus monasterii de Salem

[1] Von hier bis quinta andere Tinte. — [2] Auch im Original alinea.

Digitized by Google

ordinis Cysterciensis, profitemur et recognoscimus per presentes, quod nos proprietatem curie in Grasbv̊rron, qua discretus vir Volkardus de Grasbv̊rron et . . uxor sua ab honorando viro Wernhero de Raderai milite infeodati existunt, ac ipsam curiam post obitum eorundem nobis nomine monasterii nostri ab eodem domino Wern(hero) de Raderai, sicut supradictum est, contraditam quampluries supradictis priorisse et conventui sororum de Wile, regulam Sancti Augustini professis, pro annuo censu sub omni libertate et renunciationibus, prout superius in huius instrumenti serie de verbo ad verbum expressum est, liberaliter concessimus, unde in huius evidentiam nostrum sigillum, scilicet quo nos et conventus in communi utimur, huic cedule duximus appendendum.

Nos[1] etiam . . priorissa et conventus sororum de Wile, regulam Sancti Augustini professe, profitendo recognoscimus per presentes, quod nos omni iuri, quod nobis in honorandum virum Wernherum de Raderai ac Hanricum et Wernherum, filios suos, super eo, quod iidem se nostros super multociens recitatis curia et vinea in Bermetingen contra quoslibet earum impetitores warandos legittimos, iuramento interposito, constituerunt, conpetebat vel conpetere posset in posterum, de voto et consensu unanimi et bona voluntate renunciavimus, unde in huius testimonium sigillum dilecti in Christo fratris . . prioris fratrum predicatorum domus in Constantia, cum proprium non haberemus, apponi duximus procurandum.

Perg. Or. Das Pergament linirt. Fremde (wohl dem geistlichen Gericht zu Konstanz angehörende) Hand. 5 Siegel an blauen und weissen leinenen Fäden anhängend: 1, 2, 4, 5 aus Wachs, 3 aus Malta, 1. des Domcapitels, 3. des Abtes von Salem und 4. des Officials zu Konstanz, bekannt (1 mit zwei Daumeneindrücken, 3 und 4 mit je einem Daumeneindruck). — 2. Des Priors der Prediger zu Konstanz, spitzoval, 40:25 mm (III A 2 c), unter einem gothischen Baldachin die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter kniend ein Mönch. Umschrift: **s. prioris. frm. p̄dicator. constan̄.** (zwei kleine wagrechte Einkerbungen). — 5. Des Werner von Raderach wie an No. 519 (4 wagrechte Einkerbungen).

1276. Dez. 15. Mengen. Propst und Convent des Klosters Beuron und Graf Albert von Kiburg, der Sohn des Königs Rudolf, vertauschen Güter in der Stadt Mengen. 557.

Omnibus Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis prepositus et conventus monasterii de Bivrron, ordinis Sancti

[1] Auch im Orig. alinea.

Digitized by Google

Augustini, Constantiensis dyocesis, sinceram in domino || caritatem cum noticia subscriptorum. Rebus gestis robur firmitatis debite ministratur, cum ipse scripturarum et testium intersigno posterorum memorie commendantur. Noverint || igitur omnes ac singuli presentium de cetero perlectores, cum illustris dominus Albertus comes de Kibvrc, gloriosissimi domini nostri R(ůdolfi) dei gratia Romanorum regis filius, nobiscum de curtibus || sive areis nostro monasterio pertinentibus infra vallum sive septa sui oppidi Mângen de novo constructi sitis, pro aliquibus suis possessionibus concanbium facere cupiens, nobis sive nostro monasterio possessiones suas, dictas videlicet *Stadellehen unde Hansslehen*, sibi proprietatis titulo pertinentes, ibidem extra ipsum oppidum sitas, omni verborum et gestuum sollempnitate, que ad hoc requiri solet, adhibita contradiderit, a nobis sive ab eodem nostro monasterio proprietatis titulo, sicut et sibi pertinuerunt, perpetuo possidendas, quod nos in huiusmodi predictarum possessionum contraditionis recompensationem et concambium sibi et universis suis ex nunc in evum heredibus omnes curtes sive areas nostri monasterii proprias infra predicti oppidi Mângen vallum seu septa sitas, de mutuo consensu et voluntate spontanea, cum talis permutationis concambium hincinde factum in nostri monasterii profectus augmentum pocius quam detrimentum, quemadmodum recognoscimus, per presentes cedere videretur, ab eodem suisque heredibus proprietatis nomine de cetero possidendas nomine nostri monasterii contradidimus, area dicta *des Růgers hoveraitie* dumtaxat excepta, cuius proprietatis possessionem, sub libertatis emunitate subscripta nobis nostroque monasterio super eâdem a prefato domino A(lberto) comite de Kiburc tam pro se quam pro suis heredibus perpetuo concessa, duximus reservandam, videlicet quod domus et horreum cum suis appendiciis in eadem area in usus nostri monasterii construenda ipsorumque nomine nostri inhabitatores sive inquilini omnes et singuli tocius libertatis prefati oppidi ac civium ipsius emunitate, quocumque censeatur nomine, gaudeant perpetuo, necnon ab omnibus servitutibus sive serviciis, que a loci civibus sive inhabitatoribus cuiuscumque conditionis quacumque de causa requiri possunt vel debent in posterum, ex nunc in antea sint penitus absoluti, ita tamen, quod alie domus in curtibus prescripte aree, *des Růgers hoveraitie*, con-

Digitized by Google

structe sive construende et earundem inhabitatores ac possessores nobis nostroque monasterio proprietatis, quam nobis reservabimus, occasione, in evum censum, quem eosdem dare contigerit, annis singulis solvendo, ad omnia servicia, que ab ipsius loci civibus requiri contigerit, teneantur. Ut autem huiusmodi concambii sive permutationis contractus in utilitatem utriusque partis initus et consumatus in debito robore maneat perpetualiter inconvulsus, presens instrumentum super eo est confectum necnon sigillorum sepius dicti domini nostri A(lberti) comitis de Kiburc ac nostri, scilicet mei prepositi et conventus et universitatis civium prefati oppidi Mângen, robore communitum. Acta sunt hec in Mângen in domo ministri dicti Mvrsel, presentibus . . Dapifero de Diezenhoven, prefato . . ministro dicto Mvrsel, Bertoldo dicto Râger, Wernhero dicto Nâdel, Ûlrico dicto Langrave, Bur(cardo) dicto Lindâr, . . dicto Wilde, civibus memorati oppidi in Mângen, B. dicto Hâgeninc in Sigmâringen, Bur(cardo) de Svlgen, genero suo, fratre Ber(htoldo) dicto Wipphen et H. dicto de Ansmôtingen et Ber(htoldo) dicto Mânger aliisque quam pluribus fide dignis, anno domini M° CC° LXXVI°, XVIII° kalendas ianuarii, indictione quinta.

Perg. Or. Linirtes Pergament. Fremde (wohl Beuroner) Hand. Von 4 Siegeln, welche an rothen und blauen Wollfäden an der Urkunde hingen, ist 4 (das Siegel der Stadt Mengen) abgegangen, die 3 noch anhängenden sind aus Malta: 1. des Grafen Albert von Kiburg, rund, 47 mm (IV A 2) im Dreieckschild der nach rechts aufsteigende Löwe, nahezu die Hälfte des Siegels ist abgebrochen, Umschrift unleserlich (auf der Rückseite drei Daumeneindrücke). — 2. Des Propstes von Beuron, spitzoval, 40:28 mm, (III A 2 a) ein stehender Kleriker, Umschrift: **s. wdlrici. pp(o)siti. de. b(ivr)ren.**, einige Stellen sind abgebröckelt. — 3. Des Convents von Beuron, spitzoval, 45:30 mm, (II B) eine undeutlich ausgeprägte Figur. Umschrift unleserlich, 2 und 3 sehr rohe Arbeit (beide auf der Rückseite 6 wagrechte Einkerbungen). Auf der Falte steht über den Stellen, an denen die Siegel befestigt sind: sigillum comitis, — s. prepositi, — s. conventus, — s. civitatis. Die Urkunde ist wohl bei Gelegenheit eines späteren Güterkaufs durch das Kloster Salem, welches in Mengen Besitzungen hatte, in das Salemer Archiv gekommen.

1277. Feb. 6. Konstanz. Dompropst Heinrich, als Generalvicar des abwesenden Bischofs Rudolf II., überträgt einen Hof zu Bambergen, welchen der mit demselben von dem Bischof belehnte Ueberlinger Bürger Ulrich Umbinse an das Kloster Salem verkauft hatte, nach erfolgter Resignation desselben gegen einen Wachszins an das genannte Kloster. 558.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus, prepositus

Digitized by Google

maioris ecclesie Constantiensis, vicem gerens generalem reverendi domini Rûdolfi, dei gratia || eiusdem ecclesie episcopi, tunc extra provinciam existentis, rei geste noticiam cum salute. Ut facta modernorum posteris elucescant, literarum debent || testimonio perennari. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum vir discretus Ûlricus dictus Vmbinse, civis in Vbirlingen, curiam in Ban|berc, dictam *des Kamirershof*, cum suis attinenciis et iuribus universis, quam ipse solus nullusque heredum suorum a reverendo nostro domino . . episcopo antedicto iure pheodali tenuerat illucusque, monasterio de Salem, adhibitis omnibus, que solent in venditionum contractibus adhiberi, publice vendidisset et in ipsum monasterium ipsius curie possessionem vacuam transtulisset, ad manus nostras prius tamen ipsa curia resignata, ut sic ipsa vendicio et tradicio, nostro consensu prehabito, effectum debitum sortirentur, quo facto nos, communicato nostri capituli consilio et pleno consensu prehabito, religionem monasterii antedicti non solum, sed etiam larga beneficia, que predicto domino nostro episcopo et personis nostre ecclesie universis consuevit hactenus exhibere, rationabiliter intuentes, dicte vendicioni nostrum consensum duximus adhibendum, predictam curiam cum omnibus suis attinenciis et iuribus universis in antedictum monasterium transferentes, ita tamen, ut sepedictum monasterium unum fertonem cere ad sepedicti domini nostri episcopi kameram circa festum purificationis annis singulis pro annuo censu debeat assignare. Renuntiantes, nomine et auctoritate domini nostri episcopi sepedicti, unâ cum nostro capitulo universo et etiam predicto Ûlrico Vmbinse, omnibus tam in genere quam in specie, per que predicta venditio et eiusdem curie ad manus nostras resignatio, necnon nostra donatio et traditio facta monasterio sepefato possit in posterum enervari casu quolibet contingente. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum exinde conceptum sigillis, nostro videlicet nostrique capituli, duximus muniendum. Nos Walko decanus, Bertoldus thesaurarius, Burcardus scolasticus et cantor totumque capitulum maioris ecclesie in Constantia predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus profitemur, sigillum nostri capituli huic instrumento cum sigillo predicti domini Hainrici, nostri prepositi, vicem gerentis domini nostri episcopi, tunc existentis extra provinciam, generalem, pro facti

Digitized by Google

ratihabitione et testimonio apponentes. Actum et datum apud Constantiam anno domini M° CC° LXXVII°, in crastino Agathe, indictione quinta. Ego Ůlricus Vmbinse sub sigillis predictis predicta profiteor esse vera.

Perg. Or. Bischöflich Konstanzische Kanzleihand. An Pergamentstreifen hängen 2 Siegel aus Malta: 1. des Dompropsts Heinrich wie an No. 555, drei Daumeneindrücke. — 2. des Domkapitels, bekannt, durch Fingereindruck gratartig erhöht. Cod. Sal. III, 244 No. CCI.

1277. Febr. 6. Sandegg. Abt Albert und der Convent von Reichenau übergeben Güter zu Lützelstetten, mit denen der Ueberlinger Bürger Ulrich Umbinse von ihnen belehnt war, nachdem dieser sie dem Kloster Salem verkauft und dem Lehensherrn resignirt hatte, gegen einen Pfefferzins dem genannten Kloster. 559.

Omnibus hac paginam inspecturis Albertus dei gratia abbas totumque capitulum Augie Maioris rei geste noticiam cum salute. Ne gesta modernorum in posterum evanescant, litterarum debent || serie perennari. Eapropter noverint universi, quod cum vir discretus Ůlricus dictus Vmbinse, civis in Vbirlingen, possessiones in curti, areis, agris, pratis et aliis, quibuscumque nominibus censeantur, || sitas in villa, que dicitur Lucelestetin, quas a nobis et nostris predecessoribus iure, quod vulgo dicitur *manlehin*, tenuerat illucusque, eo iure, quo ipse possederat, nostro ad hoc consensu et omnium, quorum || interat, concurrente, in monasterium de Salem iusto venditionis titulo transtulisset, pleno iure perpetuo possidendas, et ut ipsa venditio, donatio et traditio effectum debitum sortiretur, iamdictas possessiones sine exceptione omnes et singulas cum omnibus suis attinenciis, quas a nobis in villa tenuerat prenotata, ad manus nostras libere resignasset, nos easdem possessiones omnes et singulas pro annuo censu, videlicet dimidia libra piperis, ad cameram abbatis, qui pro tempore fuerit in Augia Maiori, circa festum Martini annis singulis assignanda, in monasterium de Salem transtulimus, perpetuo possidendas, hoc adiecto, ut si nos vel successorum nostrorum quicumque sepedictas possessiones per emptionem voluerit rehabere, predicto monasterio de Salem quadraginta marcas argenti legalis ponderis Constantiensis dare, omni excepcione et cavillatione postposita, teneatur, ita ut nichil in sortem de perceptis medio tempore proventibus computetur. Renunciantes una cum pre-

Digitized by Google

dicto Ůlrico Vmbinse omnibus, per que predicta venditio, donatio et traditio posset in posterum in irritum revocari. Actum et datum in Sandekke, anno domini M° CC° LXXVII° in crastino Agathe, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dilectis in Christo Burcardo de Heuwin, preposito ecclesie nostre, Alberto Pincerna de Salwinstain et magistro Ůlrico Spůl dicto, clericis, Hainrico de Honburc, milite, Cůnrado de Salwinstain, et de fratribus de Salem Hainrico cellerario maiori et Hainrico de Ezzelingen aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur et evidenciam presens instrumentum exinde conceptum sigillis nostri, videlicet abbatis, nostrique capituli duximus muniendum. Ego Ůlricus Vmbinse, civis in Vbirlingen, premissa omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera, et quia sigillum proprium non habui, sigillo iudicum Constantiensium procuravi presentem cedulam ad ampliorem certitudinem conmuniri.

Perg. Or. Reichenauer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Abtes und Convents von Reichenau und des Officials von Konstanz, bekannt (1 und 2 mit je 2 Daumeneindrücken, 3 mit einem Daumeneindruck). Vgl. unten No. 571.

1277. Febr. 26. Salem. Abt Ulrich und der Convent von Salem übertragen einen Hof zu Neufrach, den der Konstanzer Bürger Hugo Spul von dem Ritter Heinrich von Neufrach und dessen Bruder käuflich erworben, nachdem dieser auf Spuls Bitte das Eigenthumsrecht des Hofes auf das Kloster Salem übertragen hatte, genanntem Spul als Erblehen. 560.

Omnibus Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis frater Ůlricus abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, salutem et || orationes devotas in omnium salvatore. Ordinate discretionis quorumlibet interesse decernitur, ut beneficia gratuite voluntatis ex affectu manancia eque lancis vicissitudine recompensent. Noverint igitur omnes et singuli tenorem presentium ex nunc in antea perlecturi, cum discretus vir Hugo dictus Spůlo, civis Constantiensis, pro honorando viro Hainrico de Nîveron milite et . . fratre || suo curiam dictam *des Phlůgershof* sitam Nîveron in *Linzgů*, que reddit annuatim in solutione octo modios et unum quartale spelte et quatuor modios et dimidium quartale avense mensure de Vberlingen et 14 solidos denariorum usualis monete, cum omnibus suis appendiciis sive pertinenciis infra septa ville et extra, quibuscumque tam in genere quam

Digitized by Google

in specie censeantur nominibus, pro septem marcis et dimidia argenti ponderis usualis iusto et legali emptionis titulo compararit, idemque miles et . . frater suus ad preces iamdicti civis eandem curiam, sicut dictum est, cum omnibus suis pertinenciis et appendiciis tam pro se quam pro omnibus suis in evum heredibus resignantes, ipsam nobis sive nostro monasterio proprietatis titulo, sicut et sibi pertinere dinoscebatur, perpetuo possidendam liberaliter contradiderint, se contra quoslibet eiusdem curie decetero impetitores veros et legitimos warandos, tam pro nobis sive nostro monasterio, quam pro ipso cive suisque heredibus per iuramentum super hoc corporaliter prestitum constituendo, quod nos, beneficium nobis nomine nostri monasterii ab aliquotiens dicto cive ex affectu adeo gratuito impensum eque lancis vicissitudine rependere cupientes, sibi omnibusque et singulis suis utriusque sexus heredibus habitis vel habendis prememoratam curiam pro annuo censu, scilicet uno fertone cere, in assumptione beate virginis annis decetero singulis sub hac conditione solvendo, quod quilibet ipsius curie in posterum possessor, si a iamdicto assumptionis festo tribus septimanis elapsis prescriptum censum nondum solverit, quod in penam ad solutionem trium solidorum monete usualis nobis sive nostro monasterio teneatur, sub omni libertate, que feodis competit censualibus, duximus concedendam, puta ut idem civis omnesque et singuli sui, sicut dictum est, heredes necnon universi, in quos quampluries dicta curia per aliquem subscriptorum modorum translata extiterit, eandem vendendi, obligandi, permutandi, donandi, legandi sive per quemcumque modum alium in personam aliam vel alias utriusque sexus, cuiuscumque condicionis et etatis, coniunctim vel divisim transferendi necnon de ipsa in vita vel in morte quicquid placuerit ordinandi, nobis vel nostris successoribus irrequisitis, dum modo nostrum monasterium sub pena prefata suo non fraudetur censu, plenam et liberam habeant facultatem. In quorum omnium et singulorum testimonium et robur firmius nos omni iuris communis vel privati, canonici aut civilis auxilio et exceptioni litterisque sive indulgenciis quibuslibet a sede apostolica vel aliunde impetratis aut impetrandis, necnon constitutionibus nostri ordinis editis aut edendis occasionique cuivis iuris et facti tam in genere quam in specie pretextu, cuius supradicta aut aliquid eorum

Digitized by Google

a nobis vel nostris successoribus impeti possent quomodolibet vel cassari, tam pro nobis quam pro eisdem nostris successoribus, sine dolo et fraude qualibet renuntiantes, sepedicto Hugoni dicto Spůl, civi Constantiensi, suisque heredibus omnibus et singulis presens instrumentum dedimus, sigillorum nostri, quo nos abbas et conventus in communi utimur, et sepius dicti Hainrici de Nîveron militis, quo et prememoratus . . frater suus, cum proprium non haberet, est contentus, robore communitum. Acta sunt hec Salem ante stupam hospitum, presentibus . . bursenario, Nycolao, . . cellerario minore, Wernhero Avunculo, sacerdotibus atque nostris confratribus et dicto Kôfman, converso nostro, Rûdolfo Johelario, Cûnrado filio suo et Ûlrico dicto Bænninger,[1] civibus Constantiensibus et aliis quampluribus fide dignis, anno domini M° CC° LXXVII°. IIII kalendas marcii, indictione quinta.

Nos[2] Hainricus miles de Nîverron et . . frater suus profitemur et recognoscimus per presentes, nos sepissime memorato Hugoni dicto Spůl, civi Constantiensi, suprascriptam curiam pro septem marcis argenti et dimidia, quas nos recepisse similiter profitemur, iuste et legaliter vendidisse, necnon eandem, ad preces eiusdem civis, resignatam pretaxatis . . abbati et conventui de Salem, ordinis Cysterciensis, nomine sui monasterii titulo proprietatis, quo et nobis pertinuit, possidendam contradisse. Unde et nos sigillum mei, scilicet Hainrici militis, quo ego . . frater suus, cum proprium non haberem, contentus sum, presenti cedule duximus appendendum. In domino feliciter amen.

Perg. Or. Vermuthlich Salemer Kanzleihand, ein neuer bisher noch in keiner der mir vorliegenden Salemer Urkunden gebrauchter Ductus. Viele Buchstaben der ersten Zeile eigenartig verziert. Von der gleichen Hand ist ein Duplicat vorhanden. An jedem Original zwei Siegel aus Wachs an bunten leinenen Litzen: 1. des Abtes von Salem (bekannt, auf der Rückseite durch Fingerdruck gratartig erhöht), — 2. des Heinrich von Neufrach. rund, 33 mm, (IV A 2) der Dreieckschild dreimal getheilt. Umschrift: † **s. henrici. de. nivvron.** (Rückseite glatt.) Die erste Urkunde des Abtes Ulrich (Gräter, Gratarius von Biberach).

1277. Febr. 27. Biberach. Die Vormünder der Söhne des Truchsessen Walther von Warthausen verkaufen die Mühle zu Birkendorf an den Biberacher Bürger Konrad Friwo. 561.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis Bertoldus et Eberhardus de Rordorf

[1] Das Duplicat hat Bætminger. — [2] Auch im Or. alinea.

Digitized by Google

et de Walpurch, imperialis || aule Dapiferi, Swiggerus senior et Swiggerus miles et Hainricus, filii sui, de Mindelberc rei geste noticiam. Cum propter multiplices diversorum negotiorum solli||citudines, quibus humana debilitas frequentius atteritur, ab evis evanescunt, memoria quorum fit opportunum recordari, ut autem robur diutturnitatis capiant || firmissimum, literarum serie perstringuntur. Noscant igitur singuli ac universi, quos fuerit opportunum non ignorare, nos unanimo consensu necnon Adilhaidis,[1] relicte beate memorie Waltheri Dapiferi de Warthusen, prout legittimi tutores pupillorum Eberhardi et Waltheri fratrum de Warthusen esse dinoscimur eorundem, Conrado dicto Friwoni suisque heredibus marcis 24 argenti vendidisse molendinum in Birkidorf cum omni iure, quod vulgo dicitur *ehaftin*, pertinente ad curtile molendini nominati, ne gravius rerum suarum dispendium paciantur. Confitemur tenore presentium, antedictam summam pecunie nobis plenarie fore a Conrado nominato, cui idem molendinum pheodi nomine possidendum contulimus, [persolutam]. Renunciantes omni actioni et exceptioni et rationibus canonum seu legum nomine pupillorum predictorum, si quibus contra ipsum Conradum, civem de Biberach, aut heredes ipsius uti[2] aliquo iure nobis ad hoc concesso uti possemus, seu per nos ad ipsum conveniendum et excipiendum contra testes. Werandiam cautionis ipsi prestamus fideiussorie per Hainricum de Vriberc, Diethohum nobilem de Winiden, Bertoldum militem de Kuzzenkouen, Waltherum de Munegoltingen, Lud(ewicum) de Stadegun et Hainricum de Tanne, quod si idem Conradus aliquod impedimentum senserit contradicendi, nisi ipsum inpheodent et suos heredes, cum ad etatem maiorem pervenerint, ut aliud faciendi, ordinandi, quod sibi fore factum utile recognoscat, ita quod personis decem conferant, quibus idem Conradus voluerit et petierit nomine pheodali conferendum,[3] Eberhardus et Waltherus de Warthusen Dapiferi nominati, videlicet Hainrico seni Hûpmanno, Hainrico et Liutramo dictis Hûp[mann], Bertoldo seni ministro, Burcardo de Tiuffenbach, civibus in Biberach, necnon fratri Reinhardo, magistro hospitalis, et aliis personis decem, quas Conradus Friwo prelibatus aut heredes ipsius ad

[1] Der Name Adilhaidis ist von anderer Hand und mit anderer Tinte nachgetragen. — [2] Steht hier überflüssig. — [3] Von hier an andere Hand und andere Tinte.

Digitized by Google

hoc eligunt, ut pacto bone fidei cum suis pertinenciis absque contradictione qualicumque (?) Hoc etiam adiecto, quod si fideiussorum unus fideiussor iam dictorum nature debitum persolverit, aut plures fideiussores viventes infra mensem, postquam amoniti fuerint, nomine obstagii in civitate Biberach se debent presentare, non abinde recessuri, antequam pro non viventibus fideiussoribus alii, qui sint, solvendo obligentur Conrado et heredibus suis nominatis, ita quod decem sint semper fideiussores viventes. Nos Swiggerus senior, Swiggerus miles et Hainricus fratres, filii senioris antedicti, bona fide promittimus, ut omni diligentia aput serenissimum dominum nostrum Rûdolfum, Romanorum regem, nostras peticiones fundamus devotas, quod proprietatem fundi eiusdem molendini, quia ad imperium sacrum pertinet, hospitali sancti spiritus in Biberach eroget, quod si factum fuerit per eum, fideiussores antedicti, quos omnes unâ nobiscum obligavimus in solidum, sumus absoluti. Sin autem ipsi pupilli, cum ad annos veniant discretos, laborare debent studiose per dominum regem Romanorum, ad quem molendini eiusdem et ad imperium Romanum spectare dinoscitur proprietas, [ut eam] eroget hospitali nominato ad eorum petitionem. Verum si id nequeunt obtinere, Conradum Friwonem, civem de Biberach sepedictum, et heredes suos et alios, quos petierit, debent inpheodare eodem molendino cum suis pertinenciis. Et ut supra expressum est literisque eorum et sigillis appensis confirment et testibus, ut mos est, eandem inpheodationem, quo altero istorum completo fideiussores prelibati absoluti sunt, quod nos senior et filii nostri de Mindelberc, nomine pupillorum Eberhardi et Waltheri antedictorum in solidum obligati, ipsi Conrado et suis heredibus finaliter ab ipsis pupillis adimpleri [promittimus] cum fideiussoribus prelibatis. Insuper statuimus ordinantes, ut homines qualicumque conditione ipsis pertinentes vel eorum successoribus, ut eorum annonam non molant in eodem molendino, nullatenus impediantur aut ex hoc suorum dominorum offensam se noscant incursuros. Nos etiam uxor, nomine Adilhaidis, nobilis viri domini Bertoldi de Druhcpurch, filia domini Ůlrici beate memorie Dapiferi de Warthusen, precibus nostrorum consanguineorum mittigata, renunciamus omni iuri hereditario de consensu mariti nostri nominati, quod super molendino eodem iure concesso videbamur habere, renunciamus et omni actioni et exceptioni

Digitized by Google

tam iuris canonum quam legum nomine heredum nostrorum. Ad cuius renunciationis confirmationem, ne sepedictus emptor, Conradus Friwo et sui heredes, civis de Biberach, inpulsationem a nobis vel inposterum a nostris patiantur heredibus, presentem paginam sigillo domini et mariti nostri antedicti duximus communire. Huius rei sunt testes vocati necnon rogati a nobis Conradus miles de Osterhouen, Andreas miles de Lanquat, dominus Bertoldus de Scheuolzegge, Hainricus et Liutrammus, fratres Hainrici senioris dicti Hûpman, Bertoldus senex minister, Hainricus Trutelerius, minister et Albertus Trutelerius, frater ministri, Conradus Lupus, Conradus dictus Veterro, Bertoldus Ungerehtus, Burcardus de Tiuffenbach, Hermannus Pannicida, H. Institor, Diet(ricus) Griesingus, Lud(ewicus) Kephingus, Bertoldus Monetarius, H. Wimau Ru(dolfus) Grawelo, Ůlricus Grater, Hainricus Munsterli, Eberhardus, minister de Gezwingge, Bertoldus Côssar. Et ut hec rata maneant et inconvulsa, presentem paginam nostris sigillis consignamus, ut etiam pro testibus admittatur, si fiat opus, quicumque hoc scriptum intueantur. Datum et actum in civitate Biberach ante domum Bertoldi Ungerehti, proximo sabbato ante dominicam, qua cantatur oculi mei semper, presentibus civibus de Biberach, testibus antedictis, anno domini M° CC° LXXVII°, indictione quarta, feliciter. amen.[1]

Perg. Or. Fremde Hand. 5 Siegel aus Malta an sehr schmalen Pergamentstreifen: 1. des Berthold von Rohrdorf, rund, 55 mm, (IV A 2) im Dreieckschild das bekannte Wappenbild der Truchsessen von Waldburg, Rohrdorf, Warthausen u. s. f. drei leopardierte Löwen. Von der Umschrift sind nur noch die Buchstaben **s. bert ..... ern ..... ro ....** zu lesen (auf der Rückseite 2 scheinbar von einem Instrument [Griff des Stempels?] herrührende tiefe Eindrücke). — 2. Des Berthold von Trauchburg, rund, 45 mm, (IV A 2) in dem Dreieckschild, dessen Enden in den Schriftrand hereinragen, ein nach rechts schauender Ochsenkopf (sehr rohe Arbeit). Umschrift: † **s. bertoldi. de. druhb'g.**, (Rückseite glatt) — 3. des Swigger von Mindelberg, rund, 53 mm, (IV A 2) im Dreieckschild ein leopardierter Löwe auf einem Vierberg, darunter 4 wellenförmige Linien. Umschrift: (†) **s. svig(g)eri. de. mindelberg.**, (Rückseite wie 1.) 4. des Walther Truchsess von Warthausen, spitzoval, 60:40 mm, (IV C) auf der linken Schildecke des schräg rechts gesenkten Dreieckschildes, in welchem sich das bekannte Wappenbild befindet, der Kübelhelm mit Kleinod (Ball mit Pfauenspiegeln besteckt), (Rückseite wie 1.)

[1] Zwischen den zwei letzten Buchstaben des Wortes „amen" und nach demselben sind in der Urkunde wellenförmige Linien, unterbrochen durch einige Schriftzeichen, die vielleicht eine Recognition bedeuten.

Digitized by Google

5. (verkehrt anhängend) des Eberhard von Waldburg, rund, 45 mm, (IV A 2), im Dreieckschild das bekannte Wappenbild. Umschrift: † s. ebirhardi. de. waltpvrch. (Rückseite glatt). — Das 4. Siegel, des Truchsessen Walther von Warthausen, merkwürdig durch die bei Laien ungewöhnliche Form, ist auch noch besonders zu erwähnen, weil es angehängt ist, obwohl derselbe nicht mehr lebt. Die Vormünder seiner Söhne hängen es vermuthlich für diese an. In der Urkunde selbst wird dies Siegel nicht erwähnt. — Wie die Urkunde in das Kloster Salem kam, ist nicht ganz klar. Im Jahre 1295 kam die Mühle an das Kloster Heggbach. Auch die darüber ausgestellte, aber keine die Birkendorfer Mühle betreffende Urkunde von späterem Datum befindet sich in dem Salemer Archiv. Der Text der Urkunde ist voll sprachlicher Incorrectheiten, jedenfalls von einem des Lateinischen nicht in ausreichendem Maasse Kundigen geschrieben. Wo es möglich war, ist im Abdruck versucht worden, die Sätze durch Einschiebung von eingeklammerten Worten richtig zu stellen.

1277. März 14. Konstanz. Heinrich Ritter von Homburg, übergibt dem Kloster Salem, mit Zustimmung der Generalvicare des Bischofs Rudolf von Konstanz, sein Gut zu Hirschlanden zu Eigenthum. 562.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus miles de Hohenburch noticiam rei geste. Ut facta || modernorum posteris elucescant, literarum solent serie perennari. Noverint igitur tam posteri quam pre||sentes, quod post obitum filii mei predilecti, in sue anime specialiter necnon mee et meorum reme||dium et salutem, predium meum in Hierselanden universaliter in agris, areis, pratis, silvis, nemoribus, virgultis, terris cultis et incultis, viis et inviis, semitis, itineribus, necnon omnibus aliis iuribus et appendiciis ipsi predio attinentibus, que omnia et singula michi proprietatis titulo pertinebant, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem cum omni libertate, consensu omnium, quorum intererat, concurrente, contuli, tradidi et donavi, ipsorum omnium possessionem vacuam perpetuo pacifice possidendam. Verum cum ipsam donationem per manus reverendi domini R(üdolfi) episcopi Constantiensis facere debuissem, eo quod Constantiensi ecclesie ministeriali titulo sim subiectus, ipsam donationem per manus honorabilium domini H(ainrici), summi prepositi, et magistri H(ainrici) de Basilea, officialis curie, vicem predicti domini episcopi, tunc extra provinciam existentis, gerentibus generalem, accedente consensu capituli, perduxi legittime facta donatione publica iam dicto monasterio ad effectum. Renuncians pro me omnibus, tam in genere quam in specie, per que possent

Digitized by Google

predicta in posterum enervari. Acta sunt hec apud Constantiam, anno domini M° CC° LXXVII°, II. idus martii, indictione quinta, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet H(ainrico) summo preposito, Walkone decano, Ber(tholdo) custode, Bur(cardo) preposito Episcopalis Celle, R(ûdolfo) de Tannenvelse, H(ainrico) de Wigoltingen, Ûlrico milite de Oberiederne aliisque quam pluribus fidedignis. In cuius facti robur perpetue firmitatis presens instrumentum super hoc confectum et sigillis, meo videlicet et predictorum summi prepositi et magistri H(ainrici), officialis curie, necnon capituli munitum, dicto monasterio tradidi pro testimonio et cautela. Nos H(ainricus) prepositus et magister H(ainricus) officialis, domini R(ûdolfi) episcopi Constantiensis vicarii generales, totumque capitulum predicta omnia, prout premissa sunt recognoscimus esse vera, huic instrumento sigilla nostra pro ratihabitione premissorum et testimonio apponentes.

Perg. Or. Unsicher, ob Salemer oder Konstanzer Kanzleihand, 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. Des Dompropsts Heinrich wie an No. 555 (3 Daumeneindrücke). — 2. Des Magisters Heinrich, spitzoval, 45:27 mm, (II B) das Brustbild eines Bischofs, darunter ein Stern, Umschrift: † **s. magistri. h. vicarii. epi. constanc.** (auf der Rückseite eine schräge Einkerbung). — 3. Des Domcapitels, bekannt (durch Fingereindruck gratartig erhöht). Das Siegel des Heinrich von Homburg hängt nicht an der Urkunde. Cod. Sal. III, 222 No. CLXXXII.

1277. März 23. Viterbo. Papst Johannes XXI. untersagt jedermann, unter dem Vorwand eines Rechtsanspruches sich an Mönchen, Conversen oder Besitzgegenständen des Klosters Salem zu vergreifen. 563.

Johannes episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii de Salem, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli clerici et laici asserentes, se in vos aliquid || questionis habere, aliquando monachos, interdum conversos et nonnumquam animalia et alia bona monasterii vestri, pretextu || cuiusdam prave consuetudinis, temeritate propria vadiare, invadere ac tandiu detinere presumunt, donec sit eis de huiusmodi questionibus iuxta ipsorum beneplacitum satisfactum, quamquam iurisdictionem, qua hoc possint, in vos non habeant ordinariam seu etiam delegatam. Cum itaque iudicialis vigor sit ideo in medio constitutus, ut nemo sibi audeat presumere ultionem,

Digitized by Google

et ob hoc id, tamquam nullo iure subnixum, non sit aliquatenus tolerandum, nos, volentes quieti vestre consulere ac predictorum malitiis obviare, auctoritate presentium districtius inhibemus, ne quis predicte consuetudinis occasione vobis memoratas inferre molestias ac bona monasterii vestri absque iuris ordine occupare, vadiare seu quomodolibet detinere presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et || beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii X. kalendas aprilis, || pontificatus nostri anno primo. ||

Perg. Or. An rothen und gelben Seidenfäden die Bleibulle. Avers: die Apostelköpfe. Revers: Jo||hannes|| pp. XXI. Links unten oberhalb der Falte: R. Demetr. iij. Auf der Rückseite oben: P. de. Ass. ph. Cod. Sal. III, 271 No. CCXXI.

1277. April 26. Markdorf. Heinrich und Werner von Raderach übergeben, in Erfüllung letztwilliger Verfügung ihres verstorbenen Vaters, Werner von Raderach, dem Kloster Salem eine Schupose in Wittenhofen und mehrere Eigenleute. 564.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus et Wernherus, filii quondam Wernheri de Raidrai, noticiam rei subscripte. || Ut rerum gesta memorie commendentur et omnis calumpniandi materia posteris subtrahatur, utile est, ea scriptuarum || testimonio perhennare. Universis igitur elucescat, quod cum bone memorie dominus Wernherus dictus Gniftinch, progeni|tor noster, anime sue precavens in futurum, schûpozam sitam in Wiettenhouen, que titulo proprietatis eidem competebat, monasterio de Salem, Cisterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, cum omni iure, quo possederat illucusque, memoriale contulit in testamentum, nos vero, eidem gratie non solum consensum tribuentes, sed etiam cupientes studiosissime ampliare, tres famulos, videlicet Ûlricum, Hermannum, Berchtoldum fratres, dictos die Witzigin in remedium animarum nostrarum, insuper in expensis pro officio sepulture bone memorie prefati nostri progenitoris, tam pro hospitibus quam pro conventu memorati monasterii factis, ipsum monasterium indempne reddere volentes, Berchtoldum et Cûnradum, filios quondam Berchtoldi de Hegebach, cum Gerdrudi, sorore eorundem, Burcardum quoque,

Digitized by Google

filium quondam Hainrici dicti Bomer, cum Elsa, eiusdem uxore, quorum omnium proprietas nobis iure hereditario, excepta Eilsa prefata, quam titulo feodi possedimus, contingebat illucusque, sollempni donatione, manibus legittime missis, quicquid iuris in prefatis habuimus, cum personis et rebus transtulimus in monasterium prelibatum, tali conditione interiecta, ut ab octo libris denariorum currentis monete, in quibus monasterio prefato pro expensis memoratis obligatione fideiussoria tenebamur, absoluti redderemur, et insuper una libra nobis, nostris expendenda usibus, redderetur. Hiis taliter expletis, renunciasse nos in premissis et quolibet articulo premissorum, beneficio restitutionis in integrum, deceptioni ultra dimidiam iusti precii, exceptioni doli et generaliter omni auxilio cuiuscumque iuris et conswetudinis, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque possent quovis ingenio violari, [profitemur]. In[1] cuius rei testimonium presens instrumentum sigillorum nostrorum robore communimus. Datum et actum apud Marchdorf, anno domini M° CC° LXXVII°, VI° kalendas maii, indictione V^a^, testibus subscriptis presentibus, nominatis et rogatis, videlicet Swiggero de Teggenhusen, Ůlrico de Marchdorf, . . plebano de Wiettinhouen, Hermanno Schamblier, Hainrico Mv̊ris, Bur(cardo) Zoller de Marchdorf, Berchtoldo Vâscher et aliis quam pluribus.

Perg. Or. Fremde Hand, mit conceptartigem Ductus, 2 Siegel aus Wachs an Pergamentstreifen: 1. des Heinrich von Raderach, schildförmig, 45:35 mm, (IV A 2) im Dreieckschild das achtspeichige Rad, Umschrift: † s. **haurici. de. radirai.**, — 2. des Werner von Raderach, rund, 40 mm, (IV A 2) im Dreieckschild das gleiche Wappenbild. Umschrift: † s. **wenni. ivnioris. gniftingi. de. raderai.** (Auf der Rückseite sind beide gratartig erhöht.) Cod. Sal. I, 292 No. CLXVI.

1277. Mai 12. Treviso. Bischof Rudolf II. von Konstanz ermächtigt die Mönche des Klosters Salem, allen, die im Kloster oder in dessen Gebiet der Predigt anwohnen, einen Ablass von 30 Tagen zu ertheilen. 565.

R(udolfus) dei gratia episcopus Constantiensis, dilectis in Christo . . abbati et conventui de Salem, || ordinis Cisterciensis, salutem et sinceram in domino karitatem. Quoniam ex pastoralis debiti || officio pie domino famulantes, ut verbi dominici plus amore ardeant, piis tenemur actibus || confovere, hinc est

[1] Von hier an wird die Schrift kleiner und der Abstand der Zeilen geringer.

Digitized by Google

ut karitati vestre, auctoritate potestatis ordinarie, presentibus indulgemus, ut quicunque monachus vestri monasterii, in eodem monasterio vel aliis eidem monasterio attinentibus, verbum dominice proponat predicationis, 30 dierum indulgenciam omnibus verbum dei audientibus, auctoritate nostra et divina accedente misericordia, indulgeat et concedat. Datum Tervisii, anno domini M° CC° LXX° septimo, IIII° idus maii, indictione quinta.

Perg. Or. Sehr kleine Urkunde, 15,5 cm breit, 6,5 cm hoch. Fremde, kleine, sehr feine Hand, theilweise fast verlöschte Schrift. Das Siegel, das wie bei No. 432 befestigt war, ist abgefallen.

1277. Juni 24. Pfullendorf. Friedrich Knüzer von Ochsenbach übergibt das ihm zustehende Leibgedingsrecht an dem Vögelinshof zu Ochsenbach dem Kloster Salem. 566.

Omnibus hanc paginam inspecturis Fridericus dictus Knivzer de Ohsobach rei geste noticiam cum salute. Noverint universi, quos || nosse fuerit oportunum, quod ego ius pheodale, quod vulgo *lipgedinge* dicitur, quod michi in medietate curie site in Ohsobach, dicte Vögellins|hof et in omnibus suis attinenciis, cuius proprietas in parte dimidia monasterio de Salem noscitur pertinere, reliqua vero parte Hainrico dicto Vulle||dir, civi in Pfullendorf, attinente, ab utrisque, scilicet cive predicto et iamdicto monasterio communiter nunc possessa, ratione emptionis, quam feceram, pertinet pleno iure et hucusque noscitur pertinere, in monasterium transtuli antedictum subnotatis conditionibus preconceptis, videlicet ut ego proventus, qui inde de anno in annum colligi poterunt, percipiam ex integro tantum usque ad obitum mei solius, post quem redibit ad dictum monasterium absolute, et tres marcas argenti legalis ponderis Constantiensis mihi in obitu meo ad faciendum testamentum vel ad solvendum creditoribus quibuscumque, si tamen ipsas tres marcas requisiero, ipsum monasterium tenebitur assignare, quod si, causa necessaria perurgente, cogar alienare dictam curiam vel distrahere, quoquomodo habere debeo liberam facultatem, nec aliqui heredum meorum, nunc nati vel in posterum procreandi, in dicta curia vel proventibus seu in pecunia antedicta in meo obitu vel in vita mea quicquam iuris seu actionis sibi vendicare debent casu quolibet contingente. Et in recognitionem omnium pre-

Digitized by Google

dictorum ego dimidium fertonem cere in festo Martini annis singulis ipsi monasterio teneor assignare. Acta sunt hec in Pfullendorf, anno domini M° CC° LXX° VII°, in die Johannis Baptiste, indictione V^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Friderico de Magenbûch milite, Cûnrado de Lægellun, Ûlrico de Husen, Hainrico ministro, Friderico in Valle, Hainrico Græmlich, Hainrico Zimlich, Marquardo Cratzenbuch et Rûdolfo precone aliisque quam pluribus probis viris. Et quia sigillum proprium non habui, sigillis venerabilium in Christo . . abbatis et conventus de Salem necnon universitatis in Pfullendorf presentem paginam ad evidentiam omnium predictorum et testimonium communivi. Nos Hainricus minister et universitas in Pfullendorf predicta omnia esse vera presentibus protestamur, sigillum nostrum huic pagine ad petitionem partium pro testimonio apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: des Abtes von Salem (auf der Rückseite gratartige Erhöhung) und der Stadt Pfullendorf (auf der Rückseite Daumeneindruck) beide bekannt.

1277. Juni 28. Ulm. Die Grafen Ludwig und Eberhard von Spitzenberg verzichten, nach längerem Rechtsstreit mit dem Kloster Salem über die von Rudolf von Bodman erworbenen Güter zu Owingen, auf ihre Ansprüche an dieselben, indem sie ihre durch Belehnung erworbenen Rechte an das Kloster Reichenau zurückgeben. 567.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ludowicus et Eberhardus, filius suus, comites de Spizzinberc rei geste noticiam cum salute. Ne lites sopite per concordiam iterum recidivent, literarum debent et testium testimo||nio perennari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum nos venerabiles in Christo . . abbatem et conventum de Salem hincinde in forma iuris et extra in causam pluries traxissemus, credentes nos habere || actionem legittimam contra ipsos super eo, quod iidem possessiones in Owingen sitas a quondam Rûdolfo milite de Bodemen et suis filiis iusto emptionis titulo publice comparatas sine consensu nostro compararunt et ipsarum || possessionum possessionem vacuam intraverunt, quas nos a reverendo domino . . abbate Augie Maioris in pheodo tenuimus et dicti de Bodeme a nobis iure pheodali debebant similiter possidere, et in hoc ipsi de Bodeme in venditione dictarum possessionum et ipsi de Salem in ipsarum emptione cognoscere ius nostrum penitus neglexissent, tandem post multa ipsa lis, mediantibus

Digitized by Google

probis viris est decisa, ut, receptis a dicto monasterio undecim marcis argenti legalis, ponderis Constantiensis et a monasterio pretaxato absolveremur a debitis viginti et quatuor librarum denariorum Constantiensium et unius marce argenti, in quibus ei, ratione dampnorum sibi per nos illatorum, fuimus obligati, a iure nostro, si quod nobis competeret in possessionibus antedictis, et omni actione predictum monasterium penitus absolvamus. Verum cum nostrum ius in premissis aliquantulum claudicaret, consilio proborum virorum prehabito, predictam litis decisionem eo modo, ut dictum est, consensu omnium, quorum intererat, prehabito, voluntarie duximus admittendum. Renunciantes pro nobis et nostris heredibus universis omnibus, que in dictis possessionibus quocumque titulo competerent vel competere viderentur, necnon omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, omni subsidio tam legum quam canonum, omni consuetudini tam loci quam patrie, necnon omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta compositio et nostre actionis seu iuris relaxatio posset in posterum enervari. Et ad maiorem cautelam ipsi monasterio de Salem faciendam ius, si quid habuimus in possessionibus supradictis, reverendo domino . . abbati Augie Maioris, a quo, ut credimus, de ipsis fuimus inpheodati, per virum discretum Hainricum militem de Ånmarchingen, eiusdem ecclesie ministerialem, duximus remittendum. Profitemur etiam, predictam pecuniam nos integraliter recepisse et in usus proprios convertisse. Acta sunt autem hec in Ulma, anno domini M° CC° LXX° VII°, in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli, indictione V., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ůlrico et Hainrico fratribus comitibus de Schalklingen, Bertholdo de Niphin, Ůlrico de Aichain, nobilibus, Hainrico de Ånmarchingen, Diepoldo de Bernhusin, Hainrico de Rordorf, . . dicto Gussi, Friderico de Beringen, . . de Trakinstain, militibus, fratre Friderico de Gingen, commendatore domus Teutonicorum in Vlma, Hainrico de Niphin et Ludowico, quondam ministro in Biberach, fratribus eiusdem ordinis, Ottone ministro in Vlma, Wernhero dicto Monacho, Ůlrico dicto Scriba, Ůlrico Craftone, Ottone, Dietrico et Hermanno, filiis suis, civibus in Vlma, aliisque quampluribus probis viris. Ut autem hec in posterum permanere possint penitus inconvulsa, presens instrumentum super premissis confectum sepememoratis . . abbati et conventui de Salem nomine eorum

Digitized by Google

monasterii tradidimus, sigillorum nostrorum munimine roboratum.

Perg. Or. Reichenauer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. Des Grafen Ludwig von Spitzenberg, rund, 50 mm, (IV A 1), im Siegelfelde ein nach rechts gerichteter Elephant auf einem Dreiberg, Umschrift: † **s. comitis. lvdewici. de. spicenb.**' — 2. Des Grafen Eberhard von Spitzenberg, rund, 55 mm, (IV A 2) im Dreieckschild ein nach rechts gerichteter Elephant auf einem Vierberg, dessen Spitzen den mit Perlen gezierten Zacken einer Krone gleichen, Umschrift: † **s. comitis. eberhardi. de. spizzenperch.** Beide Siegel haben je 3 tiefe Einkerbungen in den gratartig erhöhten Rückseiten. Cod. Sal. III, 23 No. XXI. Reg. Ztschr. 3,90. Eine dem Abt Albert von Reichenau diese Resignation notificierende kurze Urkunde vom gleichen Datum enthält der Cod. Sal. III, 24 No. XXII. Vgl. oben No. 498 und 499 die Urkunden, wonach Graf Ulrich von Helfenstein auf seine lehenherrlichen Rechte an den Bodman'schen Gütern verzichtet hat. Vermuthlich war das angebliche Recht der Grafen von Spitzenberg, einer Nebenlinie der Grafen von Helfenstein, dabei von Graf Ulrich und den Herren von Bodman ignoriert worden.

1277. Juli 1. St. Gallen. Rumo Abt von St. Gallen und der ganze Convent daselbst melden dem Meister H(einrich), Official, Stellvertreter (vicem gerenti) des Bischofs von Konstanz, dem Propst H(einrich), dem Dekan Walko und dem ganzen Capitel der dortigen Kirche ihre Zustimmung dazu, dass Heinrich von Sammeltshofen (Sanwelzhouen) an Heinrich genannt Zwich, Präbendar des St. Petersaltars in ihrer Kirche, die Hälfte des Hofes in Ennahofen, ein Lehen von St. Gallen, gegen die Hälfte des sog. Magerhofes in Sammeltshofen, ein Lehen von Konstanz, vertausche. Gleichzeitig wird das Eigenthumsrecht der Hälfte des Hofes zu Ennahofen an Konstanz übertragen, nachdem Konstanz schon vorher urkundlich die Uebertragung des Magerhofes zu Sammeltshofen an St. Gallen vollzogen hatte. Datum apud Sanctum Gallum anno domini M° CC° LXX° VII, kalendis julii, indictione V^a. 568.

Cod. Sal. II, 217 No. CLXXIX. Vgl. unten No. 572.

1277. Aug. 12. Schattbuch. Rudolf ein Ritter genannt von Tannheim und Diemut, seine Ehefrau, verkaufen an das Kloster Salem den Wenkenhof zu Weildorf. 569.

Omnibus hanc paginam inspecturis Rûdolfus miles dictus de Tanhain et Diemût, matrona sua, quam tunc habuit, noticiam || subscriptorum. Ut in rite gestis hominum modernorum posteris subtrahatur materia litigandi, acta ipsorum literarum

Digitized by Google

debent et testium testimonio robo||rari. Eapropter noverint universi tam posteri quam presentes, quod cum nos rerum necessitate aliqua premeremur, quam credebamus per alienationem possessio||num nostrarum effugere, immo ipsam alienationem sperabamus fore nobis in utilitatem plurimam profuturam, possessiones nostras, videlicet curiam dictam *Wenkenhove* sitam in Wildorf, quam a monasterio de Salem ambo iure pheodali tenuimus illucusque, eo quod ipsi monasterio ipsarum omnium proprietas attinebat, cum omnibus suis attinenciis, videlicet agris, pratis, pascuis, areis, hortis, domibus, semitis, itineribus, viis, inviis, terris cultis et incultis et omnibus iuribus et appendiciis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus religiosis in Christo abbati et conventui de Salem suoque monasterio, receptis ab eis 60 marcis et una argenti legalis, ponderis Constantiensis, quas recepisse et in usus proprios convertisse presentibus profitemur, adhibita omni sollempnitate, vendidimus, donavimus et tradidimus pleno iure libere possidendam, totum ius nostrum et possessionem vacuam omnium premissorum in iam dictum monasterium transferendo, profitentes, nullas alias possessiones preter tunc venditas et traditas ipsi monasterio in dicta villa eodem tempore nos habere, renuntiantes omni actioni, exceptioni, defensioni, quocumque subsidio, quacumque consuetudine, iuri restitucionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta vendicio, donacio et tradicio possit in posterum enervari, casu quolibet contingente, promittentes ambo et singuli, quocienscumque et coram quocumque iudice vel persona irrequisiti fuerimus, prestare werandiam de premissis. Acta sunt hec aput Schatibv̊ch in provinciali iudicio comitis Sancti Montis, anno domini M° CC° LXXVII II. idus augusti, indictione V^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Fridrico milite de Rieth, Hainrico milite de Anmerkingin, Cûnrado et Ortholfo fratribus dictis de Hasinstain, Fridrico milite et Hainrico fratre eius de Manlishouin, Jacobo dicto Manstoch, Alberto ministro in Vberlingin, Hainrico dicto Schadiman et Wernhero, civibus in Vberlingin, Hugone milite de Livpols, Hermanno dicto Schammilir, Wernhero de Radirai, Berhtoldo milite de Hugolshouin, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetuum presens instrumentum, quia sigilla propria non habuimus, sigillis re-

Digitized by Google

verendi domini officialis curie Constantiensis et nobilis viri Swiggeri de Teggenhusin, tunc vicarii provincialis iudicii comitis Santi Montis, procuravimus roborari. Nos officialis curie Constantiensis et ego Swiggerus de Teggenhusin, vicarius in provinciali iudicio comitis Sancti Montis, predicta omnia, prout premissa sunt, ex relatione et protestatione nobis facta a partibus prelibatis, videlicet abbate de Salem, Rüdolfo milite de Tanhain et Diemût, matrona sua, in nostra presentia constitutis publice coram multis, cognovimus esse vera, sigilla nostra huic instrumento pro testimonio ad peticionem partium ipsarum apponentes.

Perg. Or. (sehr hartes Pergament). Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Swicker von Deggenhausen wie an No. 342 (durch Fingerdruck unregelmässig etwas erhöht). — 2. des Officals von Konstanz (bekannt, Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 134 No. CXXI.

1277. Aug. 23. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass Diethelm von Itasun seine zwei Theile des Zehnten zu Braitenbach dem Kloster Salem überwiesen habe. 570.

Omnibus hanc paginam inspecturis officialis curie Constantiensis rei geste noticiam || cum salute. Constitutus coram nobis Diethalmus dictus de Itasun[1] publice recognovit, se||duas partes decime possessionum in Braitinbach in maioribus et minutis dandas de || omnibus possessionibus dicti loci citra ripam eiusdem villule se versus Merschiberch[2] extendentis, quam ab Efrit milite de Willer conparaverat eo jure, quo ipse possederat illucusque, consensu Gûte, matrone sue, quam tunc habuit, et omnium, quorum interierat, concurrente, in monasterium de Salem transtulisse, libere perpetuo possidendam, retinendo sibi usufructum eiusdem decime tantum ad sui solius et uxoris predicte obitum, ita tamen, ut ex illa usufructuum percepcione mihil iuris suis heredibus conquiratur, sed post ipsorum amborum obitum dictus usufructus ad predictum monasterium libere revertat. In cuius facti evidentiam nostrum sigillum ad peticionem suam necnon abbatis de Salem huic cedule duximus apponendum. Actum et datum aput Constantiam, anno domini M° CC° LXXVII, X° kalendas septembris, indictione V^a.

Perg. Or. Fremde Hand. Das bekannte Siegel des Ausstellers aus Malta hängt an einem Pergamentstreifen an (auf der Rückseite Daumeneindruck). Cod. Sal II, 201. Reg. Ztschr. 3, 481.

[1] So — nicht wie Ztschr. 3, 481 steht Italun — heisst es deutlich sowohl im Or. als im Cod. Sal. — [2] Cod. Sal. hat Mersburch.

Digitized by Google

1277. Sept. 14. Genf. Bischof Rudolf II. von Konstanz bestätigt die in seiner Abwesenheit von seinem Generalvicar, Dompropst Heinrich, verfügte Ueberweisung des Kammererhofes zu Bambergen an das Kloster Salem, welchem ihn der Konstanzer Lehensmann Ulrich Umbinse verkauft hatte. 571.

Rûdolfus, dei gracia episcopus Constantiensis, omnibus hanc paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Ne illa, que rite sunt gesta, in posterum || possint alicui calumpnie subiacere, literarum debent testimonio roborari. Ea propter noverint universi, quod, licet necessitas non deposcit, ex superhabun||danti tamen, donationem factam monasterio de Salem per virum providum et discretum, Hainricum, prepositum nostre ecclesie in Constancia, cui, cum || propter certas causas extra nostram provinciam fuimus constituti, generaliter in omnibus commisimus vices nostras, de curia in Banberc[1], dicta *des Kamirers hof*, quam Ůlricus dictus Umbinse, civis in Ubirlingen, a nobis iure pheodali possederat illucusque et monasterio antedicto vendidit[2] pleno iure, resignatione prius facta ad manus prepositi supradicti, cum omnibus condicionibus expressis instrumento super hoc dato a preposito prelibato, presentibus confirmamus. Suplentes auctoritate ordinaria, quicquid in premissis est neglectum vel insufficienter factum, quod tamen non credimus, nec dicimus, nec volumus, ut in posterum predictum monasterium per quemcumque aliquod dispendium paciatur, sed, prout factum est, inviolabiliter perseveret. Ad cuius facti robur incommutabile huic instrumento porrecto monasterio de Salem nostrum sigillum duximus apponendum. Datum Gebenne anno domini M°. CC°. LXXVII°. in exaltatione sancte crucis, indictione quinta.

Perg. Or. Konstanzer Kanzleihand. An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Ausstellers aus Malta, spitzoval, 65:40 mm, (III A 3) sitzender Bischof, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken den Stab, dessen oberer Theil in den Schriftrand hineinragt, zu Füssen des Bischofs ein kleiner Löwe (wohl ein Hinweis auf das Wappenbild der Grafen von Habsburg-Laufenburg, deren Geschlecht Bischof Rudolf angehörte), Umschrift: † sł. rv̂dolfi. dei. gra. epi. constancien. (Ausserordentlich schön erhaltenes Exemplar), auf der Rückseite drei schräge, nicht sehr tiefe Einkerbungen. Cod. Sal. III, 244 No. CC.

[1] Das Or. hat de curia dicta in B. dicta des . . . — [2] S. oben No. 559.

Digitized by Google

1277. (September?) o. T. Konstanz. **Bischof Rudolf II. von Konstanz verleiht dem Priester Heinrich Zwicke einen genannten Konstanzer Dienstmannen und Lehensleuten abgekauften Hof zu Ennahofen nach erfolgter Resignation derselben.** 572.

Omnibus Christi fidelibus presentis seriem scripti inspecturis R(ûdolfus), dei gratia episcopus Constantiensis, salutem cum noticia subscriptorum. || Ut rebus gestis inpetitionis future materia precludatur, prodest, ipsas scripturarum et testium signo noticie suggeri posterorum. Noverint || igitur universi presentem seriem inspecturi, cum dilectus noster Hainricus sacerdos dictus Zwicke, subthesaurarius[1] ecclesie nostre, quandam curiam || sitam in Ennhoven cum omnibus suis pertinenciis a viris discretis . . de Menlishouen et Hainrico de Sanwelshouen, ecclesie nostre ministerialibus, quam ipsi a nobis in feodum homagiale tenuerunt, pro viginti et septem libris denariorum monasterio Constantiensi emptionis titulo comparasset, nos, devotis precibus iamdictorum . . de Menlishouen et Heinrici de Sanwelshouen, necnon et persone prefati sacerdotis meritis inclinati, curiam eandem ab eisdem nostre ecclesie ministerialibus ad manus nostras nomine ecclesie nostre resignatam[2] eidem sacerdoti, subthesaurario[1] ecclesie nostre, sub annuo censu, scilicet uno fertone cere, singulis annis ad maius altare in anunciatione Marie virginis persolvendo, cum omni libertate, que feodis competit censualibus, puta quod ipsi vendendi, donandi, obligandi in vita vel in morte per quemcumque modum erga quascumque personas cuiusvis condicionis utriusque sexus in toto vel in parte, easdem aligenandi, nobis irrequisitis, ita tamen quod ecclesia nostra pretaxato censu in signum dominii non privetur, plenam et liberam habeant facultatem, accedente unanimi ecclesie nostre capituli consensu, duximus concedendam. In cuius rei testimonium et confirmationem perpetuam nos omni iuris communis et privati, canonici et civilis auxilio et exceptioni, necnon litteris quibuslibet inpetratis vel inpetrandis et universaliter occasioni, cuius causa, tam in genere quam in specie, pretextu cuius prefate nostre concessionis forma irritari vel revocari valeat aliqualiter, sine dolo et fraude qualibet renuntiantes, prescripto H(ainrico) sacerdoti omnibusque, cuiuscumque conditionis utriusque sexus extiterint, ad quas prefata curia aliquo dictorum modorum

[1] Or. hat subthesararius bezw. subthesarario. — [2] Or. hat resignata.

Digitized by Google

secundum formam prescriptam translata fuerit, presens instrumentum concessimus, sigilli nostri nostrique capituli robore communitum. Acta sunt hec in Constantia, presentibus viris discretis H(ainrico) preposito summo, Wal(cono) decano, Ber(tholdo) thesaurario nostre ecclesie, Bur(cardo) preposito Episcopalis Celle, Ruperto de Tannenuelse, Ůlrico de Obirredirn, Friderico in Turri, militibus et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini M° CC° LXXVII°, indictione V^a^.

Perg. Or. Fremde Hand, vermuthlich der bischöflich Konstanzischen Kanzlei. 2 Siegel aus mennigroth gefärbtem Wachs an Pergamentstreifen 1. des Bischofs Rudolf wie an No. 571 (auf der Rückseite 3 sehr oberflächliche schräge Einkerbungen) — 2. des Domcapitels, bekannt (auf der durch Fingerdruck etwas erhöhten Rückseite 2 ganz schwache, wie mit einem Griffel gemachte Vertiefungen). Cod. Sal. II, 217 No. CLXXX. Reg. Ztschr. 3,90. Der Hof kam durch Kauf (Urk. v. 1290 Mai 2) an das Kloster Salem. Bei diesem Anlass ist wohl auch vorstehende Urkunde in das Klosterarchiv gelangt. Die Urkunde, der die Angabe des Monats und Tages fehlt, ist schwer an die ganz zutreffende Stelle zu setzen. Die Indiction (V^a^) weist auf die Zeit vor dem 15. September, als Ausstellungsort ist Konstanz genannt. Wir finden aber das ganze Jahr hindurch den Bischof Rudolf abwesend, am 14. September noch in Genf. Die das gleiche Geschäft betreffende Urkunde des Abts Rumo von St. Gallen d. d. Juli 1 (No. 568) ist ausdrücklich an den Stellvertreter des Bischofs gerichtet. Ob er zwischen dem 1. Juli und dem 14. Sept. wieder in Konstanz war, wissen wir nicht. Wir reihen daher die Urkunde, da eine nähere Feststellung vorerst unmöglich ist, nach der Urkunde vom 14. Sept. ein.

1277. Sept. 27. Konstanz. Ortolf von Leiterberg, Kirchherr in Levertsweiler, übergibt dem Kloster Salem alle seine Besitzungen und Rechte daselbst, indem er sich deren Nutznicssung auf Lebenszeit gegen Entrichtung eines Wachszinses vorbehält. 573.

Omnibus hanc paginam inspecturis Ortolfus de Laiterberch, rector ecclesie in Laifinswiller, rei geste noticiam cum salute. Cum vita || cunctorum vapor sit ad modicum parens, expedit, ut omnes fidei christiane per sua temporalia eterna studeant conquirere incrementa. || Hinc est, quod cum ego conspicerem plures ad huius vite exitum stolide festinare, ego, cupiens michi per res temporales, quas divina || michi gratia contulit, consulere in futurum, monasterio de Salem, quod in honorem constructum est virginis gloriose, necnon . . abbati et conventui ob reverentiam Jesu Christi et beate Marie, intemerate matris eiusdem domini, inibi congregatis ad cultum divinum seu monasticam disciplinam, que iam ibi clarent, per me, opi-

Digitized by Google

tulante domino, amplianda, possessiones meas sitas in Laifinswiller, videlicet curiam militis dictam *Richgershove*, item curiam dictam *Diepoltzhove*, item curiam dictam *Phefferlinshove*, item schůpozam dictam *uf dem Graben*, cum omnibus suis attinenciis, videlicet agris, areis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, viis et inviis, semitis, itineribus, aquis et aque ductibus, iure constituendi molendinum, terris cultis et incultis, et silvam, que vulgo dicitur *der Bân*, necnon advocatiam et iuspatronatus ecclesie antedicte, cum omnibus hominibus, cuiuscumque sexus fuerint, iamdicte ecclesie pertinentibus necnon iuribus, que dicuntur *ehafti*, *freveli und getwinch*, que omnia et singula ab antiquo michi proprietatis titulo pertinebant et hucusque pleno iure possedi libere, pacifice et quiete, pro anime mee meorumque parentum remedio et salute tradidi et donavi cum pleno iure et libertate a dicto monasterio in perpetuum possidenda, eo quod possessionem vacuam omnium predictorum transtulerim in monasterium sepedictum, consensu omnium, quorum intererat, concurrente. Renuncians pro me et meis heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, consuetudini tam loci quam patrie, subsidio tam legum quam canonum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis vel impetrandis, iuri restitucionis in integrum et omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta donacio et tradicio cum omni sollempnitate facta possit vel debeat inposterum a quocumque homine revocari vel infringi, casu quolibet contingente. Et ne iidem, dominus abbas et conventus de Salem aliquod periculum debeant vel possint incurrere in futurum propter hoc, quod, post canonicam et legittimam possessionem omnium premissorum, michi predicta omnia contulerunt ad terminum vite mee, ego, constitutus in presencia honorabilis . . officialis curie Constantiensis recognosco, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera, promittens ipsi monasterio in recognitionem sui iuris debere annis singulis assignare unum fertonem cere in festo Martini, ita tamen, ut ex ista concessione michi facta, seu censu a me debito meis heredibus universis seu quibuscumque hominibus nullum ius per quemcumque modum in predictis omnibus conquiratur, sed post mei solius obitum, vel si sanus vel vivens, in quocumque statu fuerim, voluerim resignare, predicta omnia ad sepedictum monasterium de Salem libere revertantur. Acta sunt hec Constancie anno domini

Digitized by Google

M° CC° LXX° VII. V° kalendas octobris, indictione VI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walkono decano, Ber(tholdo) thesaurario, Bur(cardo) de Hewen, canonicis ecclesie Constanciensis, Ber(tholdo) comite de Sancto Monte, magistro C. de Sancto Truperto, magistro Jacobo de Thur(gowe), . . decano in Binswangen, clericis, Walthero et Johanne Johelariis, H. dicto Vrige, Hugone *in der Búnde*, C. dicto Schallenberch et aliis quampluribus probis viris. Ut autem hec maneant imperpetuum inconvulsa, presens instrumentum, exinde confectum et sigillis capituli necnon officialis curie Constanciensis et mei roboratum, monasterio de Salem tradidi pro testimonio et cautela. Nos capitulum et officialis antedicti predicta, prout premissa sunt, profitemur in nostra presencia fore facta, sigilla nostra ad peticionem parcium apponentes.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Domcapitels, bekannt (durch Fingerdruck etwas erhöht) — 2. des Officials, bekannt (Daumeneindruck) — 3. des Ortolf von Leiterberg, rund, 33 mm, (IV A 2), im Dreieckschild eine Leiter auf einem Dreiberg, Umschrift: † **s. ortolfi. de. laiterberch.** (Rückseite glatt). Cod. Sal. III, 90 No. LXXXIIII. Vgl. die Urkunden d. d. 1273 Ap. 13 No. 490 u. d. d. 1277 Dez. 13 u. 18 No. 576 u. 577.

1277. Oct. 13. Ittendorf. Heinrich Schenk von Schmalegg beurkundet, dass Heinrich, genannt Mosherr, dem Kloster Salem sein Gut in Grasbeuren um sechs Pfund Pfennig verkauft habe und bestätigt diesen Verkauf als Herr des Verkäufers. 574.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus Pincerna de Smalnegge rei geste noticiam cum salute. Ut facta moder||norum posteris elucescant, litterarum debent testimonio perhennari. Eapropter presentes noverint et futuri, quod cum Hainricus dictus Mosherre, || liberorum suorum omnium, quos habebat, et meo consensu necnon omnium, quorum intererat, concurrente, propter rerum necessariarum penuriam, || que ipsum tunc graviter premebat, predium suum situm in Grasbivrron, dictum *des Mosherrengůt*, videlicet unum mansum cum areis, agris, pratis, silvis et suis appenditiis universis, que omnia singula eidem Hainrico iure proprietario pertinebant, monasterio de Salem et fratribus inibi divino cultui mancipatis, omni tam iuris quam consuetudinis sollempnitate adhibita, receptis sex libris denariorum currentium a Cůnrado

Digitized by Google

Villico de Grasbivrron, famulo proprio iamdicti monasterii, vendidisset, pleno iure perpetuo possidendum, ut ipsa venditio robur debitum valeat optinere, predium predictum per manum meam, sepedictis Hainrico Mosherre, suis liberis presentibus et consentientibus universis, eo quod mihi proprietatis titulo pertinebant, et ipsorum omnium possessionem vacuam in monasterium libere transtulit antedictum. Acta sunt hec apud Vttindorf anno domini M° CC° LXX° VII°. III° idus octobris, indictione VI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûdigero milite de Dilingen, Hainrico notario de Tanne, Jacobo ministro dicto de Wolfhusen, Cûnrado Villico, Walthero, Hainrico dicto Lvshain, rusticis de Grasbivrron, et fratre Eberhardo, magistro hospitum in Salem, dicto de Walpurch, aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidens firmamentum presens instrumentum exhinde conceptum sigilli mei duxi munimine roborandum. Ego Hainricus dictus Mosherre predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera, protestans, me predictas sex libras denariorum ex integro recepisse et in usus proprios et mihi necessarios convertisse. Renuntians pro me et meis heredibus universis iuri restitutionis in integrum et omnibus aliis, per que predicta venditio possit inposterum enervari. Et quia sigillum proprium non habui, in hoc facto sigillo predicti domini mei sum contentus pro testimonio evidenti.

Perg. Or. Sehr hartes Pergament. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Wachs an schmalem Pergamentstreifen, wie an No. 390 (die Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. I, 298 No. CXXX. Regest: Ztschr. 3,90.

1277. Nov. 5. Konstanz. Bruder Heinrich, der Einsiedler in der Egge, übergibt der dortigen mit Salem incorporierten Kapelle, ein Gut zu Beuren, das er früher von Konrad von Andelfingen erkauft hatte. 575.

Omnibus hanc paginam inspecturis frater Hainricus in loco solitario, qui dicitur *in der Egge*, contiguo Sancto Monti, || noticiam rei geste. Ne facta modernorum per successionem hominum et temporis cum quovis periculo exstinguantur, litterarum debent testimonio || perennari. Eapropter noverint universi, quod cum divina providentia ex immenso sue bonitatis infinitissimo latibulo super me direxerit || radium attractivum de barathro iniquitatis et terra inferiori ad statum

Digitized by Google

penitentie salutiferum in locum predictum, qui dicitur *in der Egge*, me ad spem obtinendam celestem patriam attrahendo et ibidem post ingressum meum in dictum locum, videlicet anno domini M° CC° LVI°[1] paucis diebus sub vili zemathe deguissem, illustrator cordium, cuius est dare in omni bono opere nosse, velle et posse, mihi cum effectu de sua largiflua bonitate propositum inspiravit, ut ibidem per elemosinam fidelium in honorem beati Johannis Baptiste et beate Katherine virginis et martiris capellulam instaurare, quo proposito concepto in animo et firmato, id nullatenus volui attemptare, nisi prius nobilis dominus Berhtoldus quondam comes Sancti Montis, qui eo tempore dicti loci erat dominus, ipsum fundum dictum *in der Egge* cum omnibus suis attinentiis et silvula contigua, de consensu matrone sue et omnium liberorum suorum necnon omnium, quorum intererat, quia sibi proprietatis titulo pertinebant, pleno iure per donationem publicam in me transferret, possidenda cum omni libertate et in usus pro mea intentione libere convertenda, quod et fecit, presentibus subnotatis testibus, videlicet Friderico de Magenbûch, Alberto de Eberhartswiler, militibus, Manegoldo et Cûnrado fratribus de Milnhouen, Ûlrico dicto Rappenstain, Hûgone de Læhsteten et[2] dicto Sluzzeler, quibus omnibus peractis legittime, cum per aliquot annos dictum locum tanquam fundum proprium possedissem pacifice et quiete, propositum meum de construenda capella per elemosinas hincinde fidelium, de licentia reverendi dei gratia patris et domini felicis recordationis Eberhardi, episcopi Constantiensis, obtenta, presente et consentiente domino Hermanno, quondam rectore ecclesie in Wildorf, in cuius barrochia, tamquam filia sue matris, dicta capella fundanda fuerat, inchoavi ac postmodum, gubernante ecclesiam Constantiensem reverendo patre ac domino Rûdolfo, dei gratia episcopo, et Marquardo de Lindaugia, rectore ecclesie in Wildorf existente, feliciter consummavi. Sed cum ad consecrandam dictam capellam per me non sufficerem laborare, eo quod venerabilis in Christo dominus Eberhardus, quondam abbas in Salem, et suus successor postmodum, ad quorum monasterium ecclesia in Wildorf noscitur pertinere, ad quam dicta capella,

[1] Wir haben aber schon a. d. J. 1248 u. 1253 Urkunden zu Gunsten des Bruders Heinrich, des Einsiedlers in der Egg, S. Urk. No. 243 und 279. Vielleicht sollte es MCCXLVI° heissen. — [2] Lücke im Or.

Digitized by Google

tamquam filia ad matrem, spectare scitur, unâ cum rectore predicto sibi promotionem dicte consecrationis procurandam, cum eis placeret, merito usurpabant, ego, ut dicta capella liberius, sollempnius et religiosius divino cultui valeat deputari, prehabita iamdicti reverendi domini Rûdolfi, dei gratia Constantiensis episcopi, et dicti rectoris licentia et consensu, dictam capellam cum fundo et area iamdicti loci *in der Egge* et suis appendiciis universis intus et extra et silvula sibi contigua in monasterium de Salem, facta donatione publica, cum omni sollempnitate, que in quibuscumque solet donationibus adhiberi, tamquam membrum ipsi monasterio indissolubiliter unitum et incorporatum, donavi et[1] transtuli, pleno iure libere et quiete perpetuo possidendam. Postmodum autem, cum iidem de Salem in quieta possessione eiusdem capelle et suis attinentiis universis aliquanto tempore permansissent et eam per venerabilem dei gratia Ptolemeum, Sardinensem episcopum, domini Constantiensis episcopi tunc vicarium, procurassent sollempniter consecrari, in ipsa die consecrationis, presente multitudine hominum, hora offertorii possessiones sitas in Bivrron, dictas *Phlegellinsgût*[2], quas a viro discreto quondam Cûnrado de Andilvingen longe antea comparaveram, nomine dotis in ipsam capellam transtuli et donavi, perpetuo possidendas. Renuntians pro me et meis heredibus universis omnibus ac singulis, per que predicta donatio possit inposterum enervari. Acta sunt hec diversis locis et temporibus: prima videlicet donatio quondam Bertoldi comitis Sancti Montis facta fuerat michi in castro suo, predicto anno et testibus presentibus supradictis. Donatio vero facta ex parte mea monasterio de Salem facta est apud Constantiam, anno domini M° CC° LXX° VII°. nonis novembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet reverendo domino Rûdolfo, dei gratia Constantiensi episcopo, Hainrico preposito de Clinginberc, magistro Walkûno decano, Bertoldo thesaurario, Burkardo scolastico, fratribus de Hohenuels, Rûperto de Tannenvels, Hainrico de Wigoltingen, Hainrico de Zurza,[3] de Sulzperch, canonicis Constantiensibus, Bertoldo comite Sancti Montis, canonico Sancti Johannis in Constantia, Bertoldo de Lucelensteten, magistro Cûnrado dicto Pfefferhart, clericis, Alberto de Castel, milite,

[1] donavi et ist von anderer Hand über der Zeile nachgetragen. — [2] Der Name mit anderer Tinte nachgetragen. — [3] Lücke im Or.

Digitized by Google

Rûdolfo et Walthero dictis Johiler, fratribus et civibus in Constantia aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum super hoc confectum et monasterio de Salem porrectum pro testimonio et cautela sigilli mei munimine roboravi[1].

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem Pergamentstreifen, spitzoval, 50:30 mm, (II B), im Siegelfelde die stehende Figur des hl. Johannes des Täufers mit dem Agnus dei. Umschrift: † **s. fr. hainr. heremite. apud. scm. montem.** (Die Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht). Cod. Sal. III, 142 No. CXXIX. Erwähnt ist die Urk. bei Fickler, Heiligenberg Reg. 78 u. 130. Vgl. eine spätere Urkunde des Eremiten Heinrich d. d. 1278 Nov. 11. Ueber die Clause in der Egg handelt eine Arbeit vom Hofcaplan Theodor Martin im 11. Bd. des Freiburger Diöcesanarchives, S. 225 ff. In derselben ist die vorliegende Urkunde, soweit sie die Donation des Jahres 1256 erzählt, in deutscher Uebersetzung abgedruckt. Dieselbe, sowie die übrigen auf die Egg bezüglichen Angaben sind einer (ehemals Salemischen) Handschrift des 16. Jahrh. im Schlosse zu Heiligenberg entnommen. Die Notiz, dass Bruder Heinrich dem in den Salemer Urkunden seit dem Jahre 1235 sehr oft vorkommenden Geschlechte der Vinken, Dienstmannen der Grafen von Heiligenberg, angehört habe, war vermuthlich eine in Salem fortlebende Tradition. In den gleichzeitigen Urkunden habe ich sie nicht gefunden. Wie in der erwähnten Handschrift, welche ich durch die Liberalität Sr. Durchlaucht des Fürsten zu Fürstenberg hier zu benützen in der Lage war (sie ist im Diöcesanarchiv a. a. O. genau beschrieben), wird der Einsiedler Heinrich mit dem Familiennamen Fink bezeichnet in einem Gemälde, welches Fickler, Heiligenberg S. 126 Anm. beschreibt und das, den Angaben dieses Gewährsmannes zufolge, aus dem 15. Jahrhundert stammen soll. Auf dem Gemälde wie in der Handschrift befindet sich das Wappen des Einsiedlers Heinrich, nach Fickler auf dem Gemälde in weissem Feld ein blauer Reif, von dem 8 Strahlen ausgehen, an deren Ende je eine rothe Rosette ist, in der Handschrift sind es 7 Strahlen, ich möchte aber vermuthen, dass in der Zeit, da diese Zeichnung und dies Gemälde angefertigt wurden, das Wappenbild nicht mehr recht verstanden wurde und dass es ein zu einem Reif gewundener Rosenzweig mit 7 Rosen an langen Stielen war. Ob dieses oder ein ähnliches Wappenbild die Finken führten, ist mir unbekannt; mir ist bisher, obwohl Angehörige dieses Geschlechtes sehr oft als Zeugen in unseren Salemer Urkunden genannt sind, bisher noch kein Siegel der Finken (Vinken) vorgekommen.

1277. Dez. 13. Salem. Hugo von Bittelschiess (Bvttelschiez) verzichtet, unter Zustimmung seines Bruders, auf alle Ansprüche, die ihm etwa an den Besitzungen und Rechten zu Levertsweiler (Laifinswiler) zustehen möchten, welche Or-

[1] Die drei letzten Worte sind mit so grossen Abständen von einander geschrieben, dass sie sich auf die ganze Schlusszeile der Urkunde vertheilen.

Digitized by Google

tolf von Leiterberg (Laiterberch) dem Kloster Salem übergeben hat. Actum et datum apud Salem, anno domini M° CC° LXX° VII°, Lucie virginis et martiris. 576.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem Pergamentstreifen anhängend wie an No. 442, auf der Rückseite zwei Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 92 No. LXXXV. Vgl. No. 573 und 577.

1277. Dez. 18. Konstanz. Abt und Convent von Salem reversiren sich gegen Ortolf von Leiterberg, dass sie nach seinem Ableben dem Guardian der minderen Brüder zu Ueberlingen 10 Mark Silber auszahlen werden. 577.

Omnibus hanc paginam inspecturis frater Ůlricus abbas et conventus monasterii de Salem noticiam rei geste. Beneficiorum || natura non sustinet, ipsa beneficia, nisi per recompensacionem condignam, cum gratiarum actione debita ullatenus adipisci. Hinc est, quod cum || vir discretus dominus Ortolfus de Laiterberch, rector ecclesie in Laifinswiller, nobis nostroque monasterio grata beneficia et nobis utillima exhi|buerit, simpliciter propter deum donando et tradendo omnes possessiones suas sitas in Laifinswiller cum advocacia et iure patronatus ecclesie antedicte, cum omnibus suis attinenciis, libere possidendas, nos, ut iustum est, cupientes tantis talibusque beneficiis respondere, easdem possessiones, quas legittime possedimus et possidendo prescripsimus, nullo contradicente, iuxta ius et consuetudinem nostre terre eo modo per omnia, quo idem Ortolfus nobis ipsas tradidit et donavit, sibi soli et nulli alteri pro annuo censu, videlicet uno fertone cere circa festum beati Martini concessimus, annis singulis nostro monasterio persolvendo, ita ut, cum idem Ortolfus solus migraverit ex hac luce vel vivus, in quocumque statu fuerit, dictas possessiones resignaverit spontanea voluntate, eedem possessiones cum omnibus iuribus et appendiciis universis ad nostrum monasterium libere revertantur, nec aliqui heredum suorum seu quicumque hominum quocumque casu quacumque de causa in premissis quicquid iuris vel actionis sibi vendicent ex condicto. Verum cum sepedictus Ortolfus totus in nostram utilitatem effluat et profectum, beneficiis beneficia cumulando, in hoc videlicet, quod nos constituit heredes sub forma elemosine, faciendo nobis donacionem publicam inter vivos de rebus suis

Digitized by Google

omnibus mobilibus, in quocunque consistant numero, pondere vel mensura, que in morte sua inventa fuerint ibidem, preter ea, que suis confratribus, clericis videlicet, debentur ex consuetudine approbata, nos decem marcas argenti legalis ponderis Constantiensis post obitum suum, .. gardiano fratrum minorum, qui pro tempore in Vbirlingen fuerit, assignare sine dilacione qualibet promittimus, sub hac forma, ut idem gardianus de nostra consciencia omnibus creditoribus suis vagis vel certis, quantum sufficiunt dicte marce, satisfacere teneatur, ita ut totum, quod facta solutione superfluum fuerit de dicta pecunia, in usus fratrum suorum pro elemosina convertatur. Acta sunt hec Constantie, anno domini M° CC° LXX° VII°, XV. kalendas ianuarii, indictione VI^a^. In cuius facti evidenciam presentem cedulam exinde conscriptam sigillis honorabilis viri . . officialis curie Constantiensis et predicti Ortolfi, necnon nostro duximus roborandam. Nos . . officialis curie Constantiensis predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur, constitutis predictis partibus, videlicet domino . . abbate de Salem et Ortolfo de Laiterberch in nostra presencia, fore facta, sigillum nostrum ad peticionem dictarum parcium presentibus apponentes. Ego Ortolfus de Laiterberch, rector ecclesie in Laifinswiller, predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera, sigillum meum huic cedule pro testimonio apponendo.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Officials von Konstanz (Daumeneindruck), des Abtes von Salem (durch Fingerdruck erhöht), beide bekannt, des Ortolf von Leiterberg wie an No. 573 (Rückseite glatt). Cod. Sal. III, 95 No. LXXXVIII. Regest: Ztschr. 3,480.

1278. Jan. 20. Konstanz. Abt Ulrich und der Convent des Klosters Salem verkaufen an Berthold Roder von Schaffhausen, Leutpriester in Andelshofen um 35 Mark Silber ein ihnen gehöriges steinernes Haus bei St. Johannes in Konstanz. 578.

Omnibus et singulis hoc scriptum intuentibus vel audientibus nos frater Ulricus abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, Constantiensis dyocesis, || rei geste noticiam cum salute. Ut contractus bone fidei in posterum nobis valeant irritari, roborari debent testimonio literarum. Eapropter || noscant universi, quod cum diversis oneribus debitorum essemus oppressi nec ab onere debitorum nos aliquatinus relevare possemus sine rerum nostrarum gravi || distractione,

Digitized by Google

prehabito consilio communi et unanimi consensu quorum intererat, presente etiam et consentiente dilecto in Christo magistro Hainrico, officiali curie Constantiensis, qui tunc temporis reverendi in Christo Rodolfi, dei gratia episcopi dicti loci, gessit vices generales, domum nostram lapideam cum omnibus suis attinentiis, sitam apud sanctum Johannem in Constantia, nobis ex merce magistri Hainrici de Capella, canonici sancti Johannis in Constantia, libere vacantem, amico nostro in domino speciali, Berhtoldo de Scafusa dicto Roder, tunc temporis rectore seu plebano in Andilsowe, pro summa triginta quinque marcarum argenti legalis ad pondus Constantiense, quas ab eo locis et temporibus diversis integraliter recepisse necnon easdem in utile subsidium oneris debitorum nostrorum incontinenti convertisse presentibus profitemur, pro tempore vite sue vendentes, contradictione seu obstaculo quolibet non obstantibus, dedimus cum omni libertate possidendam. Renuntiantes presentium tenore pro nobis et nostris successoribus universis omni actioni, omni repetitioni et exceptioni tam deceptionis ultra dimidium iusti precii pecunie non numerate quam omni auxilio utriusque iuris, scilicet canonici et civilis, necnon omnibus et singulis quibuscumque gratiis, indulgentiis, constitutionibus, iuribus et consuetudinibus, quibus vel quorum occassione predictus Berhtoldus in prefate domus possessione quieta circumveniri, inquietari, defraudari aut perturbari modo posset aliquo vel eludi. Nichilominus eidem Berhtoldo ad sepedicte domus giwarandiam, id est *werscaft*, perutilem et omnino sibi indempnem nos et nostros successores presentibus obligando, hoc tamen palam adiecto, ut cum sepenominatus Berhtoldus semitam universe carnis introierit, nullus heredum seu successorum suorum in predicta domo ratione sue possessionis vel emptionis aliquid iuris sibi usurpare audeat, sed ad nostrum monasterium, omni contradictione postposita, libere devolvatur. Ut autem tam rationabile factum malignorum invidia everti aut violari non valeat, presens instrumentum super hoc confectum sigillo nostro, scilicet abbatis, quo et nos conventus utimur, quia non habemus aliud, cum sigillo reverendi patris nostri, abbatis de Lvzela, necnon sigillo pretacti magistri Hainrici officialis, quo vice domini episcopi Constantiensis utitur, cum sigillo curie Constantiensis duximus roborandum. Acta sunt hec Constantie anno domini

Digitized by Google

millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, indictione quinta presentibus et consentientibus testibus subnotatis, videlicet fratre Nycolao et fratre Rō(dolfo) bursario, monachis in Salem, magistro Hainrico de Herbolzhain, magistro Azone, Gerungo notario de Petri domo. Data anno domini M° CC° LXX° VIII, indictione VI^a^, XIII kalendas Februarii.[1]

Nos[2] frater Cūnradus, abbas de Luzela, cum predictis interfuerimus, ad petitionem partium huic instrumento nostrum sigillum duximus pro testimonio appendendum. Nos vero magister Hainricus, officialis et canonicus curie[3] Constantiensis, cum prefatis interfuerimus et in ea consenserimus, ad petitionem partium huic instrumento sigillum, quo utimur vice domini nostri R(odolfi), dei gratia episcopi Constantiensis, necnon sigillum curie duximus pro testimonio appendendum.

Perg. Or. Konstanzer Bischofskanzleihand. 4 Siegel aus Malta an schmalen Pergamentstreifen: 1. des Abtes von Lützel, wie an No. 364. — 2. des Abtes von Salem, bekannt (beide auf der Rückseite durch Fingerdruck gratartig erhöht). — 3. des Generalvicars des Bischofs von Konstanz, spitzoval, 45:27 mm, im Siegelfelde das Brustbild eines Bischofs, darunter ein Stern, Umschrift: † s'. **magistri. h. vicarii. epi. constanc.** ✱ (Auf der Rückseite, die durch Fingerdruck erhöht ist, eine schräg gezogene Einkerbung). — 4. des Officials von Konstanz, bekannt (Fingereindruck).

1278. Jan. 20. Konstanz. Mag. Heinrich, der Official des Hofes zu Konstanz und Generalvicar des Bischofs Rudolf, beurkundet das zu Gunsten des Klosters Salem gemachte Testament des Berthold Roder von Schaffhausen, Leutpriesters zu Andelshofen. 579.

Omnibus et singulis presens scriptum intuentibus vel audientibus magister Hainricus, officialis curie Constantiensis et alias gerens vices eiusdem || domini . . episcopi generales, rei geste noticiam cum salute. Ut ea, que fideles de rebus suis statuunt intuitu pietatis, per illos, || de quibus plus confidunt, modo debito exequantur, scriptis debent et testibus roborari. Noverint igitur universi, quos nosse fuerit || oportunum, quod in bona valitudine mentis et corporis constitutus coram nobis Berhtoldus de Scafusa dictus Roder, tunc temporis plebanus seu rector ecclesie in Andilsowe, instinctu divino recognoscens, ex parte sui fore fluxum humane miserie, ex parte vero reli-

[1] Die Namen der Zeugen und das Datum sind mit anderer Tinte nachträglich in die Urkunde eingesetzt. — [2] Auch im Or. alinea. — [3] Curie ausgestrichen, durch darunter gesetzte Punkte wieder hergestellt.

Digitized by Google

giosorum . . abbatis et conventus de Salem cultum divinum, cui iugiter insistunt, cupiens nullomodo discedere intestatus, monasterio pretacto de Salem omnes res suas et possessiones tam mobiles quam immobiles, in quacumque constant materia, numero vel mensura, in quocumque loco in morte sua invente fuerint vel post mortem, nomine testamenti legavit, tradidit et donavit, reservando nichilominus sibi liberam facultatem, dictam legationem, traditionem et donationem ordinatione testamentaria factam necnon subscriptam mutandi, minuendi, distrahendi ipsas res, per quemcunque modum voluerit, in parte aliqua vel in toto et ad alium locum et personas, si voluerit, transferendi et etiam penitus revocandi per se vel per alios, quoscumque voluerit, ita tamen, quod ipsam legationem nomine testamenti factam seu ordinationem mutatam in aliud in parte aliqua vel in toto per testes vel per literas auctenticis instruat munimentis. Si vero in premissa legatione et ordinatione facta monasterio de Salem inmutabilis finaliter perseveraverit, dictus abbas et conventus de Salem de rebus sibi legatis et datis nomine testamenti nominate Elizabete, filie sue, quam nunc habet, si ad religionem ipsorum de Salem transire voluerit ubicumque, viginti marcas argenti legalis ad pondus Constantiense dare in spacio anni dimidii tenebuntur illi monasterio, ad quod ipsam puellam locaverint, quia eandem puellam secundum honestatem suam et affectum predicti Berhtoldi ad honestius monasterium quod habuerit locare conversandam sub regulari habitu, cum coram nobis promiserint, sunt astricti. Si vero, quod absit, ipsa puella maluerit seculo potius quam regulari habitui adherere, a dicto monasterio de Salem tantum recipiet decem libras denariorum monete Constantiensis. Adiecit etiam, ut nullus heredum vel successorum suorum vel alius quicumque hominum in premissa legatione, donatione seu ordinatione testamentaria quicquam iuris vel occasionis habeat vel contra dictum monasterium post mortem suam seu quocunque tempore super quibuscunque suis rebus sibi vendicet aliquam actionem, sed ab omnibus et ab omni actione premissorum penitus sint exclusi. Hec autem ordinatio testamentaria facta est anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo[1], indictione sexta. In cuius facti evidentiam et munimen presens instrumentum super hoc con-

[1] Octavo steht, mit anderer Tinte geschrieben, auf einer Rasur.

Digitized by Google

fectum sigillo nostro, quo vice domini nostri R(ůdolfi), dei gratia episcopi Constantiensis, utimur, et sigillo curie, necnon sigillo sepedicti abbatis duximus roborandum. Nomina vero testium, qui ad hoc vocati erant, sunt hec: magister Hainricus de Herbolzhain, magister Azo, frater Nicolaus et frater Rů(dolfus) bursarius, monachi de Salem, Hainricus rector capelle Sancti Ja(cobi) apud Sanctum Gallum, Gerungus notarius de Petri domo, H. de Mv̊lhain clericus, . . scultetus de Můlhain. Datum et actum in die sanctorum martirum Fabiani et Sebastiani. Nos . . abbas et conventus de Salem sub sigillis premissis predicta omnia, prout premissa sunt, recognoscimus esse vera, et ad ea fideliter exequenda nos et nostros successores universos presentibus firmiter obligamus.

Perg. Or. Dieselbe Hand wie bei der voraufgehenden Urkunde. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, die gleichen wie die unter No. 3, 4 und 2 aufgeführten an der Urkunde No. 578.

1278. Febr. 10. Schattbuch. Swicker von Deggenhausen (Sviggerus de Tekkinhusin, vicem gerens nobilis domini Hugonis lantgravii in pago dicto Linzegowe), beurkundet, daß in öffentlichem Gericht unter seinem Vorsitz zu Schattbuch (Schatbv̊ch) Ortolf von Leiterberg (Ortolfus de Laiterberc) die in Gegenwart des Generalvikars des Bischofs von Konstanz, Magister Heinrich von Basel, dem Kloster Salem gemachte Schenkung seiner Besitzungen und des Patronatrechtes in Levertsweiler (Laphinswiler)[1] in Gegenwart des Abtes von Salem bestätigt habe. Acta sunt hec apud Schatbv̊ch, anno domini M°. CC°. LXXVIII°., IIII°. idus februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero de Hohenvelse, Wezzelone de Rischah, Hainrico et Friderico fratribus de Månnelinshovin, Ortolfo et Cůnrado de Hasinstain, Hermanno dicto Scamblier, Růdolfo de Wolfurt, Burcardo de Håklinbach, Růdolfo de Tanhain, Hainrico de Niuvron, Alberone dicto Grv̊ber, militibus, Ortolfo de Hasenwiler, Dietrico de Niuvron, Hainrico ministro de Phyllindorf, dicto de Hohenberc, Hainrico dicto Grämelich, Ottone Advocato de Ramisperc, Hugone de Lehstetin, Mangoldo de Milnhovin, Hainrico Schadman, Ůlrico Malsbivrrar, Andrea dicto Similer, Jacobo dicto Manstok, fratre Nicholao, Ůlrico medio cellerario, Eberhardo

[1] S. oben No. 573.

Digitized by Google

de Stekboron, monachis de Salem, fratre Bertoldo mercatore, converso ibidem aliisque quam pluribus probis viris. 580.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 534, die Rückseite erhöht, mit einem tiefen Eindruck in der Mitte. Cod. Sal. III, 94 No. LXXXVII. Regest: Ztschr. 3, 480.

1278. Febr. 23. Schattbuch. Derselbe beurkundet, dass vor ihm, da er in Schattbuch zu Gericht sass, die Schwester Adelheid Lengirin von Frickingen (soror Adilhaidis Lengirin de Vrikkingen) alle ihre Besitzungen zu Frickingen, genannt *des Lengirsgůt* durch die Hand des Albert von Ebratsweiler (per manum Alberti, strenui militis de Ebirhardiswiler), ihres Vogtes, dem Abt und Convent von Salem und zwar in die Hände des anwesenden Bruders Heinrich, des Grosskellers (maioris cellerarii) zu rechtem Eigenthum übergeben habe. Actum et datum apud Schatbv̊ch, anno domini M° CC° LXXVIII° VII kalendas martii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet, Cůnrado de Hasinstain[1], milite, Ůlrico Advocato, Wernhero, filio sororis ministri de Vbirlingen, Hermanno dicto Malsbv̊rrer, civibus de Vbirlingen, Růdolfo Fabro de Wurzzvn, fratre Hainrico cellerario predicto et fratre Bertoldo mercatore, converso de Salem ceterisque quampluribus probis viris. 581.

Perg. Or. wie die vorige Urkunde No. 580 und ebenso besiegelt. Cod. Sal. III, 161 No. CXXXV.

1278. April 5. Salem. Bischof Heinrich von Chur übergibt dem Kloster Salem (quod religione et hospitalitate claruit ex antiquo) seinen Hof in Günzkofen (Gunzenkoven), welcher der Kirche zu Chur eigenthümlich gehört und den H(einrich) genannt Ramung von Schwarzach (Swarzah) von ihm zu Lehen trägt, mit Zustimmung seines Capitels und seiner Ministerialen gegen einen Jahreszins von einem halben Viertel Wachs, der an Mariä Reinigung seiner Kammer zu entrichten ist, indem er gleichzeitig seinen Ministerialen und anderen seiner Kirche Zugehörigen gestattet, dem Kloster Salem bewegliche und unbewegliche Güter zu Eigenthum zu übertragen. Actum et datum apud Salem, anno domini M° CC° LXXVIII°, nonis aprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet

[1] Das Or. hat Haisinstain.

Digitized by Google

Friderico fratre nostro, Alberto, canonico ecclesie nostre, Hainrico plebano de Sancto Martino, Cûnrado, rectore eiusdem ecclesie, clericis, nobili viro C(ûnrado) de Nifen et Ber(tholdo) de Kûnegsegge, militibus. Es siegelt der Bischof. 582.

Cod. Sal. III, 86 No. LXXXI.

1278. April 11. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz überträgt dem Kloster Salem die Kirche in Herzogenweiler (Herzogenwiler), wo dem Kloster schon das Patronatsrecht gehörte, mit ihren Filialen Vöhrenbach und Schönenbach (Verinbach et Schônowe) und allen Rechten und Einkünften, von denen das Kloster den dem Bischofe zu präsentierenden Pfarrvicar zu erhalten hat. Ego Hainricus prepositus presenti donacioni interfui et subscripsi. Ego Walko decanus presenti donacioni interfui et subscripsi. Ego Hainricus, notarius iuratus, presenti donacioni interfui et, rogatus a Bertholdo thesaurario, Burcardo scolastico, Rûperto de Tannenuelse, Hainrico officiali, magistro Hainrico de Zurzah, Hainrico de Wigoltingen, Rûdolfo de Sulzberch, Burcardo de Hewen, Cûnrado de Blûmenberg, Friderico de Monteforti, Cûnrado decano ecclesie Basiliensis, Eberhardo de Stôphenegge, Gotefrido de Friburg, Cûnrado de Grûningen et magistro Hainrico de Vilingen, subscripsi. Actum et datum apud Constantiam, anno domini M° CC° LXXVIII°. III° idus aprilis, indictione VI[a]. 583.

Perg. Or. in duplo, beide Salemer Kanzleihand, reich verzierte Initiale im Namen des Bischofs auf der ersten Zeile. 2 Siegel: des Bischofs (wie an No. 571) und des Domcapitels (bekannt) aus Malta an Pergamentstreifen (durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. III, 202 No. CLXXI. Druck nach einem unserer Originale (dem wir den Zeugenkatalog sowie das Actum und Datum entnommen haben). Ztschr. 9, 465. Regest: Fürstenb. Urkb. I, 255 No. 523 vergl. die Urk. 1278 Apr. 13 No. 584 und von 1279 Feb. 11 No. 595.

1278. April 13. Bischof Rudolf II. von Konstanz und das Domcapitel bestimmen die Einkünfte des Klosters Salem und des von demselben zu bestellenden Pfarrvicars an der Pfarrkirche zu Herzogenweiler. 584.

Rûdolfus[1] dei gratia Constantiensis episcopus, Walko decanus, Hainricus prepositus totumque capitulum eiusdem ecclesie omnibus hanc paginam inspecturis rei geste || noticiam

[1] Reichverzierte Initiale.

Digitized by Google

cum salute. Ut ordinata per providentiam intuitu pietatis inviolabiliter perseverent, literarum debent testimonio perennari. Eapropter noverint universi, quod, cum nos ecclesiam in Herzogenwillär. cuius iuspatronatus monasterio de Salem noscitur pertinere, cum ipsius ecclesie obventionibus, proventibus et appendiciis univer sis ad mensam conventus iam dicti monasterii cum sollempni tractatu, salvis nostris iuribus universis, propter deum simpliciter donaverimus sub hac forma, ut ad dictam ecclesiam iam vacantem iidem de Salem sacerdotem secularem ydoneum representent ad curam regendam dicte ecclesie et divina obsequia inibi celebranda nobisque ac nostris successoribus, qui pro tempore fuerint, necnon archidyacono in omnibus iuribus, quibuscumque nominibus censeantur, debeat respondere, nos, provida deliberatione prehabita, eidem sacerdoti iam incurato ac in futurum, quotienscumque ipsa ecclesia vacaverit, incurando, prebendam, de qua sustentari valeat et hospitalitati intendere ac etiam prehabita adimplere, inspecta honestate sepedicte ecclesie et hiis, que requirunt ibidem divinum obsequium, taliter duximus ordinandam, ut idem incuratus, qui pro tempore prefuerit ecclesie memorate, pro se et sacerdotibus ydoneis, suis coadiutoribus, ad sufficienter regendam in divino officio ecclesiam prelibatam et duas filias sibi annexas et populum in hiis, que salutem et necessitatem respiciunt animarum, ac etiam nobis nostrisque successoribus et archidyacono, qui pro tempore fuerint, de omnibus iuribus nobis debitis, quocumque nomine censeantur, possit et debeat respondere, omnium obventionum, proventuum, oblationum, remediorum et omnium aliorum dictas ecclesias contingentium, quocumque iure seu nomine censeantur, medietatem recipere debeat ex nunc ita, ut hiis contentus esse debeat ad supradicta omnia facienda, reliqua medietate omnium obventionum, proventuum, oblationum, remediorum et omnium dictas ecclesias contingentium, in quacumque consistant materia, ad mensam et usum conventus monasterii supradicti ex integro convertenda et ad residentiam et dictas ecclesias per se et sufficientes coadiutores, ydoneos sacerdotes, officiendas modo debito, necnon ad observanda quevis iura per nos collata monasterio sepedicto se astringere debeat iuramento. Et ad horum omnium evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum super hoc confectum sigillis, videlicet epis-

Digitized by Google

copi et capituli necnon abbatis de Salem, duximus confirmandum. Actum et datum anno domini M° CC° LXXVIII° ydibus aprilis, indictione VI^a.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, bekannt: des Bischofs Rudolf, des Domcapitels und des Abtes von Salem (alle drei durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. III, 214 No. CLXXII.

1278. April 24. Salem. Abt Ulrich und der Convent von Salem reversiren sich gegen Frau Berchta, Wittwe des Ebo von Rosna, die dem Kloster ihre Besitzungen in Ostrach übergeben hat, hinsichtlich der dem Kloster obliegenden Gegenleistungen. 585.

Omnibus hanc paginam inspecturis frater Ůlricus abbas et conventus monasterii de Salem noticiam subscriptorum. Ne contractus habiti studio caritatis || occasione oblivionis et malicie calumpniari possint inposterum seu modo quolibet enervari, litterarum debent et testium robore perhennari. Hinc est, quod cum dilecta in Christo || domina Berhta, relicta quondam Ebônis de Rosenŏwe, non solum intuitu pietatis, verum etiam pro emolumento consequendo pro sui corporis fulcimento possessiones suas || in Osterach sitas, videlicet curiam Cůnradi dictam des *Brennershof*, curiam dictam *Hermanneshof bi der brugge*, curiam dictam *Tvllegebilshof*, curiam dictam *Růdolf Diepoltshof*, curiam dictam *Kŏnemanneshof* et molendinum dictum *diu Obermuli*, situm in villa prelibata, nec non agros contiguos sive sparsos, dictos *bi der Aiche* et quartam partem iurium, que dicuntur *vraveli unde getwinc*, ac eciam omnia predictas possessiones intus et extra contigentia in areis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, aquis et aqueductibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis, ac libertatibus universis, seu aliis quibuscumque nominibus censeantur, libere et pleno iure, eo quod sibi proprietatis titulo pertinebant, cum omni sollempnitate in nostrum monasterium transtulisset, nec ibidem preter predicta aliquid plus haberet, nos, communi deliberatione prehabita, in recompensationem dicti beneficii promisimus bona fide, ut omnes redditus dictarum possessionum, qui ad 12 libras denariorum currentis monete taxatione fidedignorum et non amplius sunt taxati, assignemus ubicumque voluerit, in loco distante a monasterio nostro ad duo miliaria, annis singulis sub hac forma, videlicet ut duas libras denariorum currentium in nativitate

Digitized by Google

beate virginis et 20 urnas albi vini grangie nostre in M̊ron mensure in Vberlingen tempore vindempnie, nec non 10 maltra spelte et 12 maltra et dimidium maltrum siliginis ac eciam 12 maltra et dimidium maltrum avene eiusdem mensure in Vberlingen et duos caseos de nostris, que omnia et singula ad redditus 12 librarum denariorum secundum consuetum cursum provincie sunt taxata, in vigilia beati Martini debeamus annis singulis assignare, ita ut post sui solius obitum a predictis omnibus et singulis simus simpliciter absoluti, nec alicui heredum suorum seu cuicumque hominum, cuiuscumque status fuerit, in premissis in vita sua vel post mortem suam in aliquo, quocumque titulo, iure seu consuetudine astringamur. Hec adicientes, ut si ipsam exnunc infra quinquennium mori contingerit, 10 marcas argenti legalis ponderis in Constantia sibi dare vel alteri, cuicumque de nostra conscientia iusserit, teneamur. Si vero vita sua ultra instans et continuum quinquennium se extenderet, elapso quinquennio antedicto esse debemus ab obligatione dictarum 10 marcarum, quo ad eam et omnes homines, simpliciter absoluti. Et ad ista fideliter observanda nos et nostros successores, qui pro tempore fuerint, presentibus obligamus. Acta sunt hec apud Salem, anno domini M° CC° LXX° VIII°, in vigilia Marci ewangeliste, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ortolfo clerico de Laiterberch, fratre eiusdem domine Berhte, [1]plebano de Seuelt dicto de Vrendorf, Cůnrado plebano de Osterach dicto Herrer, fratre Stainmaro, Růdolfo dicto Haller, milite, Ůlrico Grætario et Berhtoldo dicto Vngerech, civibus de Biberach, Burcardo de Vrendorf, de fratribus vero de Salem: Ernesto priore, Cůnrado et Ůlrico cellerariis et Nicolao, monachis, Bertoldo mercatore et Gerungo, magistro in Ezzelingen, conversis aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti robur inviolabile presens instrumentum super hoc confectum sigillo reverendi patris et domini nostri Růdolfi, dei gracia Constantiensis episcopi, necnon sigillo judicum eiusdem ecclesie Constantiensis una cum sigillo nostro duximus muniendum.

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen, Salemer Kanzleihand mit den 3 an Pergamentstreifen anhängenden bekannten Siegeln 1. des Bischofs Rudolf (aus Wachs), 2. des geistlichen Gerichts zu Konstanz und 3. des Abtes von Salem (aus Malta), (1. mit 3 schrägen Einkerbungen, 2. mit Daumeneindruck, 3. durch Fingerdruck erhöht).

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

1278. Mai 8. in der Egg. Ptolomäus Bischof von Sardes (Sardinensis), Weihbischof von Konstanz, verleiht bei Gelegenheit der Einweihung der von dem Einsiedler Heinrich gegründeten und dotierten Kapelle in der Egg (proxima dominica post apostolorum Philippi et Jacobi) denjenigen, welche künftighin am Gedächtnisstage der Einweihung und während der Octave desselben, die Kapelle besuchen, einen Ablass von 1 Jahr und 40 Tagen. Acta sunt hec in loco, qui dicitur in der Egge, anno domini M° CC° LXXVIII° tempore dedicationis. 586.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, durch Feuchtigkeit theilweise zerstört. Siegel des Ausstellers aus Wachs an Pergamentstreifen, spitzoval, 50:30 mm, oben und unten abgebröckelt (III A 2 a) ein stehender Bischof. Umschrift bis auf wenige Buchstaben unleserlich. (Die Rückseite durch Fingerdruck gratartig erhöht). Eine Copie des 16. Jahrh. in der Heiligenberger Handschrift (s. oben No. 575) Fol. 10. Vergl. Diöcesanarchiv 11, 230.

1278. Mai 21. Mengen. Die Gebrüder Burkard, Ebo und Rüdiger von Rosna bestätigen, als Vögte der betreffenden Verkäufer, den Verkauf von Gütern zu Lausheim durch die Brüder Konrad und Heinrich Linder und deren Schwester Diemut an das Kloster Salem. 587.

Omnibus hanc paginam inspecturis Burcardus, Ebo et Rûdigerus fratres de Rosenowe rei geste noticiam cum salute. Pre|sentes noverint et futuri, quod cum Cûnradus et Hainricus fratres dicti Linder et Diemût, soror ipsorum, venerabili in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem omnes possessiones suas sitas in Luzhain, dictas *des Lindersgut*, que sibi proprietatis titulo per|tinebant, cum omnibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, viis, inviis, semitis, itiñeribus, terris cultis et incultis necnon omnibus aliis ipsis attinentibus de consensu Ûlrici dicti Durner, nęcnon Ûlrici et Hartmût, filiorum ipsius et Judinthe, sororis eiusdem Ûlrici, ac etiam Cûnradi et Wernheri, filiorum Adilhaidis, Mâhtildis et Mâhtildis, filiarum ipsius Judinthe, Ûlrici quoque et Hainrici et Cûnradi, filiorum quondam Cûnradi dicti Wegschit, omniumque heredum suorum consensu unanimi accedente, receptis ab eis septem libris denariorum Constantiensium, adhibitis omnibus, que solent et debent in vendicionum contractibus adhiberi, vendidissent et titulo proprietatis possidendas perpetuo tradidissent, consensu tamen viri providi et discreti

Digitized by Google

Gerungi, plebani de Talhain, requisito prius pariter et obtento, nobis, ut dicte vendicioni nostrum preberemus consensum, eo quod ipsorum advocati fore cognoscimur, humiliter supplicarunt. Nos vero predictorum . . abbatis et conventus de Salem religione racionabiliter inspecta, ob honorem gloriose virginis Marie predicte vendicioni nostrum consensum adhibere decrevimus ex affectu. Et ut premissa vendicio tam ex nostra quam ex parte predicti plebani de Talhain, quam etiam ex predictorum Cůnradi et Hainrici fratrum et Diemůt, sororis ipsorum, omniumque heredum suorum permaneat illibata, presentem cedulam exinde conscriptam et sigillis venerabilis in Christo . . officialis curie Constantiensis et predilecti avunculi nostri, domini Hainrici de Ånmarchingen, quia propria sigilla non habuimus, communitam ipsis . . abbati et conventui de Salem tradidimus pro munimine et cautela. Actum et datum apud Mångin, anno domini M° CC° LXX° VIII°. XII kalendas junii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Cůnrado ministro de Mångin, Alberto libero de Wipolzhouin, Bertoldo dicto Schazz, Ůlrico Precone, Ůlrico dicto Durner, Hainrico dicto Salzman, Bertoldo de Kruchinwiz, Alberto Molendinatore, Hermanno Molendinatore de Vldingin aliisque quam pluribus probis viris.[1]

Nos . . officialis curie Constantiensis ad peticionem parcium nostrum sigillum in premissorum testimonium apposuimus huic carte.[2]

Ego Hainricus de Ånmarchingen ad peticionem Burcardi, Ebonis et Růdgeri fratrum de Rosenowe, filiorum sororis mee, ac etiam partium premissarum, sigillum meum in premissorum testimonium huic carte [apposui]. Nos Cůnradus et Hainricus dicti Linder et Diemut, soror eorum, predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur presentibus esse vera, renunciantes pro nobis et nostris heredibus universis omni actioni, exceptioni, defensioni, necnon omni iuri tam canonico quam civili, necnon omnibus tacitis et expressis, per que predicta vendicio posset a quocumque in posterum irritari.

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Hand der Kanzlei des bischöflichen Officials zu Konstanz, mit 2 Siegeln, an Pergament-

[1] Der weitere Raum in der Zeile ist nicht beschrieben. Von XII kal. an bis zum Schlusse des Zeugenkataloges andere Tinte. — [2] Der Rest der Zeile unbeschrieben.

Digitized by Google

streifen: 1. des Heinrich von Emerkingen, rund, aus Wachs, 35 mm, (IV A 1) im Siegelfelde das gleiche Wappenbild, wie es die von Schmaleneck führen (vgl. oben No. 268) ein sog. Doppelhacken, von einer Linie eingefasst, Umschrift: s.' **hainrici. de. anem'kin**[1] (auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht). — 2. das bekannte Officialssiegel aus Malta (ebenso erhöht). Cod. Sal. III, 97 No. LXXXX.

1278. Mai 25. Konstanz. Hugo Graf von Werdenberg, Landgraf von Oberschwaben, beurkundet, dass Bertha, die Witwe des Ebo von Rosna, nachdem sie ihre Kinder ausgestattet und in Klöstern untergebracht, ihre Besitzungen zu Ostrach dem Kloster Salem überlassen habe. 588.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo comes de Werdenberch, lantgrâvius Swevie superioris, rei geste noticiam cum salute. Ne ea, que geruntur intuitu pietatis, || propter successionem temporis cavillacioni seu discrimini inposterum debeant subiacere, literarum debent serie perhennari. Eapropter noverint universi, quod cum devota in Christo Berta, relicta || quondam Ebonis de Rosenôwe, omnes liberos suos, quos ex marito genuerat prelibato, famulos ordini hospitalis sancti Johannis, filias vero ordini sororum in Lôwental, ordinis sancti Augustini, || sub cura fratrum predicatorum, de ipsorum plena voluntate libera et expressa, ad serviendum sub regulari habitu domino devovisset et ipsis omnia bona tam mobilia quam immobilia, que ab ipsorum patre sibi venerant, tradidisset integraliter et donasset, adiecto ipsis de suis bonis tam mobilibus quam immobilibus ex materno affectu plus quam legitima porcione, cupiens provide de rerum suarum sibi relicta modica porcione, videlicet de possessionibus: curia dicta *Rûdolfdiepoltshoue*, curia dicta *Kônmanshoue* et molendino dicto *die Obermuli*, sitis in Ostra, necnon agris contiguis sive sparsis *bi der Aiche* cum quarto parte iurium, que dicuntur *vrœveli und getwinch*, in villa prelibata, que sibi a patre suo ratione nupciarum et iure hereditario tradite fuerant et donate, quas proprietatis titulo libere et quiete possederat illucusque, pro necessitate et utilitate utriusque vite[2] consulere in futurum, nobis in judicio apud Constanciam presidentibus et ipsa cum multitudine proborum virorum coram nobis constituta, per manum viri strennui et discreti, domini Hainrici de Homberch militis, sui tutoris, ibidem per sentenciam sibi dati, eo quod

[1] n und e contrahiert. — [2] vite ist über der Zeile nachgetragen.

Digitized by Google

de propinquis sibi ex linea paterni sanguinis attinentibus propter legittima impedimenta coram nobis per iuramentum et litteras conprobata non posset aliquem tunc habere, illustrissimi domini R(ůdolfi) regis Romanorum, sui domini, consensu prehabito et per suas litteras ibidem publicato, predictas possessiones cum omnibus iuribus, libertatibus et appendiciis, videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, aquis et aqueductibus, viis et inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis, seu aliis quibuscumque, quocumque nomine censeantur, monasterio de Salem et fratribus ibidem degentibus pro anime sue remedio et suorum, necnon pro subsidio temporali, sibi tunc, secundum quod convenerant a monasterio prenotato, plene exhibito et impenso, cum omni sollempnitate facti et verborum, que secundum ius et conswetudinem conswevit in donacionibus adhiberi, tradidit et donavit possidendas, ipsorum omnium possessionem vacuam pleno iure libere et quiete in ipsum monasterium transferendo. Renuncians pro se et suis heredibus quibuscumque omni actioni, excepcioni, defensioni, conswetudini tam loci quam patrie, omni subsidio tam legum quam canonum, impetratis seu impetrandis litteris quibuscumque, iuri restitucionis in integrum et omnibus aliis tacitis vel expressis, per que predicta donacio et possessionis vacue tradicio possit inposterum enervari modo quolibet vel infringi. Acta sunt hec apud Constantiam, anno domini M° CC° LXXVIII°. VIII° kalendas junii, indictione VI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet reverendis in Christo . . abbate et . . preposito de Wingarten, nobilibus viris Mangoldo de Nellenburch, Ůlrico de Monteforti, comitibus, nobili viro C. de Gundolvingen, H. Pincerna de Smalnegge, C. filio suo, R. dicto Gîel, Ůl(rico) filio suo, . . Dapifero de Dîscenhouen, Alber(to) de Castello, H. de Rordorf, . . dicto Lôber, . . de Rischach, Ůl(rico) de Obernrieder, militibus, R(ůdolfo) Jôhelario dicto Schlehte et aliis quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum super hoc confectum, sigillis reverendi in Christo R(ůdolfi), dei gratia Constantiensis episcopi, et predicti H(ainrici) militis de Homburch, necnon nostro conmunitum monasterio de Salem tradidimus pro testimonio et cautela. Nos R(ůdolfus), dei gratia Constantiensis episcopus, quia nobis constabant supradicta, prout expressa

Digitized by Google

sunt, esse vera, ad peticionem . . abbatis de Salem et supradicte Berte, relicte Ebonis de Rosenǒwe, huic instrumento sigillum nostrum pro testimonio et confirmacione dicte donacionis duximus appendendum. Ego Berta, relicta quondam Eb(onis) de Rosenǒwe, predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera et per me facta spontanea voluntate, et quia sigillum proprium non habui, sigillo domini H(ainrici) militis de Homburch, in hoc facto tutoris mei per sentenciam mihi dati, pro testimonio usa fui. Ego H(ainricus) de Homburch miles predicta omnia, prout premissa sunt, profiteor esse vera, et sigillum meum pro testimonio dicti facti, necnon pro sepedicta Berta, cuius tutor fui in hoc facto per sentenciam sibi datus, quia sigillum proprium non habuit, huic instrumento appendi ad preces suas necnon ad cautelam et evidenciam in futurum.

Perg. Or. in Sigmaringen. Fremde Hand, 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Rudolf von Konstanz, bekannt (3 schräge Einkerbungen). — 2. des Grafen Hugo von Werdenberg, rund, 60 mm, (III B 3), nach rechts sprengender Reiter, in der Rechten eine Fahne mit 3 Wimpeln, am linken Arm den Schild mit dem bekannten Wappenbilde (Kirchenfahne), auf dem Topfhelm das Kleinod (Ballen), das Wappenbild ist noch zweimal auf der Pferdedecke angebracht, ein drittes Mal in einem Schild, der (heraldisch) links vom Reiter sich im Siegelfelde befindet. Umschrift: † **sigillum. comitis. hvgonis. de. werdinberc.** (auf der Rückseite Daumeneindruck). — 3. des Heinrich von Homburg, spitzoval, 40:23 mm, (IV A 1), im Siegelfeld ein Hirschgeweih, Umschrift: † **s. hainri.**[1] **de. fonborg. (sic!)**, sehr rohe Arbeit (Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. III, 43 No. XXXVII irrig mit kal. junii, danach Reg. Ztschr. 3, 91, unvollständiger Abdruck Ztschr. 4, 248.

1278. Juni 7. Sandegg. Abt Albert von Reichenau beurkundet, dass Burchard und Ulrich Gebrüder genannt Senpheli, Ritter, von Indelhausen (V̊ndilhusen), Ministerialen des Gotteshauses Reichenau, ihre Eigenleute, und zwar Burchard die Mahthildis, Ehefrau des Heinrich Schrawas, deren Kinder und Schwester Adilhaidis, sowie den Berchtold von Indelhausen, Ulrich aber den Ehemann Heinrich Schrawas zu verschiedenen Zeiten um eine gewisse Summe Geldes dem Kloster Salem verkauft und durch seine (des Abtes) Hand, unter Verzichtleistung ihrer Erben, in feierlicher Weise übergeben haben, und bestätigt diese Uebergabe unter Verzichtleistung auf seines

[1] ha und in contrahiert.

Digitized by Google

Klosters etwaige Rechte an diese Eigenleute. Actum et datum apud Sandegge anno domini M° CC° LXXVIII°, nonis junii, indictione VII^a,[1] ex parte nostra, supradictis fratribus presentibus et id procurantibus, ut est dictum, ex parte vero dictorum fratrum anno domini M° CC° LXII°, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Dfethalmo de Ramstain, rectore ecclesie in Vlma, Ůlrico custode Augie Maioris, Burchardo de Salunstain, Alberto capellano, Cůnone, nostro notario, clericis, Cůnrado de Badwâgen, Hainrico de Bilstain, militibus, Cůnrado de Salunstain et Hainrico de Jesteten aliisque quampluribus probis viris. Die Brüder Senphli von Indelhausen bekräftigen dies unter dem Siegel des Abtes, da sie selber kein Siegel haben. 589.

Perg. Or. Zweifelhaft, ob Salemer oder Reichenauer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, bekannt (2 Fingereindrücke).

1278. Juli 26. Messkirch. G. Leutpriester in Messkirch (Messkilch) spricht in dem ihm von den Richtern des Hofes zu Konstanz zur Entscheidung zugewiesenen Streit zwischen Abt und Convent von Salem und Propst und Convent von Beuron über ein Haus mit einem Höfchen in Buchheim (super quadam domo cum curtile sita in Bů̈chain) das Eigenthum des Streitobjectes dem Kloster Salem zu, nachdem der Abt dasselbe durch eidliche Aussage des Bruders Konrad Rapold nachgewiesen, „prout sententia et consilium proborum virorum dictavit finaliter et discrete". Acta sunt hec et definita in ecclesia Messkilch, anno domini M° CC° LXXVIII°, VII kalendas augusti, crastino post festum beati Jacobi, VI^a indictione, presentibus viris probis et honestis Bur(cardo) plebano in Dietershouen, Hainrico sacerdote dicto de Snerkingen, Ůlrico rectore puerorum in Meskilch, fratre C(ůnrado) dicto Rapolt, fratre H. in Bů̈rron de Mängin, Al(berto) Vrigen de Talhain, Bur(cardo) dicto Paier et aliis fide dignis.

Cod. Sal. III, 242 No. CXCVII. 590.

1278. Aug. 24. Stockach. Graf Mangold von Nellenburg beurkundet, dass die Söhne seines verstorbenen Dienstmannes, des ehemaligen Schultheissen Konrad zu Stockach, ihre Mühle zu Hirschlanden durch seine Hand an das Kloster Salem verkauft haben. 591.

Omnibus hanc paginam inspecturis Manegoldus comes de Nellinburch rei geste noticiam cum salute. Ůt facta moder-

[1] Die Indiction stimmt nicht.

Digitized by Google

norum posteris || elucescant, litterarum debent testimoniis perhennari. Eapropter noverint universi, quod cum Hermannus sacerdos, Wernherus pannicisor et || Cûnradus, fratres, filii quondam Cûnradi ministri in Stoka, propter necessitatem urgentem possessiones suas vendere cogerentur, || hac necessitate inducti, molendinum suum situm in Hirslant, quod ipsis proprietatis titulo pertinebat, monasterio de Salem, receptis ab eo sex libris denariorum currentium, adhibita omni sollempnitate, que solet in vendicionum contractibus adhiberi, legaliter vendiderunt et per manus nostras, nostro consensu et omnium, quorum intererat, concurrente, cum omni iure et libertate in ipsum monasterium iam dictum molendinum et ipsius molendini possessionem vacuam cum agris, pratis, aquis et aqueductibus, viis, semitis, itineribus, necnon iure ibidem molendi et omnibus aliis, eidem molendino intus et externis (sic!) pertinentibus, contradiderunt, iuste vendicionis titulo perpetuo possidendum, renunciantes pro se et suis heredibus universis iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis, per que predicta vendicio possit in posterum enervari. Acta sunt hec apud Stoka, anno domini M° CC° LXX° VIII°, Bartolomei apostoli, indictione VI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hermanno de Argun et Cûnrado fratre suo, Ûlrico dicto Wirt, Eberhardo dicto Crûmphar, Hainrico dicto Rodman et Cûnrado genero suo de Livptingen, de fratribus vero de Salem Berctoldo, magistro in Raithasla, Waltero et Hainrico, conversis aliisque quam pluribus probis viris. Et in huius facti robur perpetue firmitatis nostrum sigillum huic littere duximus apponendum, dictam vendicionem nostro consensu et auctoritate inperpetuum confirmantes. Nos Hermannus sacerdos, Wernherus pannicisor et Cûnradus, fratres, filii quondam ministri in Stoka, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera, sub sigillo supradicti comitis, nostri domini, quia sigilla propria non habuimus, profitemur.

Perg. Or. Fremde Hand, vermuthlich der Nellenburger Kanzlei. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, rund, 45 mm. (IV B 2), im Dreieckschilde der Kübelhelm mit Kleinod (Hirschstange mit 4 Enden), als Beizeichen im Siegelfelde 2 Sterne, der untere Theil des Siegels abgebröckelt, Umschrift: † **s. manegoldi. c(omitis. de) nellenburc.** (auf der Rückseite 2 Fingereindrücke, dazwischen zwei wagrechte Einkerbungen). Cod. Sal. III, 221 No. CLXXX. Regest: Ztschr. 1, 77. Locher, Veringen S. 84.

Digitized by Google

1278. o. T. Konstanz. Der Official, der Schultheiss und die Rathsherrn zu Konstanz beurkunden verschiedene Feststellungen betr. die Verhältnisse der dem Kloster Salem gehörigen Häuser zu Konstanz zu den Nachbarhäusern. 592.

Omnibus Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis . . officialis curie Constantiensis et . . minister et consules universitatis civitatis eiusdem noticiam subscriptorum. Ne religiosis in Christo || abbati et conventui monasterii de Salem de inpensis beneficiis suis vicinis in Constantia ex mera liberalitate seu in posterum inpendendis et domui, quam inhabitant, suisque attinentiis || aliquid generetur in futurum preiudicium et gravamen, expedit, ipsa beneficia sub sigillis nostris literarum serie declarari. Eapropter noverint universi, quod cum Calmannus Judeus haberet domum, a latere occiden, tali domui dictorum de Salem contiguam, Hailwigis vero dicta *die Kupfersmidin*, relicta Hainrici quondam dicti de Estegen, et Fridericus Cuprifaber a latere australi domos haberent eidem domui supradictorum de Salem similiter adiacentes, inter quas domos, Hailwigis videlicet et Friderici predictorum, domuncule due cum area parvula in parte posteriori dictarum domuncularum sita, que vulgo *des Vldingers hus* dicebantur, que nunc monasterio de Salem pertinent[1], sunt constructe et domus dictorum de Salem suaque area vili intersticio ligneo a domo predicti Judei usque ad domum Hailwigis predicte, muro vero a domo iam dicte Hailwigis usque ad domum Burkardi dicti de Haidoltswiler et a domo eiusdem Burkardi per transversum directo ad domum dictorum de Salem quasi intersticio cingeretur, qui murus domibus a latere australi sitis, sine omni tamen preiudicio eorum, quorum domus fuerant, impedimento erat, luci et aeri obstacula opponendo, intersticium vero ligneum a parte Judei hincinde interpositum propter transitum facilem gravamina partibus generabat. Quare sepedicti fratres de Salem, dicti Judei necnon dictorum Hailwigis et Friderici Cuprifabri devotis precibus inclinati, pro intersticio sepedicto, ligneo videlicet, murum in suo fundo directo ad domum Hailwigis tali condicione prehabita construxerunt, ut deinceps domum dicti Judei inhabitantes seu possidentes in dicto muro nichil sibi iuris debeant vendicare nec murum quocunque modo in quacunque parte infringere vel desuper

[1] Das Kloster kaufte das Haus im Jahre 1271. S. ob. No. 471.

Digitized by Google

edificium erigere qualecunque, sepedictis vero Hailwigi et Friderico Cuprifabro ex gratia indulserunt, ut per murum situm in fundo dictorum de Salem et ipsis ex integro attinentem fenestras construant, que lumen recipiant ab alto, ita ut de dictis fenestris nullum incommodum sustineant predicti de Salem in sua domo vel area seu gravamen, nec aliquid supra dictum murum construere debeant nisi de licentia eorundem, illo tamen pacto prehabito, ut quandocunque sepedicti de Salem voluerint quacunque de causa dictus Fridericus et Hailwigis seu quicunque dictas domus inhabitaverint vel possederint quocunque titulo, dictas fenestras obstruere debeant et infringere quidquid supra muro constructum fuerat, contradicione, dilatione, exceptione, deffensione qualibet non obstante. Quod si secus fecerint, per censuram ecclesiasticam et forum iudicii civitatis conpelli debent predicta celeriter adimplere, cum nichil iuris habeant in dicto muro, prout plenius est expressum. Porro in emptione domuncule, dicte *des V̊ldingers hus* site a latere domus Friderici inter dictos de Salem et ipsum Fridericum taliter est conventum, ut domus Friderici a latere directo ad aream parvulam contiguam domuncule dicte *des V̊ldingers hus* versus domum Hailwigis prelibate, quicquid ibidem fratres de Salem edificii erigere voluerint in futurum, in lumine nullum patiatur obstaculum, et ne de contingentibus aliquid obmittatur sciendum, quod via media inter domum dicti Fridrici et Burkardi de Haidoltswiler, que vulgo *daz Gæsseli* dicitur, sine cuiuscunque et quocunque obstaculo monasterio pertinent antedicto. Acta sunt hec diversis temporibus et in nostra presentia anno domini M° CC° LXXVIII°, indictione VI[a][1], ab omnibus partibus dictum factum contingentibus, prout est dictum, sub protestatione fore factum concorditer declarata, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero, Rûdolfo, Cûnrado et Ûlrico fratribus et Rûdolfo, dicto *der Rvhe*, Johelariis, Jacobo dicto *der Roggewiler* et Ûlrico filio suo, Hugone *in der Biunde*, Burkardo dicto *der Husær* et Hainrico dicto *der Tettincouær*, civibus in Constantia, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario dicto de Ysenina, Rûdolfo bursario dicto [de] Vilingen et Nicolao, monachis, Berhtoldo mercatore, converso aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et ne predictis

[1] Also noch vor September.

Digitized by Google

de Salem preiudicium aliquid vel gravamen a quocunque homine in posterum oriatur super premissis omnibus et singulis, presens instrumentum super hoc confectum appensione sigillorum nostrorum, videlicet curie Constantiensis, ministri et consulum duximus roborandum. Datum Constantie ut supra.

Perg. Or. Fremde Hand, wohl der städtischen Kanzlei in Konstanz. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials von Konstanz (bekannt, Daumencindruck). — 2. der Stadt Konstanz, wie an No. 231 (Daumeneindruck). — 3. des Schultheissen Walther von Konstanz, schildförmig, 40:32 mm (IV A 2) im Dreieckschild ein nach rechts aufsteigender Löwe (das gleiche Wappenbild wie in dem Siegel des Schultheissen Rudolf s. oben No. 444). Umschrift: † **s. waltheri. ministri. civitatis. constancien.** (auf der Rückseite zwei wagrechte Einkerbungen). Cod. Sal III, 191 No. CLVII.

1278. Nov. 11. Konstanz. Heinrich, der Einsiedler in der Egg übergibt mit bischöflicher Zustimmung das Eigenthum seiner Klause daselbst vor dem Official des Hofes zu Konstanz dem Kloster Salem. 593.

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis frater H(ainricus) heremita, degens in loco solitario, qui dicitur *in der Egge*, prope Sanctum Montem, noticiam rei geste. || Ut subtrahatur posteris occasio litigandi, expedit facta hominum literarum testimonio perennari. Ea propter noverint universi, quod ego, intendens provide || divinum cultum ampliare, in loco solitario dicto *in der Egge* et capelle inibi constructe et consecrande in honore Sancti Johannis Baptiste et beate virginis Katherine, qui || michi proprietatis titulo pertinuit a multis temporibus retroactis. et id, quod, disponente divina providentia et favente, in eodem loco religionis et divini servicii excrescere poterit in futurum, stabilitate perpetua roborare, ipsum locum et aream cum capella ibidem erecta nec non omnia in eodem loco ad usum hominum deducta, sive sint culta vel inculta, cum omnibus dicti loci appendiciis, libertatibus et iuribus quibuscumque, quocumque nomine censeantur, reverendi domini et patris R(ůdolfi), dei gratia Constantiensis episcopi, suique capituli et nobilis domini . . comitis Sancti Montis ac etiam rectoris ecclesie in Wildorf, in cuius barrochia dicta capella est sita, voluntate plena et expressa prehabita et conscientia concurrente, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem suoque monasterio, ordinis Cisterciensis, Constantiensis dyocesis, ob honorem dei et virginis

Digitized by Google

gloriose seu etiam sanctorum predictorum, scilicet Johannis Baptiste et Katherine virginis, facta sollempni donatione, prout secundum iura et consuetudines fieri conswevit, presente et presidente . . officiali curie Constantiensis, tradidi et donavi, mittendo extunc predictum . . abbatem et conventum in corporalem possessionem vacuam, liberam et quietam omnium premissorum, ita ut dicta capella cum omnibus suis appendiciis sepedicti monasterii libertatibus gaudeat quibuscumque, Renuncians pro me et meis heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, deffensioni, conswetudini, omni subsidio tam iuris canonici, quam civilis, impetratis litteris ant impetrandis et omnibus aliis tacitis vel expressis, per que predicta donatio et possessionis vacue traditio possit vel debeat in posterum enervari. Acta sunt hec apud Constantiam anno domini M° CC° LXXVIII°, III ydus novembris, indictione VII^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet reverendo domino R(ůdolfo), dei gratia Constantiensi episcopo, Hainrico preposito, Walkone decano, Berhtoldo thesaurario, Burchardo scolastico, Růperto de Tannenuels, ecclesie Constantiensis canonicis, Hainrico, notario episcopi, Berhtoldo comite Sancti, Montis, ecclesie Sancti Johannis Constantie canonicis, magistro Walthero de Schafhusa, magistro Jacobo de Thurego, magistro Berhtoldo de Luzelostetin, magistro Cůnrado de Sancto Růperto, Alberto de Castello milite, Walthero, Růdolfo, Cůnrado et Johanne dictis Johelær, magistro Ůlrico Subscopa, civibus in Constantia, aliisque quam pluribus probis viris. Et ut hec robur habeant perpetue firmitatis, presens instrumentum exinde confectum et appensione sigillorum reverendorum videlicet domini R(ůdolfi) episcopi suique capituli et mei munitum, supradicto monasterio pro testimonio tradidi et cautela.[1]

Nos R(ůdolfus), dei gratia Constantiensis episcopus, huic instrumento sigillum nostrum apposuimus ad peticionem partium predictarum, dictam donationem auctoritate ordinaria, prout expressa est, ut in suo robore permaneat, confirmantes. Nos Hainricus prepositus, Walko decanus, totumque capitulum ecclesie Constantiensis sigillum nostri capituli huic instrumento appendimus pro testimonio ad peticionem partium predictarum.

Perg. Or. Fremde, vermuthlich Konstanzer Hand. 3 Siegel aus Malta,

[1] Zwischen dieser und der nächsten Zeile ist im Or. ein leerer Zwischenraum.

Digitized by Google

an Pergamentstreifen, des Bischofs, Domcapitels und Einsiedlers Heinrich, alle 3 bekannt (die Rückseiten durch Fingerdruck etwas erhöht). Cod. Sal. III, 145 No. CXXX.

1278. Dez. 13. Levertsweiler. Ptolemäus, Bischof von Sardes, Weihbischof von Konstanz, verleiht den am Kirchweihtage die neu erbaute Kirche zu Levertsweiler Besuchenden einen Ablass. 594.

Phtolomeus, dei gracia Sardinensis episcopus, in pontificalibus plenam habens auctoritatem Constantiensis episcopi, omnibus hanc || paginam inspecturis rei geste noticiam cum salute. Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum, quod nos, auctoritate venerabilis domini Rûdolfi, dei gracia Constanciensis episcopi, licencia et mandato, ecclesie in Laifinswiler per incendium || devastate reconciliationis beneficium exhibuimus et altare in eadem ecclesia de novo constructum in honorem dei et beati Martini episcopi consecravimus propter deum, ad instanciam tamen dilectorum in Christo . . abbatis et conventus monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, Constantiensis dyocesis, eo quod iuspatronatus eiusdem ecclesie necnon universe possessiones viro discreto Ortolfo clerico, dicto de Laiterberch in eadem villa quondam proprietatis titulo pertinentes per donationem sollempnem factam a dicto Ortolfo transivissent pleno iure in monasterium antedictum, ex omnipotentis dei misericordia omnibus Christi fidelibus de suis peccatis vere penitentibus ad dictam ecclesiam singulis annis in anniversario sue dedicationis concurrentibus, in die beate Lucie virginis celebrando, auctoritate nostra necnon supradicti venerabilis domini R(ûdolfi), dei gratia Constanciensis episcopi, 40 dies de peccatis criminalibus et unum annum de venialibus de iniuncta penitentia relaxamus. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem paginam nostro sigillo munitam sepedicte ecclesie in Laifinswiler duximus conferendam. Acta sunt hec apud ecclesiam memoratam anno domini M° CC° LXXVIII° in die Lucie virginis et martiris gloriose.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel abgerissen, es war wie an No. 432 befestigt. Vgl. No. 573.

1279. Febr. 11. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Salem, welchem er und sein Capitel die Kirche zu Herzogenweiler (Hertzogenwiler) incorporiert hatten, und dem Konstanzer

Digitized by Google

Canonikus Gotfried von Freiburg (Gôtfridum de Vriburc), welcher Ansprüche an dieselbe erhob, dahin, dass die Kirche mit aller Zugehör und allen Rechten fortan dem Kloster gehören und dass dieses in den Besitz derselben eingewiesen werden solle, dagegen dem genannten Canonicus auf Lebenszeit jährlich am St. Andreastag 8 Mark Silber zu entrichten habe. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° LXXVIIII°, III.° idus februarii, indictione VII.ª, presentibus magistro Hainrico, officiali curie nostre, magistro Cûnone de Brisaco, domino Ûlrico, abbate de Salem, fratre Nicholao et fratre Ûlrico dicto de Selvingen, monachis de Salem aliisque quam pluribus probis viris. 595.

Perg. Or. Hand der bischöflichen Kanzlei. Von 3 Siegeln aus Wachs 1. des Bischofs, 2. des Abtes Ulrich von Salem, 3. des Gotfried von Freiburg, sind 1 und 2 bekannt (auf der Rückseite 3 schräge Einkerbungen), von 2 nur noch ein Fragment vorhanden, 3 spitzoval, 50:35 mm, (IV A 1), der Adler der Grafen von Freiburg im Siegelfelde, von Feh umgeben, der obere Theil des Siegels etwas abgebröckelt, Umschrift: (☩ s.) **got. de. fribvrg. can. constanc(ien.)** (auf der Rückseite Daumeneindruck). Druck nach unserem Or. Ztschr. 9, 469. Reg. Fürstenb. Urkb. 1, 260 No. 531.

1279. Febr. 13. Konstanz. Konrad, Canonicus des Doms zu Konstanz, Graf von Freiburg (Cûnradus canonicus maioris ecclesie Constantiensis, comes de Vriburc) genehmigt seinerseits die von Bischof Rudolf und dem Domcapitel von Konstanz getroffenen Abmachungen in Betreff der Kirche zu Herzogenweiler (Herzogenwiller). Datum Constantie anno domini M° CC° LXXIX.° idibus februarii, indictione VII.ª. Der Aussteller siegelt. 596.

Cod. Sal. III, 205 No. CLXXIII.

1279. März 28. Die Pfleger des Hospitals und der Leprosen zu Lindau (procuratores domus hospitalis ac leprosorum in Lindaugia) verkaufen mit Zustimmung des Schultheissen Ûlrich und der Schöffen (Ûlrici ministri et consulum) den ewigen Jahreszins von einem Pfund Pfennig, welchen ihnen der Namens Clainer und dessen Ehefrau Gerdrudis von ihrem Steinhause vermacht haben, an Marquard, Leutpriester in Weildorf (Wildorf) um 8 Mark Silber. Datum et actum anno domini M° CC° LXXVIIII°. V. kalendas aprilis, indictione VII.ª. 597.

Digitized by Google

Perg. Or. Fremde, ohne Zweifel Lindauer Hand. Von den beiden Siegeln ist das der Stadt Lindau (universitatis Lindaugiensis) abgefallen, das des Hospitals hängt an einem Pergamentstreifen an, aus Wachs, spitzoval, 40:30 mm, (II B), im Siegelfeld der heil. Geist in Gestalt einer Taube, daneben ein Lindenzweig, Umschrift: † s. **hospital. lindavgensis.** (zwei Daumeneindrücke).

1279. April 1. Schattbuch. Hainrich von Stadel, genannt Tumb (Hainricus de Stadiln, dictus Tumbe) verkauft, mit Zustimmung seiner Kinder, von Schulden gedrückt (cum multo premerer onere debitorum) genannte Eigenleute (videlicet Haidewigin, Adilhaidim et Mæhthildim, filias eiusdem, dictas die Riserina) und zwei Aecker in Stadel (Stadiln) um eine gewisse Summe Geldes (pro certa summa pecunie) an das Kloster Salem, unter dem Siegel des edeln Herrn Swicker von Deggenhausen, Stellvertreters des Landgrafen (viri nobilis domini Swiggeri de Teggenhusin, tunc vicem gerentis lantgravii). Actum et datum coram eo apud Schattebûch, ipso ibidem in publico iudicio presidenti, presentibus aliis multis viris, anno M° CC° LXXIX°, kalendis aprilis, indictione VI^a.[1]
598.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. An Pergamentstreifen das bekannte Siegel des Swicker von Deggenhausen (durch Fingerdruck etwas erhöht).

1279. April 11. Salem. Konrad von Gundelfingen, genannt von Granheim (Cunradus de Gundelvingin dictus de Granhain) beurkundet, dass Heinrich, genannt Swende, mit Zustimmung seiner Ehefrau und seiner Kinder sein ganzes Gut, genannt *an Arnoltsberch*, dem Kloster Salem um 4½ Pfund Pfennig verkauft und durch seine (Konrads) Hand übergeben habe, da er ihm erblich zugehört (iure hereditario spectabat). Actum et datum apud Salem, anno domini M° CC° LXXIX.°, III° idus aprilis, indictione VII^a. 599.

Cod. Sal. III, 38 No. XXXII. Reg. Ztschr. 3, 91.

1279. Mai 26. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz gestattet dem Konrad von Gundelfingen, seine Besitzungen in Ostrach und Burgweiler, Lehen des Domstifts Konstanz, an das Kloster Salem zu verkaufen, wozu die an diesem Rechtsgeschäft Interessierten ihre Zustimmung ertheilen. 600.

Omnibus[2] hanc paginam inspecturis Rûdolfus, dei gratia episcopus Constantiensis, totumque capitulum eiusdem ecclesie

[1] Die Indiction stimmt nicht. — [2] Reichverzierte Initiale.

Digitized by Google

rei geste noticiam cum salute. Ad precavendam calumpniam et quevis pericula in futurum vita || cunctorum instabilis monet, gesta temporum scripturarum serie perhennari. Ea propter noverint universi, quod vir nobilis et discretus, dominus Cůnradus de Gundoluingen, ad cavendum sibi sueque matrone, quam tunc habuit, || ac suis liberis universis per eam genitis et gignendis de suis possessionibus et prediis universis sibi proprietatis titulo pertinentibus, que in ipsos transferre non poterat eo, quod condicionem sue non poterant libertatis[1] sequi, habens || pre oculis nostre probitatis et fidei constantiam, qua nostra ecclesia semper floruit sine neuo, per dei gratiam, cuiuslibet pravitatis, possessiones suas in Osterach et in Burgwiler cum castro et iure patronatus dictarum ecclesiarum nec non omnibus iuribus et libertatibus sibi in dictis possessionibus et ecclesiis quocumque casu vel titulo pertinentibus nec non omnibus suis pertinentiis in nos transtulit pleno iure. De quibus omnibus et singulis ipsum solum tunc duximus inpheodandum. Verum cum postmodum, propter varios eventus miserabili infortunio subiacens[2], dictus Cunradus intolerabili immergeretur voragini debitorum, nec aliunde nisi per distractionem possessionum suarum quocumque titulo possessarum posset a dicto dispendio debitorum modo quolibet relevari, nos, ad humilem suarum et suorum precum instantiam inclinati, suam devotionem, quam ad nos primitus habuit, et nostram honestatem rationabiliter intuentes, resignato prius nobis iure pheodali de possessionibus antedictis, super hoc sollempni tractatu prehabito et voluntate omnium, quorum intererat, concurrente, predictas possessiones, videlicet in Burgwiler et in Osterach, cum castro et iure patronatus dictarum ecclesiarum necnon omnibus iuribus, libertatibus sibi in dictis possessionibus et ecclesiis quocumque casu, iure vel titulo pertinentibus, seu piscationibus et molendino in Burgwiler et possessionibus in Speke et alibi hincinde sitis, dicto Cůnradó in dicto pago quocumque titulo pertinentibus, nec non omnibus aliis attinentiis in agris, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, silvis, nemoribus, viis, inviis, semitis, itineribus, aquis et aque decursibus ac etiam de hominibus quibuscumque sibi et dictis ecclesiis quocumque titulo attinentibus, cuiuscumque

[1] Vor und hinter dem Wort libertatis je zwei Strichlein über der Linie wie unsere sog. Gänsefüsse. — [2] Or. hat subiacentes.

Digitized by Google

sexus fuerint, exceptis dumtaxat nobilibus, qui de persona ad personam sub sigillo suo in alia litera sunt expressi, necnon omnibus aliis sibi spectantibus, quocumque nomine censeantur, que omnia et singula nobis ratione sue donationis sub forma prescripta proprietatis titulo pertinebant, unâ secum et ipse nobiscum cum omni sollempnitate, que in donationibus, venditionibus, et traditionibus solet secundum ius et consuetudinem adhiberi, donavimus et tradidimus dilectis in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, nostre dyocesis, eo, quod iidem de Salem cum iam dicto Cunrado emptionis sollempnem tractatum inierint et de nostro consensu et voluntate confirmaverint de omnibus supradictis, assignantes eidem Cunrado sueque matrone et suis liberis universis de nostra voluntate, conscientia et mandato ducentas octoginta marcas legalis argenti ponderis Constantiensis, quas recepisse et in utilitatem sepedicti Cůnradi et matrone sue ac etiam liberorum suorum convertisse, nos una secum et ipse nobiscum, recognoscimus per presentes. Renunciantes, una secum et ipse nobiscum, pro nobis et ipso et nostris et suis successoribus et heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, omni subsidio tam legum quam canonum, omni consuetudini tam loci quam patrie, omni constitutioni, quibuscumque literis impetratis vel impetrandis, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta donatio, venditio rite in omnibus consummata et omnium premissorum vacue possessionis traditio possit in posterum modo quolibet enervari. Acta sunt hec apud Constantiam anno domini M° CC° LXXIX°, VII° kalendas junii[1], subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino . . abbate de Rinowe, magistro Cůnone de Brisaco, magistro Johanne de Basilea, magistro Hainrico notario, dicto de Denkingen, clericis, nobili viro Walthero de Clingen, Volkmaro de Kemnat, Eberhardo de Henkart, Hainrico de Wangen, Alberto de Castel et Winmaro militibus, Růdolfo de Clingenberg, Walthero et Růdolfo fratribus dictis Jocheler, [2]de Aeshelikon et Bertoldo de Stŏphen et aliis quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presens instrumentum super hoc confectum et sigillis nostro nostrique capi-

[1] VII. kal. jun. scheint erst nachträglich (aber von der gleichen Hand) in die Urkunde eingesetzt worden zu sein. - [2] Lücke im Or.

Digitized by Google

tuli necnon dicti Cunradi et nobilis domini comitis Mangoldi de Nellenburg ac etiam Hainrici, rectoris ecclesiarum predictarum, Swiggeri et Bertholdi, fratrum suorum, de Gundoluingen, Hainrici Pincerne de Smalnegge, Cunradi, fratris sui, de Wintersteten, necnon Cunradi de Hohentanne communitum, supradicto monasterio de Salem tradidimus pro testimonio et cautela. Verum quoniam sepedictus Cůnradus de Gundoluingen predictas possessiones omnes et singulas viris strennuis et discretis Hainrico de Smalnegge et Cůnrado de Wintersteten, fratribus Pincernis, et Cůnrado de Hohentanne obligaverat propter res paraffernales[1] ac dotem, videlicet centum quinquaginta marcas argenti, iidem a iure dicte obligationis seu quocumque alio iure, quod ipsis quacumque de causa in dictis possessionibus pertinebat vel pertinere videbatur tempore dicte venditionis, simpliciter recesserunt, eo quod de dictis centum quinquaginta marcis debitis . . matrone sepedicti Cůnradi ratione dotis totaliter fuerit satisfactum.[2] Sane licet sui fratres omnes nichil iuris, propter divisionem inter se celebratam de paternis rebus, habuerint, ad cautelam et habundantem securitatem, quam requirit inbecillitas religiosorum, omnes tamen et singuli sui fratres, tam religiosi quam seculares, ius, si quod habebant vel habere videbantur, in monasterium predictum de Salem libere transtulerunt. Porro ne de contingentibus aliquid omitteretur, Gůta, matrona sua de Hohentanne, Swiggerus, Hainricus, Anna, Ita et Gůta, quia plures liberos tunc temporis non habebant, iuri, quod habebant ratione dotis vel habere videbantur quocumque alio titulo, renuntiaverunt, obligantes et astringentes se, corporali super hoc prestito iuramento, ut, si umquam omnes vel aliquis aut aliqua de ipsis per se vel per interpositam quamcumque personam contra predicta venerint, quamvis in parvo, vel actionem moverint quamlibet monasterio prenotato, extunc, antequam audiantur a quovis iudice ecclesiastico vel civili, quadringentas marcas argenti legalis monasterio de Salem solvere teneantur, super sua actione iuris sententiam postmodum expectantes. [3]Ego Cůnradus de Gundoluingen dictus de Granhain predicta omnia, prout premissa sunt, sub sigillo meo, quod huic instrumento apposui, profiteor esse vera, promittens sub iuramento

[1] Die Güter der Frau, abgesehen von der dos. Vgl. Du Cange-Henschel, 5, 80. — [2] Vgl. oben No. 552. — [3] Lücke im Or.

Digitized by Google

super [hoc] prestito corporali, prestare warandiam de premissis omnibus et singulis, quocienscumque et coram quocumque iudice fuero requisitus. Nos Hainricus, rector ecclesiarum in Burgwiler et in Osterah, Argentinensis canonicus, frater Mangoldus de ordine predicatorum, Fridericus monachus Sancti Galli, Swigerus et Bertholdus fratres dicti de Gundoluingen predicta omnia, prout premissa sunt, sub sigillis nostris, videlicet Hainrici rectoris, Swiggeri et Bertholdi, quibus nos religiosi utimur in hoc facto, eo quod sigilla propria non habuimus, esse vera presentibus profitemur. [1]Nos Hainricus de Smalnegge et Cunradus de Wintersteten fratres Pincerne et Cůnradus de Hohentanne eo, quod nobis tribus tantum predicta obligatio, centum videlicet et quinquaginta marcarum, pro recompensatione dotis et rebus paraffernalibus, quas centum videlicet et quinquaginta marcas predicta neptis nostra et soror recepit ex integro de monasterio de Salem et monachis dicti loci, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera profitemur, sigilla nostra huic instrumento pro testimonio apponentes. [1]Ego Gůta de Hohentanne, matrona predicti Cůnradi de Gundoluingen, et nos Swigerus, Hainricus, Anna, Ita et Gůta, liberi eorundem, astricti corporali iuramento, conditionibus supradictis per nos et manum tutoris nostri, predicta omnia, prout premissa sunt, profitemur esse vera et per nos facta, et quia sigilla propria non habuimus, pro omnibus nobis et singulis sigillo nobilis domini comitis Mangoldi de Nellenburg utimur in hoc facto.

Perg. Or. von ungewöhnlicher Grösse, Salemer Kanzleihand, 10 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Rudolf bekannt (3 schräge Einkerbungen), 2. des Domcapitels zu Konstanz, bekannt (auf der durch Fingerdruck hervorgebrachten Erhöhung 3 wagrechte Einkerbungen), 3. des Konrad von Gundelfingen, spitzoval, 57:33 mm, (IV C), Form, Wappenbild und Kleinod wie an No. 359, aber ein anderer Stempel, wie kleine Verschiedenheiten zeigen (gratartig erhöht, mit 2 schrägen Einkerbungen), 4. des Grafen Mangold von Nellenburg, wie an No. 591, 5. des Heinrich von Gundelfingen, Canonicus zu Strassburg, spitzoval, 50:30 mm, (II B) die Jungfrau Maria, sitzend, mit dem Jesuskinde, Umschrift: † **s. h. de. gvdelvigē. can. argetinſ.**, 6. des Swiker von Gundelfingen, rund, 45 mm, (IV A 2) im Dreieckschild, der von einem Perlstäbchen umfasst, über die Fläche des Siegelfeldes erhaben heraustritt, das bekannte Wappenbild der Herren von Gundelfingen, der Stufenschnitt mit Goldpunkten, Umschrift: † **s. swige. nobilis. de. gvndelvin.**, 7. des

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

Berthold von Gundelfingen wie an No. 484, 8. des Heinrich Schenk von Schmalegg, wie an No. 390, 9. des Konrad Schenk von Winterstetten, wie an No. 551, 10. des Konrad von Hohentann, rund, 47 mm, (IV A 2), im Dreieckschild ein nach rechts gekehrter Ochsenkopf, Umschrift: † **s. cvnradi. de hohenegge.** (die Siegel 4—10 sind auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Auf der Rückseite der Urkunde stehen an der Stelle, wo die Pressel das Pergament durchzieht, abgekürzt die Namen der Siegler. Cod. Sal. III, 33 No. XXIX. Regest: Ztschr. 3, 91. Erwähnt Ztschr. 1, 78. Locher, Veringen S. 85.

1279. Mai 27. Sandegg, bezw. Reichenau. Abt Albert und das ganze Capitel der Reichenau (Augie Maioris) übertragen an das Kloster Salem, nachdem dieses die Besitzungen des Konrad von Gundelfingen in Burgweiler und Ostrach käuflich erworben, das dazu gehörige Recht an der Kapelle zu Waldbeuren (Waltbvrron), ein Lehen von Reichenau, auf welches der genannte Edle (nobilis) in ihre Hände, unter Leistung entsprechender Entschädigung, verzichtet hatte. Actum et datum apud Sandegge, quantum ad nos abbatem, apud Augiam, quantum ad nos capitulum, anno domini M° CC° LXXIX° VI kalendas junii, indictione septima. Konrad von Gundelfingen erklärt seine Zustimmung. 601.

Perg. Or., sehr hartes Pergament, Reichenauer Kanzleihand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend, 1. und 2. des Abtes Albert und des Kapitels von Reichenau, bekannt (durch Fingerdruck erhöht), 3. des Konrad von Gundelfingen wie an No. 600 (2 schräge Einkerbungen). Cod. Sal. III, 56 No. XLVIII mit dem falschen Datum: kal. junii, danach irrig zum 1. Juni Ztschr. 3, 481. Vgl. unten No. 615.

1279. Mai 30. Konstanz. Bischof Rudolf von Konstanz beurkundet die Leistungen, zu welchen sich Heinrich von Gundelfingen. Kirchherr zu Burgweiler und Ostrach, gegen das Kloster Salem verpflichtet hat, nachdem durch Kauf die Besitzungen seines Bruders Konrad in den genannten Orten an das Kloster Salem übergegangen waren. 602.

Omnibus hanc paginam inspecturis Růdolfus, dei gracia Constantiensis episcopus, noticiam subscriptorum. Constituti coram nobis . . abbas et procurator monasterii de Sa lem et Hainricus de Gundoluingen, rector ecclesiarum in Ostrach et in Burcwiler, consumato tractatu emtionis prediorum in Burcwiler et circa spectancium || ad nobilem Cůnradum de Gvndoluingen, fratrem eiusdem rectoris, inter dictos . . abbatem et nobilem, idem rector omnes proventus in blado tam dotis quam de cime ecclesie in Burcwiler hoc anno et in tribus annis post

Digitized by Google

istum inmediate sequentibus de ambabus ecclesiis, videlicet Ostrach et Burcwiler, similiter omnes proventus bladi tam in dotibus quam in decimis sine exceptione predictis . . abbati et procuratori et per ipsos suo monasterio tradidit et donavit, mittens eos extunc, mandato nostro et licencia concurrente, in corporalem possessionem omnium premissorum, pro tanto exhibens subsidium dictis de Salem, obligando se in manus nostras bona fide, ut in augmentum dicti beneficii triginta marcas argenti ponderis Constantiensis det supradictis de Salem de hominibus dictis ecclesiis et prediis spectantibus, sub hac forma, ut de anno in annum annis singulis in festo beati Michahelis duas et dimidiam marcas et in subsequenti medio maio similiter duas et dimidiam marcas debeat assignare, excepcione et dilacione qualibet non obstante, id semper eodem modo continuando, quo usque sepedictis de Salem de dictis triginta marcis plene fuerit satisfactum. Dicti vero . . abbas et procurator de Salem se ad hoc firmiter obligarunt, ut dictas possessiones in nullo casu alienare vel ab hominibus ecclesiis antedictis seu etiam ipsis prediis spectantibus quicquam exigere preter mortuaria, que vulgo *vålle* dicuntur, debeant quoquo modo sine dicti rectoris licencia speciali, set dicte ecclesie cum hominibus superius expressis absolute remanebunt pro tempore vite sue, ita ut ab ipsis hominibus omnia iura preter exactiones violentas accipiat et censum de ecclesiis debitum, videlicet quinquaginta maltera bladi, retineat ex condicto, et dicti de Salem vecturas unâ cum dicto rectore ab hominibus possint exigere et eosdem in suis prediis, ubi voluerint, salvis tamen iuribus utrorumque, libere collocare, hac condicione adiecta, ut predicte ecclesie cum censu superius expresso et homines post dicti rectoris obitum ad monasterium de Salem libere revertantur. In cuius facti evidenciam confecta sunt duo paria literarum, unum pro rectore, alterum pro monasterio, et sigillis, nostro videlicet et dictorum . . abbatis et rectoris, pro testimonio roborata. Actum et datum apud Constantiam anno domini M° CC° LXXIX, III° kalendas junii indictione septima. Nos . . abbas et . . procurator monasterii de Salem necnon Hainricus, rector ecclesiarum in Ostrach et in Burcwiler, predicta omnia esse vera sub sigillis nostris et supradicti reverendi in Christo domini Constantiensis episcopi profitemur.

Digitized by Google

Perg. Or. Hand der bischöflich Konstanzischen Kanzlei. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Rudolf II, bekannt (durch Fingerdruck erhöht), 2. des Abtes von Salem, bekannt (Daumeneindruck), 3. des Heinrich von Gundelfingen, wie an No. 600 (durch Fingerdruck etwas erhöht). Cod. Sal. III, 42 No. XXXVI.

1279. Juni 15. Burgweiler. Konrad von Gundelfingen bezeichnet einzeln die durch die Hand des Bischofs Rudolf von Konstanz dem Kloster Salem übergebenen Güter zu Burgweiler, Ostrach und in benachbarten Orten, sowie jene Besitzungen daselbst, die bisher von ihm zu Lehen gingen. 603.

Omnibus hanc paginam inspecturis Cůnradus de Gv̊ndoluingen noticiam subscriptorum. Vita cunctorum instabilis et memoria labilis et || infirma monet, gesta temporum scriptuarum serie perennari. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod ego per manum reverendi in Christo domini Rů| dolfi, dei gracia Constantiensis episcopi, consensu omnium, quorum intererat, accedente, possessiones meas, videlicet in Burcwiler duas curias dictas *dir Moteler||houe*, item ibidem possessiones dicti Sv̊zin ac etiam Aigilwardi in ortis, areis et prato dicto *Bruel* ad castrum Burcwiler pertinente, item possessiones in Hornvn, item molendinum et piscariam in flumine Ostrach, item in villa Ostrach curiam dicti Leonis, item in Spegge curiam dicti Sterre, item ibidem curiam Motelarii, item in Galcruti unam hůbam, item ibidem unam aream et de possessionibus monasterii de Zvuultv̊n 2 modios avene, item in V̊tikouin possessiones dicti Sv̊zzin, item agros *an dem Haitbuhil*, item in Benzinberc et in Judintunberc ac etiam in Obirnohsobach omnes decimas maiores et minores, quas omnes et singulas a predicto domino Constantiensi episcopo iure pheodali tenueram illucusque, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem vendidi, tradidi et donavi, prout in instrumento super hoc confecto plenius est expressum. Insuper vendidi eisdem . . abbati et conventui de Salem cum possessionibus supradictis possessiones subnotatas, que a nobis in pheodo tenebantur, videlicet duas areas et unum pratum in Burcwiler, Friderico Fabro et suis pueris iure pheodali attinentes, item in Spegge agros ad tres boves in possessionibus dictis *Waibilsgůt*, et in Rvti agros ad unum bovem eidem Fr(iderico) et suis pueris eodem iure pertinentes, item in Rvti ad duos boves, quos eodem iure Hartnit possidet, item in Rvti

Digitized by Google

ad unum bovem uxori Cůnradi dicti Mvrer et suis pueris eodem iure pertinentes, item unam aream in Burcwiler Wezelonis de Maginbv̊ch, item decimam in Waltbvrron Hainrici Grâmelich, item curiam in Waltbvrron Hainrici de Mettinbv̊ch, item in Burcwiler pheodum quondam dicti Spizin, quod tenet Fr(idericus) Faber, ad unum bovem, item ibidem unam aream quondam filii Trutwini, item unam aream et tria iugera Hainrici de Wiler filii Berneri, item unam scůpuzam in Hanonest et unam in Rvti, que obligate sunt Růdolfo dicto Spizin pro duodecim libris denariorum, item curiam in Waltbvrron, que obligata est Růdolfo dicto Rvschin pro decem marcis, cum omnibus iuribus et attinenciis predictis possessionibus intus et extra pertinentibus, cum omni iure, quo eas possederam, tradidi et donavi perpetuo possidendas. Actum et datum in Burcwiler anno domini M° CC° LXXIX°, in dié beati Viti. In cuius facti evidenciam presentem cedulam predictis de Salem tradidi, sigilli mei robore communitam.

Perg. Or. Hand der bischöflichen Kanzlei von Konstanz. Das Siegel des Ausstellers, angehängt wie bei No. 432, aus Wachs, ist bis auf ein kleines Fragment abgegangen, aus demselben ersieht man, dass es das gleiche wie jenes an der Urkunde No. 600 war. Cod Sal. III, 36 No. XXX. Regest. Ztschr. 3, 92.

1279. Juni 18. Salem. Landgraf Hugo übergibt das Eigenthumsrecht des halben Zehnten von den zur Mühle in Schattbuch gehörigen Besitzungen und eines dabei gelegenen Waldes dem Kloster Salem, nachdem der damit belehnte Heinrich von Beuren in seine Hand verzichtet hatte. 604.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo, lantgravius per superiorum Sweviam a serenissimo rege Romanorum constitutus, || rei geste noticiam cum salute. Noverint universi, quod cum Hainricus dictus de Bivrron, nobis ratione comitatus Sancti Montis || attinens, pheodum, videlicet dimidiam partem antique decime de possessionibus spectantibus molendino in Schattebůch et || silvulam sive frutectum, dictum *Wintstudon*, contiguum silvule sororum de ponte in Constantia, necessitate defectus rerum necessariarum cogente, monasterio de Salem et personis sub regulari habitu inhibi constitutis, receptis ab eis sex libris denariorum currentium et redactis in dicte sue necessitatis subsidium et levamen, vendiderit publice et dictum pheodum ad manus nostras resignaverit eo, quod ad nos ra-

Digitized by Google

tione dicti comitatus spectasset, nos, recepta resignatione, ipsam decimam et silvulam seu frutectum cum omnibus suis attinentiis eo iure, quo nobis pertinebant, in monasterium transtulimus antedictum, simpliciter propter deum et pro anime nostre et nostrorum remedio et salute. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem cedulam super hoc conscriptam et sigillo nostro munitam monasterio porreximus antedicto. Actum et datum apud Salem anno domini M° CC° LXXIX°, XIIII° kalendas julii, indictione septima.

Perg. Or. Sehr hartes Pergament. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem Pergamentstreifen anhängend, wie an No. 547 (Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 141 No. CXXVIII.

1279. Juni 29. Ulm. Der Amman Otto und die Gemeinde Ulm beurkunden ein Vermächtniss der Wittwe ihres Mitbürgers Eberhard Koprel an das Kloster Salem. 605.

Omnibus hanc paginam inspecturis Otto minister et communitas civitatis Vlmensis || noticiam rei geste. Vita cunctorum instabilis et memoria hominum labilis et infirma molinent, gesta temporum scriptuarum serie perennari. Eapropter noverint, quos nosse fuerit oportunum, || quod honesta domina Adilh(aidis), relicta quondam Eberhardi dicti Coprel, concivis nostri, pro sue suorumque animarum remedio et salute venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem, consensu omnium, quorum intererat, accedente, redditus unius libre denariorum Vlmensium in subnotatis areis, que ei proprietatis titulo pertinebant, libere tradidit et donavit, videlicet ortum Agnetis dicte Kintmacherin, qui singulis annis solvit 6 solidos denariorum Vlmensium, item curtile Fabri de Phul, situm in Pheplingin, similiter 6 solidos Vlmenses solvens, item ibidem in Pheplingin curtile Eberhardi *in der Cinsbiunde*, solvens 7 solidos denariorum Vlmensium et quatuor pullos, ita videlicet, ut post ipsius Adilhaidis et Mergardis, filie sue, obitum ad dictum monasterium de Salem cum omni iure, quo eas possederat, transire debeant, contradictione qualibet non obstante. Actum et datum in Vlma, anno domini M° CC° LXXIX°, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Ûlrico dicto Giwârlich, Ûlrico et Craftone fratribus dictis Scribis, iudicibus nostre civitatis, Cûnrado dicto de Halle, Ottone, Hainrico et Her-

Digitized by Google

manno fratribus dictis Scribis, concivibus nostris, aliisque quam pluribus probibus viris. In cuius facti evidentiam et munimen ad petitionem predicte Adilhaidis antedicto monasterio de Salem presentem cedulam dedimus, sigilli nostri munimine roboratam.

Perg. Or. Fremde Hand, wie mir scheint, derselbe ductus wie in den Reichenauer Urkunden dieser Zeit, was bei den Beziehungen zwischen Ulm und Reichenau wohl denkbar. Siegel der Stadt Ulm aus Wachs, befestigt wie an No. 432, schildförmig, 65:53 mm, (IV A 1) im Siegelfelde der Reichsadler. Umschrift: † **sigillvm. civivm. in. vlma**. (durch Fingerdruck gratartig erhöht, mit 3 wagrechten Einkerbungen). Cod. Sal. III, 201 No. CLXIII. Nach dem Cod. Sal. Druck: Ulm. Urkb. No. 130.

1279. Dez. 19. Markdorf. Swicker von Deggenhausen, als Stellvertreter des Landgrafen Hugo zu Gericht sitzend, beurkundet den Verkauf von Zinsen zu Markdorf an das Kloster Salem durch Heinrich Ekkol, mit Zustimmung seiner Herren, der Brüder Ulrich und Konrad von Markdorf. 606.

Omnibus hanc paginam inspecturis Swiggerus de Teggenhusen dictus Sunnenkalb, vicem gerens nobilis domini Hůgonis lantgra|vii per superiorem Sweviam, noticiam rei geste. Constitutis coram nobis, presidentibus in iudicio vice nobilis domini Hügonis lantgravii, Ůlrico et || Chůnrado fratribus de Marchtorf et Hainrico dicto Ekkol, cive dicti oppidi, iamdictis fratribus de Marhtorf proprietatis titulo attinente[1] sunt cum recognitione || publica protestati, quod idem Hainricus Ekkol, de consensu, scientia et voluntate suorum dominorum predictorum, redditus decem solidorum denariorum usualium, qui sibi iure proprietario pertinebant, sex videlicet solidos de vinea sua dicta *Garnwidon*, item de vinea dicta *des von Stubon an der Staige* tres solidos, item de vinea dicta *der Kramerin* ibidem sita unum solidum in festo beati Mauricii sociorumque eius sub pena in civitate Marhtorf consueta dandi censum negligentibus imponenda, annis singulis assignandos, omni dilatatione postposita, receptis a dicto monasterio quinque libris currentis monete et in solutionem redactis sui debiti, vendidit, tradidit per manus dominorum suorum predictorum de Marhtorf, consensu omnium, quorum intererat, concurrente, eidem monasterio in perpetuum possidendos et percipiendos libere et quiete, ip-

[1] Vermuthlich fehlt hier eine Zeile im Text, etwa: „et procuratoribus abbatis et conventus monasterii de Salem, isti". Der Name des Klosters ist in der Urkunde nur im Zeugenkatalog genannt. Dass es Salem ist, ergibt sich aus dem Eintrag in das Salemer Copialbuch.

Digitized by Google

sum monasterium inducendo tunc in quietam possessionem et vacuam censuum premissorum. Acta sunt hec apud Marhtorf anno domini M° CC° LXXIX.° XIIII° kalendas januarii, indictione VIII^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Dietrico plebano de Bermetingen, Cûnrado plebano de Wittenhouen, domino Swiggero de Teggenhusen dicto Svnnenkalb, Hermanno dicto Vinke, Cûnrado de Arbore, Hainrico dicto Videler et Cûnrado fratre suo, Jacobo de Bermetingen, Dietrico et Rûdolfo Fabris, Hainrico Ehinger et Chûnrado Hæchiler, de fratribus de Salem fratre Eberhardo, magistro hospitum, dicto de Walpurc et fratre Gerungo de Livtkirch, conversis, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur perpetue firmitatis ad peticionem partium presens instrumentum, super hoc conscriptum et sigillo nostro una cum sigillo felicis recordationis Cûnradi, avi dictorum fratrum de Marhtorf, quo pro se et pro dicto Hainrico dicto Ekkol utuntur in hoc facto, munitum, tradidimus monasterio prelibato. Nos Ůlricus et Cûnradus fratres de Marhtorf sub sigillo quondam Cûnradi avi nostri, quo tunc utebamur, quia sigilla propria non habuimus, et sigillo nobilis viri domini Swiggeri dicti Svnnenkalb, tunc vicem gerentis domini Hugonis lantgravii per superiorem Sveviam, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus protestamur. Ego Hainricus dictus Ekkol de Marhtorf eadem profiteor sub sigillis predictis, quia sigillo proprio carui, per presentes. Datum anno domini ut supra.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Swicker von Deggenhausen, bekannt, 2. des Konrad von Markdorf wie an No. 185 (Rückseite beider Siegel glatt). Auf dem Bug unten links von der gleichen Hand, welche die Urkunde schrieb: Hic ponatur sigillum domini Swiggeri, rechts: Hic autem ponatur sigillum dominorum de Marhtorf. Diese Formel zum Zweck der Bezeichnung der Stelle, an welcher die Siegel anzubringen sind, ist ebenso bemerkenswerth wie der Gebrauch des Siegels des verstorbenen Grossvaters durch seine Enkel. Cod. Sal. III, 202 No. CLXIIII.

1280. Jan. 2. Buchhorn. Hugo Graf von Werdenberg und Heiligenberg, Landgraf in Oberschwaben, schlichtet einen Rechtsstreit zwischen dem Kloster Salem und dessen Diener Hugo Mädelinc, der sich verpflichtet, dem Kloster zur Sühne Zinsen zu Lempfriedweiler und Harras zu entrichten. 607.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo de Werdenberch et de Sancto Monte comes, per superiorem partem Sweuie

Digitized by Google

lantgravius, rei geste noticiam cum salute. Noverint universi, quod cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii in Salem Hainricum dictum Mådelinch, famulum ecclesie sue, super rebellione sua et temeraria inobediencia exhibita ipsius monasterii officialibus sine causa, ad forum ecclesiasticum in causam traxissent et cum eo diutius litigassent, nos, post latas in ipsum excommunicationis, interdicti et aggravationum sententias, de communi partium voluntate, compositionem amicabilem inter ipsos inivimus et consummavimus sub hac forma, ut pro pena sue rebellionis dictus Hainricus unius marce reditus, secundum estimationem conswetam in provincia, de suis possessionibus assignaret monasterio prenotato, quod et fecit, mittendo extunc ipsum monasterium in possessionem predii Lanphirswiler vacuam corporalem, et quia reditus eiusdem predii ad 30 et 4 solidos denariorum currentium estimantur, de possessionibus suis in Harrazin reditus 6 denariorum currentium pro sufficienti complemento eiusdem marce argenti ipsi monasterio possidendos et percipiendos in perpetuum assignavit, ita tamen, ut salvum sit ipsi monasterio ius suum in sepedicti Hainrici rebus et persona tam in vita quam in morte simpliciter et ex toto, ista comparatione seu causa qualibet non obstante. Acta sunt hec apud Bvchorniam anno domini M° CC° LXXX°, in crastino circumcisionis domini, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico Pincerna, Marquardo et Ůlrico fratribus de Schellnberch, Alberto de Castello, militibus, Hainrico dicto Muris, [116] ministro in Bvchorne, . . ministro de Lindaugia, Burcardo et Hermanno fratribus dictis Vinkin, fratre Nycolao, monacho de Salem aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur et evidenciam presentem cedulam, ad peticionem partium exinde conscriptam, sigillo nostro duximus muniendam. Datum ut supra. Nos frater Ůlricus abbas et conventus in Salem et ego Hainricus dictus Mådelinc, contenti sigillo nobilis domini Hugonis lantgravii in hoc facto, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus profitemur.

Cod. Sal. III, 115 No. CV.

1280. Jan. 7. Salem. Hermann von Bächen (Hermannus de Bâchv), Bürger in Ueberlingen, der alle seine Besitzungen

Digitized by Google

in Bächen dem Kloster Salem zu rechtem Eigenthum übergeben hat, bekennt, dieselben von dem Kloster gegen einen jährlich an Martini zu entrichtenden Zins von $2^1/_4$ Pfund Wachs als Erblehen für sich und seine unmittelbaren Nachkommen wieder empfangen zu haben, nach deren Abgang sie an das Kloster zurückfallen sollen. Actum et datum in Salem anno domini M° CC° LXXX°, in crastino epiphanie domini, subnotatis presentibus testibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Merwanc, Reinardo dicto[1] Merwanc, Hainrico de Altinburron, Hainrico Fabro de Altinbvrron, Hainrico de Bächv, Cünrado *in dem Houe*, Ülrico de Oberbächv, Cünrado ministro de Oberostinwiler et Hainrico filio eius, necnon Hainrico dicto Lurze aliisque quampluribus probis viris. Es siegelt Swicker von Deggenhausen (Swikerus de Tekinhusin), als Stellvertreter des Landgrafen, auf Bitten des Ausstellers.

608.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Swicker von Deggenhausen, aus Malta, an einem Pergamentstreifen, bekannt (hinten glatt). Cod. Sal. III, 253 No. CCIX. Reg. Ztschr. 3, 93.

1280. Jan. 15. Konstanz. Der Leutpriester H. von Sentenhart übergibt unter näher bezeichneten Bedingungen dem Kloster Salem, wo er sich seine Grabstelle gewählt hat, seine Besitzungen zu Volkertshausen. 609.

Omnibus hanc paginam inspecturis H., plebanus in Sentenhart, noticiam subscriptorum. Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod ego, gloriose virginis Marie patrocinia cupiens copiosius promereri, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem, Cysterciensis ordinis, omnes possessiones meas in Volkoldishusen, in agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, viis, inviis necnon omnibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, que mihi iure proprietario pertinebant, eodem proprietatis iure possidendas, in perpetuum tradidi et donavi, subnotatis tamen condicionibus primitus preconceptis, videlicet ut dicte possessiones mihi ad tempus vite mee tantum pro annuo censu, videlicet dimidio fertone cere predicto monasterio in die purificationis beate virginis assignando annis singulis, concedantur. Cum vero me ex luce[2] divina misericordia evocarit aut si inspiratione celita ad re-

[1] Or. hat de, im Cod. Sal. fehlt dieser Name. — [2] Cod. hat laice.

Digitized by Google

ligionem quamcunque transiero, dicte possessiones ad dictum monasterium libere, nullo heredum meorum reclamante occasione qualibet, devolvantur, [317] et cum apud Salem sepulturam elegerim, me, ubicunque infra sex miliaria a suo monasterio in seculo decessero, ad suum monasterium sepeliendi gratia deducere tenebuntur. Et quandocumque sepedictum manasterium, vel ex morte mea vel ex religionis ingressu, fructus predictarum possessionum percipere inceperit, unum lumen in monasterio gloriose virginis Marie die noctuque pro mee anime remedio perpetuo concremetur. In cuius facti evidenciam et munimen presentem cedulam exinde conscriptam predicto monasterio tradidi, sigillis honorabilis viri domini . . officialis curie Constantiensis et meo pro testimonio insignitam. Actum et datum Constantie anno domini M° CC° LXXX°, XVIII° kalendas februarii, indictione VIII^a^. Nos officialis curie Constantiensis, ad peticionem predicti H., sigillum nostrum pro testimonio apposuimus huic carte.

Cod. Sal. I, 316 No. CLXXXVI.

1280. Jan. 17. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass vor ihm der Abt von Salem dem ebenfalls anwesenden Marquard Kizi, Kirchherrn zu Weildorf, einen Weingarten in Schachen (Schaichin) bei Lindau (Lindaugia), welcher einst Eigenthum der Frau Gerdrud Clainerin war, nunmehr aber dem Kloster Salem gehört, um eine gewisse Summe Geldes zur Nutzniessung auf Lebenszeit, unter der Bedingung des Rückfalls nach dessen Tode, verkauft habe. Actum et datum Constantie anno domini M° CC° LXXX°. XVI. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorabilibus dominis Hainrico thesaurario ecclesie Constantiensis, magistro Cûnone de Brisaco, eiusdem ecclesie canonico, Nicholao et Ûlrico monachis de Salem. 610.

Perg. Or. Konstanzer Kanzleihand. 2 Siegel, befestigt wie an No. 432, beide aus Malta, bekannt, des Officials von Konstanz (Daumeneindruck) und des Abtes von Salem (durch Fingerdruck erhöht). Ein zweites Original von anderer Hand geschrieben, mit den nämlichen Siegeln liegt dabei, in demselben ist der Ortsname Schachen, der Name des Kirchherrn von Weildorf Kitzi geschrieben.

1280. Jan. 17. Konstanz. Derselbe beurkundet, dass Marquard, Vicepleban in Lindau, sein Haus daselbst, welches

Digitized by Google

ehedem der Gerdrud, Witwe des Heinrich Clainer zugehörte, auf seinen Todesfall dem Kloster Salem vermacht, sich dagegen auf Lebenszeit das Verfügungsrecht über dasselbe vorbehalten habe. Actum wie in der vorigen Urkunde, die nämlichen Zeugen, zu denen noch der Abt von Salem kommt.

611.

Perg. Or. Schrift, Besieglung und Duplicat wie bei No. 610.

1280. Jan. 27. Pfullendorf. **Die Stadt Pfullendorf befreit das Kloster Salem für sein dortiges Haus am oberen Thor von allen städtischen Lasten, was der Landgraf in Oberschwaben, Graf Hugo von Werdenberg, bestätigt.** 612.

Omnibus hanc paginam inspecturis . . minister et universitas communitatis in Pfullendorf notitiam rei geste. Scire volumus tam posteros quam presentes, quod nos || ob specialem dilectionem venerabilium in Christo . . abbatis et conventus monasterii de Salem, ipsorum religionis favore permoti et nostre civitatis ex hoc profuturum intuentes non modi cum incrementum, ipsis libertates et indulgentias seu exemptiones concedimus subnotatas, videlicet ut domus, quam apud portam superiorem in nostra civitate pro suo comodo[1] erexer|unt, cum suis apendiciis universis et quicumque nomine ipsorum sub quovis religionis habitu ipsam domum inhabitaverit, sit a stiuris, vigiliis, vigilibus seu vigilum precio et sine exceptione ab omni servitio ex nunc inperpetuum absoluta et omnes res, in quacumque consistant materia, ab exactionibus, que vulgo dicuntur *zol* et *ungelt*, vel quocumque alio nomine nuncupentur, inferendo vel efferendo seu ibidem vendendo et in alios vel etiam alii in eos quocumque titulo transferendo absolvimus et absolutos ex nunc in perpetuum pronunciamus. Adiacentes ex gratia ampliori, ut si quandoque pro tempore quacumque de causa quicquam in venditionibus et emptionibus exactionis cuicumque mensure bladi et vini tunc existentes inponere decreverint, dicti de Salem a dictis exactionibus penitus sint inmanes. Volumus etiam et concedimus, ut nullus hominum nostre civitatis seu extraneorum res quascumque dicti monasterii infra septa nostre civitatis cuiuscumque auctoritate interdicere possit vel debeat occupare, sed quicquid questionis contra dictum monasterium quivis hominum

[1] Das Or. hat comdo.

Digitized by Google

habuerit, alibi coram iudice, prout dicti monasterii libertates admiserint, prosequatur et supradicta omnia ad omnes grangias ipsius monasterii equaliter se extendant, hoc adiecto, quod quicumque secularis, cuiusque conditionis fuerit, dictam domum inhabitaverit, rebus propriis et persona intus et extra nostre civitati ad consueta servicia sit astrictus. Has libertates, indulgentias et exemptiones concessas per nos monasterio prenotato, sollempni super hoc tractatu prehabito et voluntate seu consensu nobilis domini Hûgonis, lantgravii per superiorem Sueviam, vicem gerentis cum plenitudine potestatis serenissimi domini Rûdolfi, dei gratia regis Romanorum semper augusti, concorditer concurrente, volumus per nos et nostros successores in perpetuum inviolabiliter permanere. Renuntiantes omnibus et singulis, per que predicte concessiones, exemptiones, indulgentie et libertates possint vel debeant quavis occasione in posterum in irritum revocari. In omnium horum evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum, super hoc confectum et sigillis nostre civitatis et predicti domini lantgravii conmunitum, tradidimus monasterio supradicto. Actum et datum apud Pfullendorf in strata publica omnibus nobis presentibus et consentientibus libere ac spontanea voluntate, anno domini M° CC° LXXX°. VI° kalendas februarii, indictione VIII^a^. Nos Hugo de Werdenberch, lantgravius et gubernator per superiorem Sueviam a serenissimo domino Rûdolfo, dei gratia rege Romanorum, constitutus, predicta omnia prout premissa sunt, sub appensione sigilli nostri, esse vera, presentibus profitemur, supradictas concessiones, indulgentias, libertates et exemptiones auctoritate nobis tradita confirmantes.

Perg. Or. im Fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv zu Regensburg. 2 Siegel aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg wie an No. 547. — 2. der Stadt Pfullendorf wie an No. 463. Cod. Sal. III, 195 No. CLIX.

1280. Feb. 26. Wälde. Bischof Rudolf II. von Konstanz und das Domcapitel daselbst übergeben dem Kloster Salem die von demselben dem Rudolf von Riedhausen abgekauften Güter zu Ostrach, nachdem dieser, ein Lehensmann des Domstiftes, sie in des Bischofs Hände resigniert hatte.

613.

Rûdolfus, dei gratia episcopus ecclesie Constantiensis, omnibus hanc paginam inspecturis rei geste noticiam cum sa-

Digitized by Google

lute. Noverint, quos nosse fuerit opor||tunum, quod cum Rûdolfus de Riethusin possessiones suas in Ostrach sitas in medio possessionum Hermanni dicti Bonritter et Ekhardi, quas colit Eke||linus, quas a nobis iure pheodali tenuerat illucusque, accedente omnium, quorum intererat, consensu, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem || Cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, receptis ab eis sex marcis argenti Constantiensis ponderis, adhibitis omnibus, que in huiusmodi contractibus adhiberi solent, de iure vel consuetudine libere vendidisset et nobis dictas possessiones cum possessionibus suis in Riethusin, que sibi iure proprietatis pertinebant, videlicet dictis *des Walhisgût*, item *Lakusgût*, item *Bertoldi Tvsmerisgût* quas ad manus nostras libere resignavit et post hec a nobis recepit in pheodum, prout plures ecclesie nostre pertinentes iureiurando constricti testati sunt sufficienter et cum nostre ecclesie utilitate non dubia conpensasset, nos deliberato consilio ad peticionem predicti Rûdolfi predictas possessiones suas in Ostrach, videlicet in agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, viis, inviis necnon omnibus aliis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, recepta prius ab eodem Rûdolfo ad manus nostras libera resignatione earundem possessionum, predictis . . abbati et conventui de Salem nomine ipsorum monasterii donavimus et tradidimus iure proprietatis libere in perpetuum possidendas. In cuius facti evidenciam et munimen presentem cedulam exinde conscriptam predictis . . abbati et conventui tradidimus, sigillis, nostro videlicet nostrique capituli, roboratam. Actum et datum in Waldv anno domini M° CC° LXXX°. IIII^to^ kalendas marcii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dilectis in Christo Rûperto de Tânninuelse, preposito Sancti Stephani in Constancia, magistro Hainrico, custode ecclesie nostre, Hainrico de Denkingen, nostro notario, magistris Walthero de Kirchain, Walthero de Scafusa, canonico ecclesie sancti Stephani in Constantia, Cûnrado Phepherhardo, Hainrico, dispensatore, clericis, Wittig de Riethusin, Cûnrado Advocato de Svmberowe et fratre Ülrico dicto de Seluingen, monacho in Salem aliisque quampluribus probis viris. Nos [1]decanus, [1]prepositus totumque capitulum ecclesie Constantiensis predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus pro-

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

fitemur, sigillum nostrum huic carte pro testimonio et robore appendendo. Ego Rûdolfus de Riethusin antedictus predicta omnia, prout premissa sunt, sub sigillis predictis, videlicet reverendi in Christo patris ac domini Rûdolfi, dei gratia Constantiensis episcopi, esse vera profiteor per presentes. Renuncians pro me et meis heredibus omni actioni, excepcioni, defensioni, necnon omni iuri tam canonico quam civili, omnibusque aliis tacitis et expressis, per que predicta vendicio, tradicio seu donacio posset in posterum irritari, et promittens me de premissis omnibus, quocienscumque et quandocumque et coram quocumque iudice requisitus fuero, werandiam prestiturum.

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen, Hand der Konstanzer bischöflichen Kanzlei, mit 2 an schmalen Pergamentstreifen anhängenden Siegeln aus brauner Malta: 1. des Bischofs Rudolf von Konstanz wie an No. 571, — 2. des Domcapitels wie an No. 259 (1 mit 3, 2 mit 2 schräg laufenden Einkerbungen). Cod. Sal. III, 39 No. XXXIIII.

1280. Febr. 26. Konstanz. Bischof Rudolf II von Konstanz bestätigt die Vergabung eines Ackers zu Hagnau. 614.

Rudolfus dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus Christi fidelibus presentem cedulam inspecturis salutem cum noticia subscriptorum. || Veritati, que est adequatio rei ad intellectum, intendere cupientes, scire volumus universos, quod cum dominus Burchardus de Vrendorf, custos domus || nostre in Merspurch, quondam agrum suum apud Hagenŏw, in loco, qui dicitur Horlach, ad plantationem vinee Burchardo, filio sororis domini Hainrici || Cellerarii, ecclesie Constantiensis canonici, eo iure, quod vulgariter appellatur *marcreht*, ita tamen, ut ipse de qualibet area eiusdem agri a festo sancti Marthini proximo veniente post quatuor annos octo denarios singulis annis nobis nomine census aput Merspurg certo tempore assignaret, presentibus domino Diethelmo de Bodemon, Arnoldo, filio sororis sue, Cünrado et Alberto de Menlinshouen aliisque pluribus fide dignis, concesserit et omnibus heredibus suis perpetuo possidendum, nos eidem concessioni, eo modo quo dicta est, assensum et consensum nostrum presentibus accedere profitemur. In cuius rei testimonium presentem litteram predicto Burchardo dedimus, nostri sigilli munimine communitam. Datum Constantie anno domini M° CC° LXXX°, IIII° kalendas marcii, indictione VIII^a.

Digitized by Google

Perg. Or. Fremde, ohne Zweifel Konstanzer Kanzleihand, von den seither uns vorgekommenen abweichend. Fragment des Siegels des Ausstellers aus Wachs, an Pergamentstreifen wie an No. 432 befestigt (auf der Rückseite 2 wagrechte Einkerbungen). Cod. Sal. II, 265 No. CCLII. Die Urkunde ist ohne Zweifel bei Gelegenheit einer späteren Erwerbung von Gütern zu Hagnau durch das Kloster Salem in dessen Archiv gelangt.

1280. April 9. Reichenau. Abt Albert und das Capitel von Reichenau überlassen dem Kloster Salem die Besitzungen in Waldbeuren, mit denen von ihnen Konrad von Gundelfingen, der sie an Salem verkauft hatte, belehnt war, nachdem sie genügenden Ersatz erhalten, zu Eigenthum. 615.

Omnibus hanc paginam inspecturis Albertus dei gratia abbas totumque capitulum ecclesie Augie Maioris || subscriptorum noticiam cum salute. Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod cum nobilis vir Cûnradus de Gun'dolvingen possessiones suas in Waltburrun cum omnibus suis attinenciis et iure patronatus eiusdem capelle, quas || a nobis iure pheodali tenuerat illucusque, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem, adhibitis omnibus, que in huiusmodi contractibus de iure vel consuetudine adhiberi solent, libere vendidisset, et nobis dictas possessiones, que trium librarum denariorum currentium redditus non excedunt, nobilis vir Manigoldus comes de Nellinburch, ad peticionem ipsius Cûnradi, cum possessionibus suis, videlicet curia, quam tenet Rûdolfus dictus Abzwic, dictam zi Bvrchtal, sitam prope Stochach et cum una hûba, quam tenet Berhtoldus dictus Jâger, sitam ibidem, ad quatuor libras redditus estimatis, que sibi iure proprietario pertinebant, non sine nostri monasterii evidenti utilitate, prout plures nostri vasalli etiam iuramento astricti indicabant, recompensasset eo, quod dictas possessiones suas in Bvrchtal sibi proprietatis titulo pertinentes ad manus nostras libere resignavit et eas a nobis recepit in pheodum sibi et suis heredibus universis, nos, ad peticionem predicti Cûnradi de Gvndolvingen, recepta prius ab ipso ad manus nostras libera resignatione predictarum possessionum in Waltburrun, ipsas cum iure patronatus ipsius capelle in Waltburron ac omnibus aliis iuribus et attinentiis suis in monasterium de Salem transtulimus, iure proprietatis perpetuo possidendas. Renuntiantes pro nobis et dicto Cûnrado omnibus actionibus, exceptionibus, defensionibus, omni iuri tam canonico quam civili, necnon

Digitized by Google

omnibus aliis,. per que predicta ipsius Cũnradi vendicio seu nostra translatio libera posset a quocumque in posterum aliqualiter enervari. Actum et datum apud Augiam anno domini M° CC° LXXX, V° idus aprilis, indictione VIII^a^. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum predictis . . abbati et conventui de Salem tradidimus, sigillorum nostrorum munimine roboratam.

Perg. Or. Reichenauer Hand. An Pergamentstreifen die 2 bekannten Siegel des Abtes Albert (durch Fingerdruck erhöht) und des Capitels von Reichenau (glatt). Cod. Sal. III, 55 No. XLVII. Reg. Ztschr. 3, 92. Vgl. oben No. 601.

1280. April 13. Rom. Papst Nicolaus III. ermächtigt das Kloster Salem, bewegliche und unbewegliche Güter freier Personen, die in das Kloster eintreten, mit Ausnahme der Lehen, in Besitz zu nehmen. 616.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii || de Salem, Cisterciensis ordinis, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclina||ti, presentium vobis auctoritate concedimus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, || que liberas personas fratrum vestrorum, mundi relicta vanitate ad vestrum monasterium convolantium et professionem facientium in eodem iure successionis vel alio iusto titulo, si remansissent in seculo, contigissent et[1] ipsi potuissent aliis libere erogare, feudalibus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere ac etiam retinere sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum || eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, idibus aprilis, pontificatus nostri anno tercio.

Perg. Or. An rothen und gelben Seidenfäden die Bleibulle mit den Apostelköpfen. Revers: **nico||lavs||pp. III.** Links unten, unter der Falte: R. C. Auf der Rückseite oben: P. de Ass. ph. Cod. Sal. III, 271 No. CCXXII.

1280. Juni 2. Esslingen. Berthold von Neuffen (Nifen) übergibt sein Eigenthumsrecht an einem Hofe bei Deisendorf, den von ihm der Ritter von Heggelbach (strennuus miles . .

[1] Nach et eine Rasur.

Digitized by Google

dictus de Haeggenlbach [sic!]) zu Lehen trug, mit drei dazu gehörigen Schuposen — die eine *in der Gassun*, die zwei andern *an der Lêrun* in dem nämlichen Dorfe gelegen — dem Kloster Salem. Acta sunt hec apud Ezzelingen anno domini millesimo ducentesimo octogesimo, quarto nonas junii, presentibus testibus et rogatis, videlicet Rûberto, Cûnrado, Rûdegero fratribus dictis Rûperth, civibus in Ezzelingen, Hainrico notario domini de Nifen, Rûdolfo Pincerna de Wineden, Bertoldo dicto de Guntershouen, Cûnrado dicto Schilhinc, fratre Gerungo, provisore domus in Ezzelingen dictorum de Salem aliisque pluribus probis viris. 617.

Perg. Or. Fremde Hand. An einem schmalen Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 50 mm, (IV B 1) Helm mit Kleinod im Siegelfelde wie an No. 201. Umschrift: † **s. berhtholdi. de. nifen.** (Rückseite durch Fingerdruck erhöht, mit 3 wagrechten Einkerbungen). Cod. Sal. III, 66 No. LXI.

1280. Juni 2. Esslingen. Berthold und Heinrich Gebrüder von Lichtenstein (Lichtenstain) verkaufen zur Tilgung ihrer Schulden durch die Hand des Grafen Eberhard von Wirtemberg ihre Besitzungen zu Oeffingen mit aller Zugehör und allen Rechten, insbesondere denjenigen, welche *ehafti getwinc und frâveli* genannt werden, um 140 Pfund Pfennig Heller an das Kloster Salem. Acta sunt hec apud Ezzelingen anno domini M° CC° LXXX°, IIII nonas junii, indictione VIII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili domino duce Ludewico seniore de Tekke, nobili domino comite Ottone de Brandenburc, Wolframmo de Bernhusen et Walthero de Kaltental, militibus, Wolfone et Berhtoldo fratribus dictis de Lapide, Wolframmo juniore de Bernhusen, Hainrico sculteto in Ezzelingin, . . dicto Holtzhuser et Hainrico fratre suo, Rûdolfo et Berhtoldo, filio suo, dictis Hasenzagil, Cûnrado dicto Rûpreht et Rûdegero fratre suo et Rûprehto seniore aliisque quam pluribus probis viris. Es siegeln Graf Eberhard von Wirtemberg und die Stadt Esslingen, da die Brüder von Lichtenstein keine eigenen Siegel haben (sigilla propria non habebant). 618.

Cod. Sal. III, 162 No. CXXXVI.

1280. Juni 9. Königsegg. Ulrich von Königsegg (Kvnigsegge), Ritter, übergibt dem Kloster Salem, mit Zustimmung

Digitized by Google

seines Bruders Berthold von Fronhofen (Vronhouen) und seiner Söhne, seine Besitzung in Riedhausen (Riethvsen), genannt *Siggengůt*, mit aller Zugehör, welche ihm jährlich einen Zins von 1 Pfund Pfennig abwirft, mit der Bestimmung, dass dieser Zins für ein ewiges Licht vor dem Altare der hl. Jungfrau in Salem verwendet werden soll. Actum apud Kv̊nigsegge, anno domini M° CC° LXXX°. V. idus junii, presentibus hiis testibus et rogatis, scilicet strennuo milite H. de Nv̊uron, Eggeharto de Ostra, Friderico de Richenbach, Hermanno dicto Bonritter, Friderico ministro, Eberhardo cellerario, fratre Gerungo, converso de Salem aliisque pluribus fide dignis. Es siegelt Berthold von Fronhofen. 619.

Cod. Sal. III, 52 No. XLIIII. Reg. Ztschr. 3, 93.

1280. Juni 16. Schattbuch. Hugo Graf von Heiligenberg und Werdenberg, Landgraf in Oberschwaben, bestätigt einen auf Anrufen des Klosters Salem erfolgten Urtheilsspruch seines Stellvertreters, Swicker von Deggenhausen, betreffend die Landstrasse von Schattbuch durch das Sigginger Thal nach Tepfenhart. 620.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hugo, Sancti Montis et de Werdenberch comes, lantgravius per superiorem partem Swevie a serenissimo domino Rů|dolfo, dei gratia Romanorum rege, constitutus, rei geste noticiam cum salute. Cum nostra intersit, rei publice providere, ad deformata pro viribus reformanda habemus || semper animum inclinatum. Ea propter noverint universi tam presentes quam posteri, quod, cum religiosi in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem ordinis Cisterciensis, || Constantiensis diocesis, communi utilitati tam sue quam tocius provincie provide intendentes, universos, quorum possessiones stratam publicam et omnibus transeuntibus semper pattulam hincinde videntur tangere a loco, qui vulgo Schattebůch dicitur, per pagum, qui *Siggingertal* nuncupatur, usque ad grangiam ipsorum in Tephfenhart et ipsarum possessionum incolas et colonos coram nobili viro Swiggero de Teggenhusen dicto Svnnenkalb, gerente tunc temporis vicem nostram, ad publicum iudicium in Schattebůch statuto tempore iuxta ius et consuetudinem constitutum in causam traxissent super eo, quod quidam ex ipsis in dicta strata transeuntibus nullo iure seu ratione fulti transitum denegarent, alii vero, sue volentes avaricie consulere, ipsam

Digitized by Google

stratam publicam indebite coartarent, post multa hincinde a partibus allegata, tandem de consilio et consensu partium predictarum necnon omnium vicinorum, super dicto negocio taliter extitit conventum et per iuris et iudicis sententiam approbatum, ut hincinde viri fidedigni honestate et senio ac etiam in dicto negocio comprobati eligerentur, qui, astricti corporali iuramento, non solum super dicta strata publica, quo et ubi se extenderet, immo etiam super illius latitudine veritatem, prout ipsis constaret et a suis progenitoribus intellexissent a multis temporibus retroactis, nullo timore moti, amore, utilitate et comodo enarrarent, quod et factum fuerat sine mora. Electi igitur viginti viri, prout convenerant ex omni provincia seu vicinia ad ostensionem veritatis ipsius negocii meliores, de omnium vicinorum et provincialium scientia et consensu, in presentia iam dicti vicarii nostri de Teggenhusen ac postmodum coram nobis, in animas suas sub iuramento, quod super hoc corporaliter prestiterunt, sunt concorditer protestati, nullo ex ipsis in aliquo deviante quod, prout ipsis constaret ex visu et exercicio et a suis progenitoribus tamdiu, quod memoriam omnium excederet, de dicto loco, qui Schattebůch vocatur, per terminos curtis in Altenbivrron, opidi Menewanc, Siggingen, Wittenhouen, Roggenbivrron, Wattenberc, Vrnŏwe, Gaikhain, Capelle et Rimerswiler, necnon per villam dictam Viselentobil usque in predium dictum Tephfenhart tante latitudinis ubique locorum, ut sibi possint duo currus onusti feno vel stramine occurrere, mutuo ipsa strata publica transitum prebeat omnibus, difficultate seu gravamine quolibet non obstante. Verum cum id, quod communius est, divinius sit et id sit magis ab omnibus amplectendum, dictam stratam publicam, prout obtenta est proborum virorum et iuris ordine per sententiam approbata, auctoritate districtus comitatus Sancti Montis necnon provinciali per superiorem Sueviam nobis a serenissimo domino Růdolfo, dei gratia regis Romanorum, commissa, approbamus et presentibus confirmamus exnunc omnibus et singulis, qui quacumque de causa, quocumque iure, quacumque occasione, quocumque titulo quicquam iuris, actionis vel questionis contra dictam stratam et suam latitudinem, longitudinem et dimensivam extensionem habuerint vel habere crediderint, perpetuum silentium imponentes, ita ut in contrarium venientes indignationem dei et sacri imperii et no-

Digitized by Google

stram se noverint incurrisse. Acta sunt hec apud Schattebûch, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo, in octava pentecostes, indictione VIII^{a}, in publico iudicio, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ortolfo de Hasenwiler, Cûnrado de Hasenstain, Rûdolfo de Wolfurt, Friderico de Manlinshouen, Alberto Grüber, Rudolfo de Bermetingen et Eberhardo de Stekkeboron, militibus, Hainrico de Menewanc, filio Christine[1], Hainrico ministro in Pfullendorf dicto de Honberg, Ottone advocato Sancti Montis dicto *von Sant Æïns*, Cûnrado de Oberostenwiler, antiquo ministro, Ekkol, ministro de Marhtorf, Andrea Similer, Hainrico Wenke, Hainrico de Egenwiler et Hainrico de Anzenwiler, dicto *der Âmer*, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum, super hoc ad petitionem partium et omnium de provincia conceptum et sigillo nostro necnon dicti Swiggeri de Teggenhusen, vicem nostram gerentis, pro communi utilitate et perpetuo comodo consignatum, monasterio de Salem tradidimus pro tota provincia conservandum. Nos Swiggerus de Teggenhusen dictus Svnnenkalb, nobilis domini Hugonis, de Sancto Monte et de Werdenberc comitis, per superiorem Sueviam lantgravii a serenissimo domino Rûdolfo, dei gratia rege Romanorum, constituti, vicem gerentes, predicta omnia, prout premissa sunt, sub appensione sigilli nostri, esse vera et coram nobis facta presentibus profitemur. Datum ut supra.

Perg. Or., sehr hartes Pergament. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg wie an No. 547 (Daumeneindruck), — 2. des Swicker von Deggenhausen wie an No. 342,2 (durch Fingerdruck erhöht). An den Stellen, wo die Siegel an der Urkunde befestigt sind, steht von der nämlichen Hand, welche die Urkunde schrieb: Lantgravii — Teggenhusen.

1280. Juni 27. Salem. Wernher von Raderach (Wernherus de Raderay) genannt Gnitfting genehmigt den Verkauf eines Hofes in Köpfingen (Chöppingen) durch seinen Lehensmann, den Ritter Heinrich von Bafendorf, um 7 Mark Silber an das Kloster Salem, nachdem dieser denselben in seine Hände resigniert und ihm als Ersatz einen andern Hof in Waldhausen (Walthusen) zu Lehen aufgetragen, und übergibt

[1] $\overline{\text{x}}$pine.

Digitized by Google

sein Eigenthumsrecht an dem erstgenannten Hofe dem Kloster. Neben seinem Siegel wird an die Urkunde gehängt das Siegel nobilis viri Svigeri dicti Sunnunkalp, iudicis provincialis in comitatu Sancti Montis. Actum apud Marchdorf, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet viro discreto Cůnrado dicto Genanne. viceplebano in Marchdorf, honorando viro domino Cunrado clerico, dicto de Marchdorf, viris discretis Cünrado dicto Egehol, Hainrico dicto Maedelinch, Hainrico Molitore, Ůlrico Vinitore, Cunrado Pistore, Hainrico dicto Schulle, civibus in Marchdorf, fratre Hainrico, cellerario minore, monacho in Salem, Bertoldo mercatore, converso ibidem aliisque pluribus probis viris. Datum apud Salem [1]anno domini M° CC° LXXX° quinto kalendas julii. 621.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Swicker von Deggenhausen, rund, 38 mm (IV A 2) im Dreieckschild das bekannte Wappenbild, die Scheere, Umschrift: † s. **swigeri. dę. teggenhusen.** (auf der gratartig erhöhten Rückseite zwei kleine wagrechte Einkerbungen), — 2. des Werner von Raderach wie an No. 564 (auf der ebenso wie 1 erhöhten Rückseite drei tiefe schräglaufende Einkerbungen). Cod. Sal. I, 318 No. CLXXXVIIII.

1280. Juli 1. Markdorf. Swicker von Deggenhausen (Teggenhusen) genannt Sunnunkalp, Landrichter in der Grafschaft Heiligenberg, beurkundet, dass Heinrich genannt von Stadelen das Eigenthumsrecht seines Ackers in Heggbach (Hegebahc), genannt *Anwander*, dem Kloster Salem übergeben habe. Actum apud Martorf anno domini M° CC° octogesimo, kalendis julii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet nobili viro Wer(nhero) dicto de Raiderai, Hainrico dicto Medelinc seniore, H. filio eiusdem, Růdegero dicto Růge, Jacobo dicto de Bermetingen, civibus in Martorf aliisque pluribus probis viris. 622.

Perg. Or. Fremde Hand von conceptartigem Charakter. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen anhängend, aus Malta, wie an No. 621.

1280. August 20. Oberdürkheim. Graf Eberhard von Wirtemberg beurkundet den Verkauf eines Weinberges in Stuttgart durch Adelheid von Königsegg, Wittwe des Friedrich von Bernhausen, an das Kloster Salem und befreit denselben von allen Lasten. 623.

Omnibus hanc paginam inspecturis Eberhardus comes de Wirtenberc rei geste noticiam cum salute. Temporum malitia

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

et hominum memoria labilis monent, gesta modernorum perstringi serie literarum. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum Adilhaidis dicta de Kv̊negesegge, relicta quondam Friderici de Bernhusen, mota circa monasterium de Salem visceribus pietatis, ipsi monasterio de Salem elemosinam pro anime sue remedio et suorum proponeret elargiri, vineam, videlicet tria iugera, que vulgariter dicuntur *drige morgen*, sitam in Stv̊tgarten, dictam *ze hv̊estaige*, a Friderico privigno suo de Bernhusen, ministeriali nostro, cui dicta vinea pertinebat iure proprietario, pro 35 libris denariorum hallensium comparavit iuste emptionis titulo sub hac forma, ut idem Fridericus unâ cum Wolframmo, suo patruo et tutore, eo quod fuerat minor [172] annis, ipsam vineam cum suis attinentiis monasterio de Salem traderet et donaret iure proprietatis perpetuo possidendam et dictum monasterium iam dictam relictam de dicta vinea inpheudaret pro annuo censu, videlicet dimidia libra[1] cere in festo purificationis gloriose virginis Marie annis singulis persolvendo, ita tamen ut ex pacto adiecto ex parte iam dicti Friderici et acceptato ex parte relicte post ipsius relicte solius obitum ipsa vinea ad dictum monasterium de Salem libere revertatur, nec aliqui heredum suorum in ipsa vinea sibi vendicarent quocumque titulo quicquam iuris, excepto si predictus Fridericus vel soror sua post obitum iam dicte relicte eandem vineam voluerint retrahere, iidem de Salem ipsam vineam a die obitus eiusdem relicte infra annum et non amplius pro 35 libris denariorum hallensium ipsis vendere tenebuntur. Quod si infra annum neglexerint undecumque, pretaxati de Salem predictam vineam extunc libere ac pacifice possidebunt in perpetuum, contradictione cuiuslibet et exceptione qualibet non obstante. Quibus omnibus per manus nostras rite et legaliter consumatis, nos ipsam vineam propter deum et dilectionem dictorum ministerialium nostrorum et fratrum de Salem absolvimus et absolutam exnunc pronunciamus ab omnibus servitiis et exactionibus, que solent inponi dicte vinee vel suis possessoribus undecumque. Acta sunt hec apud Oberndurnkain ante curiam . . villici dicti Kambe in strata publica, anno domini M° CC° LXXX°. XIII° kalendas septembris, indictione septima[2], subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Walthero de Nippenburc,

[1] Cod. hat dimidiam libr. — [2] Die Indiction stimmt nicht.

Digitized by Google

Walthero de Kaltental, . . dicto Bonlanden, militibus, Wernhero de Buwenburc, Rûdegero Rûpreht, Geroldo Volmar, civibus in Ezzelingin et fratre Gerungo dicto Eggehart, converso in Salem aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam presentem literam super hoc conscriptam et sigillis, nostro videlicet et . . dictorum de Bernhusen, ministerialium nostrorum, necnon universitatis in Ezzelingin roboratam tradidimus monasterio [173] prenotato. Nos Wolframmus et Fridericus predicti de Bernhusen predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta presentibus protestamur, renunciantes omnibus, per que predicta possint in futurum modo quolibet enervari, renunciantes etiam iuri restitutionis in integrum, sigilla nostra, unâ cum sigillo predicti domini nostri comitis et universitatis in Ezzelingin, pro testimonio apponentes. Ego Adilhaidis dicta de Kv̂ngesegge relicta predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per me facta profiteor et in hoc facto sigillo universitatis in Ezzelingin usa sum.

Cod. Sal. III, 171 No. CXL.

1280. Sept. 1. Auf den Feldern zwischen Ueberlingen und Pfaffenhofen. Abt Ulrich und der Convent zu Salem und Albert, der Schultheiss und die Gemeinde zu Ueberlingen vertragen sich über die Grenzen der Viehweide zwischen dem Gebiet der Stadt Ueberlingen und den Gütern des Klosters zu Pfaffenhofen und Owingen. 624.

Omnibus hanc paginam inspecturis frater Ůlricus abbas et conventus in Salem, Albertus minister et comunitas civitatis in Vberlingen noticiam rei geste. || Noverint, quos nosce fuerit oportunum, quod cum inter nos super limitibus pascuarum civitatis nostre in Vberlingen et oppidorum in Phaphinhouin et in Owingin perti||nencium monasterio nostro in Salem suscitata fuisset materia questionis, nos, eiusdem questionis ambiguitatem amicabiliter dissolvere cupientes, viros hinc inde fidedig||nos non solum honestate sed et senio ac etiam in dicti negocii noticia multis temporibus comprobatos elegimus consensu unanimi concurrente, qui astricti corporali sacramento, prout ipsis constaret et a suis progenitoribus intellexissent, nullo timore seu amore moti, nobis eosdem limites declararent. Electi igitur quinque viri, prout supra dictum est, sub iureiurando, quo se astrinxerant, asserebant, quod pecora civitatis de Vberlingen de pratis dictis *Braitinriet* prope silvam con-

Digitized by Google

tiguam curie dicte Lv̊gvn, quando ibidem nec segetes nec fruges in campis fuerint, transire debent usque ad rivum dictum *Truhtilbach*, ubi idem rivus fluit per stratam publicam ducentem de Lv̊gvn in Phaphinhouin, nec eandem stratam in aliqua parte transire debent, nec etiam stratam ducentem de Lv̊gvn in Lenginuelt, nec in aliquo alio loco rivum contingere antedictum, sed recto itinere se dirigere versus collem, qui dicitur *Wintstude*, ac inde versus fontem, qui dicitur *Salzbrvnne* et non ultra pascendo recto tramite declinare. Quamdiu vero in ipsis agris segetes fuerint sive fruges, nichil iuris sibi possunt aut debent ratione pascuarum in predictis locis aliqualiter usurpare, pecora vero predictorum oppidorum de Phaphinhouin et de Owingin pascendo per prata descendere debent usque ad pratum, quod *Bv̊binwise* appellatur, et insuper in omnes agros predictis oppidis attinentes usque ad montem, qui dicitur *Ankinhalde*, contradictione cuiuslibet non obstante. Nos igitur predictam limitationem ratam et gratam habere volentes, pro nobis et nostris successoribus universis de communi consensu statuimus, ut quotienscumque pecus aliquod civitatis de Vberlingin de consensu et voluntate pastoris supradictos limites transierit, tociens monasterio de Salem duos solidos denariorum currentium et ministro civitatis de Vberlingin unum solidum denariorum solvere teneatur. Si vero pecus aliquod oppidorum predictorum terminos sibi statutos cum voluntate pastoris transierit, ministro civitatis de Vberlingin duo solidi denariorum et monasterio de Salem unus solidus denariorum ab eodem pastore, quociens id contigerit, persolvatur. In cuius facti evidenciam et munimen presentem literam exinde conscriptam sigillorum nostrorum, videlicet . . abbatis de Salem et civitatis de Vberlingin munimine duximus roborandam. Actum et datum in campis inter Vberlingin et Phaphinhouin anno domini M° CC° LXXX°, kalendis septembris, indictione octava, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberto de Reginoldiswiler, Cv̊nrado dicto *an dem Orte*. Hainrico dicto Ehinger et Hainrico filio suo, Ůlrico dicto Wint, Ulrico Advocato, Lutfrido seniore et Lutfrido iuniore, . . dicto Scherer, Riperto de Tuwingen, Bertoldo Villico, civibus de Vberlingen, de fratribus vero de Salem Hainrico cellerario de Ysenina et Cv̊nrado dicto Mozzo, monachis, Burcardo mercatore et Bertholdo vinitore, conversis,

Digitized by Google

Cûnrado Villico de Phaphinhouin, . . dicto Moyses de Banberc, . . Villico de Lŷgvn aliisque quampluribus probis viris.

Perg. Or. Mit den Buchstaben A bis I cirographiert. Fremde Hand. 2 Siegel: des Abtes von Salem (zerbröckelt, eingenäht) aus Malta und der Stadt Ueberlingen, aus Wachs, wie an No. 274 (Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 25 No. XXIII.

1280. Nov. 22. Esslingen. Graf Eberhard von Wirtemberg beurkundet den Verkauf eines Weinberges in Stuttgart durch Friedrich von Bernhausen an das Kloster Salem und befreit denselben von allen Lasten. 625.

Omnibus hanc paginam inspecturis Eberhardus eomes de Wiertenberg rei geste noticiam cum salute. Ut in factis moodernorum successoribus subtrahatur ocasio littigandi, expedit, ipsa facta litterarum serie perhennari. Ea propter noverint universi, quod cum Fridericus, filius quondam Friderici de Bernhusen, ministerialis noster, ex causis licitis et honestis de Wolframi, sui patrui, de Bernhusen, qui tunc temporis suus extitit tutor, eo quod dictus iuvenis nondum annos legittimos adimplevit, procuratione, scientia et consensu quibusdam debitis premeretur, occasione quorundam debitorum partem suarum possessionum distrahere necessario cogebatur, vineam suam sitam in Stŷtgarton, dictam *ze der langen vurhe*, et ipsius vinee fundum, necnon vineas in Durnkain, dictas *hinder der kirkun*, et ipsarum fundum cum omnibus attinenciis viris religiosis . . abbati et conventui monasterii de Salem suoque monasterio unâ cum dicto suo tutore. Adilheidis sororis sue et omnium, quorum intererat, consensu voluntario concurrente, receptis ab eisdem de Salem centum et una libris denariorum hallensium eo modo, quo ius et conswetudo generalis nostre provincie requirebant, vendidit, tradidit et donavit, ipsas vineas et ipsarum possessionem vacuam cum omnibus iuribus et libertatibus, prout sibi proprietatis titulo pertinebant, per manus nostras in dictum abbatem suumque conventum ac ipsorum monasterium possidendas pacifice transferendo, renuncians unâ cum dicto tutore suo pro se et suis heredibus universis omni iuri, actioni, exceptioni, defensioni, omni subsidio tam legum quam canonum, omni conswetudini tam loci quam patrie, literis impetratis vel impetrandis, iuri restitutionis in integrum, pecunie non numerate et omnibus tacitis et ex-

Digitized by Google

pressis, que sibi in dictis vineis competebant vel dictum venditionis contractum tam legitime celebratum possint in posterum vel debeant enervari, promittens unâ cum sepedicto tutore suo, necnon Wolframo iuniore de Bernhusen, Walthero de Kaltental, Wolframo Dapifero de Steten, Wolframo de Nippenburc et Wolframo, senioris Wolframi filio, in perpetuum prestare werandiam de premissis, quocienscumque et coram quocumque iudice seu homine in forma iuris fuerint vel extra requisiti, suis propriis laboribus et expensis. Et ad maiorem cautelam de premissis supra dicto monasterio de Salem exhibendam et fratribus inibi constitutis iidem omnes et singuli, quocienscumque dicti fratres de Salem actionem quamcunque seu obstaculum a quocumque homine, quamvis modice senserint in premissis, si infra 14 dies post ammonitionem ipsis factam obiectum obstaculum plene non fuerit emendatum, sub iuramento super hoc prestito corporali, omni dilatione, exceptione, occasione postpositis bona fide simpliciter sine dolo, se apud Ezzelingin recipere in obstagio tenebuntur, inde nunquam recessuri, donec dicti fratres de Salem super mota sibi questione vel questionibus seu dampno vel gravamine, si qua in dictis vineis senserint, integraliter fuerint absoluti, et ad hoc faciendum quotiens necesse fuerit, ad vite sue terminum sunt astricti. Quibus omnibus consummatis nos, prehabito proborum virorum consilio saniori, ob dilectionem dei et dictorum Friderici et tutoris sui de Bernhusen, ministerialium nostrorum, ac etiam dictorum fratrum de Salem, predictas vineas et ipsarum possessores pro nobis et nostris heredibus et successoribus universis ex nunc in perpetuum absolvimus et absolutas pronuntiamus ab omnibus serviciis et exactionibus, que nobis seu nostris progenitoribus universis in dictis vineis competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente, sive que a nobis vel a nostris officialibus dictis vineis imponi consueverant quocumque iure, quacumque conswetudine, quocumque modo sint totaliter absoluti. Acta sunt hec apud Ezzelingin anno domini M° CC° LXXX° in die beate Cecilie virginis et martyris, in strata publica, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili domino Ottone comite de Brandenburc, Marquardo, filio Wolframi de Bernhusen, de civibus in Ezzelingin Hainrico Stainbize, Cûnrado seniore de Niwrtingin et fratre eius Cûnrado, Sifrido de Durnkain,

Digitized by Google

Rûdolfo Hasenzagel, Wernhero Meldeli, Wernhero de Bûwenburc et magistro Rûperto medico, de fratribus vero de Salem fratre Hainrico maiore cellerario, dicto de Isenina et fratre Gerungo dicto Eggehart, converso in Salem aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum super hoc ad petitionem partium confectum et sigillis, nostro videlicet et predictorum Friderici et Wolframi tutoris sui, ministerialium nostrorum, necnon universitatis in Ezzelingin communitum monasterio de Salem et suis fratribus tradidimus pro testimonio et cautela. Nos Fridericus et Wolframus de Bernhusen predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus protestamur, sigilla nostra unâ cum sigillis predicti domini nostri comitis Eberhardi et universitatis in Ezzelingin in premissorum testimonium apponentes.

Cod. Sal. III, 165 No. CXXXVII.

1281. o. T. Salem. Albert, Schultheiss (minister) in Ueberlingen verzichtet auf die Fortführung eines Rechtsstreites mit dem Kloster Salem über die Fischenz, Wirthschafts- und Bäckereigerechtigkeit und das Ehaft-Recht in Mimmenhausen (super piscaria, taberna, iure coquendi panes et iure, quod vulgo *ehafti* dicitur, in Mimmenhausen) zu Gunsten des Klosters wegen seines und seiner Mutter Seelenheiles, um Gotteswillen und besonders auch mit Rücksicht auf das bessere Recht des Klosters (precipue propter hoc, quod predictum monasterium de Salem de suo iure habere verisimilitudinem videbatur), unter der Voraussetzung, dass sein Recht wieder aufleben soll, sobald etwa der Abt von Petershausen bei Konstanz (abbas de Petridomo prope Constantiam) über diese Rechte einen Rechtsstreit mit Salem beginnen und in demselben obsiegen sollte. Acta sunt hec apud Salem, anno domini M° CC° LXXX° I°, indictione octava.[1] 626.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, mit dem Siegel des Ausstellers aus Malta, an Pergamentstreifen, schildförmig, 38:30 mm, die untere Spitze abgebröckelt, (IV A 1), im Siegelfelde ein gestürztes Lindenblatt. Umschrift: † **s. alberti. min(istri). de. ivberlingen.** (durch Fingerdruck ein wenig erhöht). Cod. Sal II, 187 No. CLIIII. Vgl. oben No. 421.

[1] Die Indiction stimmt nicht.

Digitized by Google

1281. Jan. 31. Ueberlingen. Albrecht, Schultheiss von Ueberlingen, genannt von Regentsweiler und die Söhne des Ulrich Ummensee, Bürger zu Ueberlingen entsagen allen Ansprüchen an die Güter und Rechte, welche Ulrich Ummensee zu Bambergen, Lützelstetten und Wolpertsweiler dem Kloster Salem übergeben hatte. 626.

Omnibus hanc paginam inspecturis Alberchtus, minister in Vberlingen, dictus de Regenoltswile, Hainricus et Ůlricus fratres, || filii Ůlrici dicti Vmmense, cives in Vberlingen, noticiam rei geste. Ne lites extincte racionabiliter iterum recidivent, sopiendi || modus litterarum debet serie perennari. Sciant igitur tam posteri, quam presentes, quod cum predictus Ůl(ricus) dictus Vmmense, pater noster, possessiones suas, || duas curias sitas in Banberch, videlicet curiam dictam[1] *Moyseshof* et curiam dictam *dez Kamerærhof*, necnon possessiones sitas in Lůcelosteten, dictas *Vmmenses gůth*, ac etiam curiam sitam in Waltbertswile cum tercia parte iuris patronatus ecclesie dicte ville, quarum omnium pars quedam iure proprietatis sibi, altera vero feodali titulo pertinebat, per vendicionem, donacionem et tradicionem iusto modo, secundum ius et conswetudinem, in monasterium de Salem transtulerit pleno iure et dicti de Salem possederint pacifice per tempora longiora, nosque, immemores beneficiorum iam dicti Ůlrici, ipsum Ůlricum super donacione, vendicione et tradicione, monasterium vero predictum super possessione in forma iuris et extra scienter indebite pulsaverimus et diu vexaverimus, licet ad id non faciendum nos antea astrinximus iuramento, tandem post multa reversi ad cor, ne sentencias excommunicacionis contra nos et interdicti contra ecclesiam in Vberlingen latas incurreremus, in salutis nostre dispendium et gravamen liti cessimus memorate, ad maiorem securitatem renunciantes omnes et singuli, unâ cum nostris liberis et heredibus universis, omni iuri, actioni, defensioni et omnibus, quibuscumque nominibus censeantur, que nobis seu nostris liberis vel heredibus universis in dictis possessionibus competebant vel competere videbantur casu quolibet contingente. Acta sunt hec apud Vberlingen anno domini M° CC° LXXXI°, indictione nona, pridie kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico, viceplebano in Vberlingen, Cůnrado dicto *an dem Orth* et C. filio suo, Ůlrico dicto Winth, Ůlrico Advocato, Riperto dicto Tuwinger, Luitfrido seniore, Egelolfo,

[1] Or. hat dicti.

Digitized by Google

Hainrico dicto Ehinger, Bertoldo Villico et Cunrado filio dicti Kulle, consulibus et civibus in Vberlingen, aliisque quam pluribus probis viris. In cuius facti robur et evidenciam presentem cedulam exinde conscriptam et sigillis, meo videlicet ministri et officialis curie Constantiensis, pro nobis, videlicet Hainrico et Ůlrico filiis dicti Vmmense, quia sigilla propria non habuimus, communitam monasterio de Salem porreximus pro testimonio et cautela. Nos officialis curie Constantiensis sigillum curie huic littere ad peticionem Alberti ministri in Vberlingen, Hainrici et Ůlrici filiorum dicti Vmmense, eô quod sigilla propria non haberent, pro confirmatione omnium premissorum, que coram nobis recognoverant esse vera, duximus apponendum. Datum loco et tempore supradictis.

Perg. Or. Fremde Hand (Ueberlinger oder Konstanzer?), 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Officials, bekannt (Daumeneindruck), — 2. des Schultheissen Albrecht von Ueberlingen wie an No. 626 (Daumeneindruck).

1281. Febr. 1. Schattbuch. Swicker von Deggenhausen (Swigerus de Teggenhusen), Stellvertreter des Grafen Hugo von Werdenberg und Heiligenberg, beurkundet, dass vor ihm, als er in Schattbuch (Schattebûch) zu Gericht sass, Eberhard Mûrde bekannte, dass er alle seine Besitzungen in Friedrichsweiler (Vriderichswiler), welche er von Vierlinc erkauft hatte, mit Zustimmung seiner Ehefrau Hille zu einem Seelgeret für sich und die Seinigen dem Kloster Salem übergeben und von demselben für sich und seine „*libherben*“ gegen einen an Martini zu entrichtenden Jahreszins von einem halben Pfund Wachs wieder verliehen erhalten habe. Subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico et Bertoldo fratribus dictis Stehellin, Eberhardo dicto Murde, Cunrado dicto *vf dem Zinslehen*, Cunrado et Hainrico filiis eiusdem, Hainrico dicto Blâze, Hermanno dicto *an dem Berchoue*, Cünrado fratre eius et Bertoldo de Habertswile. Actum et datum apud Schathebûich, anno domini M° CC° LXXXI° kalendis februarii, indictione IX. 628.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, an Pergamentstreifen, wie an No. 342 (auf der durch Fingerdruck erhöhten Rückseite etwa in der Mitte eine tiefe wagrecht laufende Einkerbung). Cod. Sal. II, 201 No. CLXVI. Reg. Ztschr. 3, 227.

Digitized by Google

1281. Febr. 3. Esslingen. **Schultheiss, Richter, Räthe und die Gesammtheit der Stadt Esslingen reversiert sich gegen das Kloster Salem, dass wie die früheren, so auch dessen künftige Erwerbungen in ihrem Gebiet gegen Entrichtung einer jährlichen Abgabe von 20 Schilling Heller steuerfrei sein sollen.** 629.

Omnibus hanc paginam inspecturis scultetus, judices, consules et universitas civitatis in Ezzelingen rei geste memoriam cum salute. Ne propter lapsum temporis gesta hominum in futurum dispendium paciantur, litterarum debent testimonio | perhennari. Ea propter noverint universi, quod cum cordi nobis sit, venerabilem in Christo . . abbatem et conventum monasterii de Salem, qui propter religionis odoriferam honestatem nostris communiter affectibus sunt impressi, prout possumus, promovere, et iidem quasdam || possessiones in nostra parochia exemptas simpliciter ab omnibus serviciis per reges et imperatores sacrosanctum Romanum imperium regentes canonice hucusque quiete possederint ab antiquo, de quibus etiam aliis possessionibus post predictam exempt|ionem habitis in nostra parochia, de quibus adhuc gaudere exemptionis tytulo non valentes servicia non recusant debita pro nostre civitatis indigencia exhibere, licet divina gracia et hominum favente clemencia excreverint competentes.

Nos[1] cupientes dictorum de Salem exemptionem servare in omnibus illibatam et in aliis possessionibus servilibus ipsorum honera supportare, sollempni super hoc tractatu prehabito et omnium nostrum et quorum intererat voluntate et consensu concorditer concurrente, de omnibus possessionibus, serviciis subiectis in parochia Ezzelingen constitutis monasterio spectantibus memorato, ut extunc inperpetuum, ab omnibus serviciis et exactionibus, quocumque nomine censeantur, que de iure vel facto seu consuetudine quacumque de causa ad cuiuscumque mandatum et quocienscumque nostre civitatis imponentur possessionibus vel personis, absolute sint sine exceptione libere et immunes, 20 solidos hallensium annis singulis vice dictorum serviciorum seu exactionum consensimus acceptare, quos procurator de Salem, qui pro tempore in Ezzelingen prefuerit, nobis in festo beati Martini, cum per nos requisitus fuerit, tenebitur assignare. Hoc habentes non in merito pre oculis in hoc facto, quod dicti de Salem de suis exemptis possessionibus possessiones non modicas per distractionem debi-

[1] Auch im Or. alinea

Digitized by Google

tam iam dudum nostris servitiis subiecerunt. Hoc adicientes ex condicto, ut si de dictis possessionibus servilibus aliquas distraxerint, tantum pro rata de dictis 20 solidis remittamus. Si vero aliquas possessiones exnunc in nostra parochia habuerint undecumque, de illis servicia congrua iuxta consuetudinem civitatis nostre, tamquam alterius concivis nostri possessiones equivalentes, sine contradictione qualibet exhibebunt. Renunciantes pro nobis omnibus et singulis et nostris successoribus universis omnibus exceptionibus, defensionibus, constitutionibus, per quemcumque editis vel edendis causis emergentibus seu inpellentibus undecumque et omnibus aliis, per que predicta nostre concessionis ordinatio et libertatis donatio in modico vel in magno seu etiam in toto possit vel debeat in posterum enervari casu quolibet contingente. Acta sunt hec apud Ezzelingen in loco publico, anno domini M° CC° LXXX° primo, III. nonas februarii, indictione nona, sculteto, consulibus nostre civitatis et judicibus subscribentibus subnotatis, videlicet Heinrico dicto Holzhuser, Ludewico *in dem Stainhuse*, Heinrico de Grůningen, Růdolfo dicto Hasenzagel, Hugone dicto Nallinger, Hainrico dicto Stainbis[1], Rupperto, Cůnrado et Rudegero fratribus dictis Růpreht, Sifrido de Důrnkain, Cůnrado dicto Curze, Johanne fratre suo, Johanne dicto Kils, Ůlrico fratre suo et Úlrico dicto Schůhli aliisque nostre civitatis multis presentibus et consentientibus probis viris. In quorum omnium evidentiam et robur perpetuum presens instrumentum super hoc confectum et sigillo universitatis nostre munitum monasterio de Salem porreximus pro firmo et indelebili testimonio omnium premissorum.

Perg. Or. im Kgl. württemberg. Geh. Haus- und Staatsarchiv in Stuttgart. Fremde Hand. An einem Pergamentstreifen hängt das bekannte Siegel der Stadt Esslingen aus Wachs. Cod. Sal. III. 181 No. CXLIX.

1281. Mai 15. Salem. Konrad von Mühlhofen und seines Bruders Mangold Witwe Gutha verzichten auf den durch Belehnung seitens des Klosters Salem seither besessenen Zehnt in Hallendorf und Weingarten in Weildorf. 630.

Omnibus[2] hanc paginam inspecturis Cůnradus de Milnhouen rei geste noticiam cum salute. Noverint universi, quod cum Gůtha, relicta quondam Manegoldi fratris mei, post obitum dicti mariti sui, mei fratris, suos liberos hincinde || matrimonialiter copulasset et ad hoc negocium consummandum

[1] Cod. Sal. liest Stainbil. — [2] Verzierte Initiale.

Digitized by Google

ipsam et me aliquid de rebus nostris distrahere oporteret. decimam maiorem || tercie partis in Hallendorf de curiis monasterii de Salem ibidem sitis et vineam in Wildorf sitam, que omnia et singula in feodum simul tenuimus illucusque a monasterio prelibato, eo quod sibi ipsorum proprietas pertinebat, receptis novem libris minus quatuor solidis denariorum currencium, quas in usus et utilitatem convertimus antedictam, resignacione facta in manus domini . . abbatis dicti loci per me et dictam relictam necnon universam prolem suam, a iure feodali, quod nobis in dictis decima scilicet et vinea competebat, recessimus concorditer, ipsum ius in dictum monasterium transferentes. Renunciantes omnes et singuli pro nobis et nostris successoribus universis omni iuri et actioni, que nobis in dictis competebant, casu quolibet contingente. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXXXI° ydus maii, indictione IX., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Bertoldo de Gundoluingen, rectore ecclesie in Ostra, Hainrico patruo suo, Hainrico de Slegewiler, Hainrico dicto Gebel et Hainrico genero suo, de fratribus vero de Salem Wernhero priore, Hainrico, Cûnrado et Hainrico cellerariis et Nicolao monachis, fratre Petro converso, aliisque quampluribus probis viris. In cuius facti robur et evidenciam presentem litteram exinde conscriptam, quia sigilla propria non habuimus, pro nobis omnibus et singulis sigillo nobilis domini Swigeri de Deggenhusen, tunc vicem gerentis in iudicio comitis Sancti Montis procuravimus roborari[1]. Nos Swigerus de Deggenhusen, vicem gerentes in iudicio generali nobilis domini comitis Sancti Montis, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera ex visu et auditu ipsius facti et narracione parcium nobis constante [profitemur], quare sigillum nostrum huic instrumento super dicto facto confecto ad peticionem parcium duximus apponendum.

Perg. Or. Fremde Hand, auffallend blasse Tinte. Siegel des Swicker von Deggenhausen aus Malta wie an No. 534 (Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. III, 127 No. CXVI.

1281. Mai 21. Esslingen. **Friedrich der jüngere von Bernhausen verkauft mit Zustimmung seines Herrn, des Grafen Eberhard von Wirtemberg, und seines Oheims, Wolfram von Bernhausen, an das Kloster Salem seinen Zehnten zu Wermeshausen.** 631.

Omnibus hanc paginam inspecturis Fridericus iunior de

[1] Or. hat proborari.

Digitized by Google

Bernhusen, natus quondam Friderici militis de Bernhusen, noticiam rei geste. A successorum memoria defacili labuntur, que scripturarum indiciis[1] et testium || aminiculo non confirmantur. Ea propter noverint universi, quod cum diversis debitis sim involutus, ex qua re possessiones meas ac alia bona mea distrahere compellor, de voluntate, consensu et conscientia Adelheidis, || sororis mee, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, decimam meam in Wermeshusen cum omni libertate et iure, prout ad me pertinet et est || devoluta, titulo proprietatis per manus nobilis viri domini mei Eber(hardi) comitis de Wirtenberc, omni heredum meorum ac etiam omnium, quorum intererat, et precipue Wolframi, patrui mei, militis de Bernhusen voluntate prehabita et consensu, receptis a dicto . . abbate et conventu de Salem quinquaginta libris denariorum hallensium una libra minus, quas in solutionem debitorum meorum necnon usus meos necessarios et sororis mee predicte ex integro converti, adhibita omni sollempnitate tam iuris quam consuetudinis terre, sollempniter vendidi, donavi et tradidi, perpetuo possidendam ipsamque decimam cum omnibus suis attinentiis vacuam et liberam ex nunc in dictum monasterium de Salem et fratres constitutos inibi transferentes. Renuncians una cum predicta sorore mea pro nobis et heredibus nostris universis omnibus iuribus, actionibus, exceptionibus, defensionibus, cavillationibus iuris tam legum quam canonum ac omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta venditio, donatio et omnium absoluta traditio possit vel debeat infringi, revocari vel modo quolibet enervari. Promittens super hoc, fide data nomine iuramenti, prestare werandiam in perpetuum de premissis secundum consuetudinem terre, quocienscumque et coram quocumque[2] iudice seu homine, in forma iuris vel extra, sub periculo proprio in propriis laboribus et expensis fuero requisitus. Et ad maiorem certitudinem pro werandia facienda Wolframum, patruum meum predictum, Waltherum burgravium de Kaltental, avunculum meum, milites, Fridericum de Hohenhain et Cûnradum fratrem suum, dictum Banbast prefato monasterio de Salem constitui fideiussores. Acta sunt hec in Ezzelingen loco publico et communi, anno domini M° CC°

[1] Or. hat indiciis non et testium, das überflüssige non beruht sicher auf einem Schreibversehen — [2] Or. hat coram cumque.

Digitized by Google

LXXX° primo, in vigilia ascensionis domini, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet H. sculteto de Ezzelingen, Lud(ewico) dicto Ower, H. dicto Stainbis, Rûpperto, Cûnrado fratribus dictis[1] Rûppreth, H. de Gruningen, Cûnrado dicto Curze, Johanne fratre suo, R. dicto Hasenzagel, Hugone dicto Nallinger et Fr(iderico) de Hallis, iudicibus ibidem et aliis quam pluribus fide dignis. In huius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum conscribi feci et sigillo nobilis viri, domini mei, Eber(hardi) comitis de Wirtenberg supradicti, meo, Wolframi patrui mei de Bernhusen antedicti et sigillo civium in Ezzelingen procuravi communiri pro testimonio et robore firmitatis. Nos Eber(hardus) comes de Wirtenberc predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera presentibus protestamur, ipsumque vendicionis contractum rite et rationabiliter in omnibus consumatum, ut in suo robore imperpetuum permaneat, confirmantes. Et ad horum omnium robur et evidenciam nostrum sigillum ad peticionem partium huic instrumento duximus apponendum. Nos Wol(framus) de Bernhusen, scultetus et cives in Ezzelingen supradicti huic vendicionis contractui publice et legittime, secundum ius et consuetudinem tam civitatis Ezzelingensis quam loci et patrie, celebrato ad peticionem prefati Friderici de Bernhusen et venerabilium fratrum de Salem interfuimus et nostra sigilla huic instrumento pro testimonio duximus apponenda. Datum ut supra.

Perg. Or. Fremde Hand. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Grafen Eberhard von Wirtemberg, rund, 60 mm, (IV A 2), im Dreieckschild 3 Hirschstangen (jede mit 4 Enden), im Siegelfelde als Beizeichen oberhalb des Schildes eine sechsstrahlige Rosette, zu beiden Seiten je eine Lilie. Umschrift: † **s. eberhardi. comitis. de. wirtenberc.** — 2. Des Friedrich von Bernhausen, schildförmig, 45:34 mm, die untere Spitze und die (herald) linke obere Ecke abgebröckelt, (IV A 2), im Dreieckschild, ohne dass eine Spaltung desselben durch eine Linie markirt ist, rechts ein aufgerichtetes Thier mit aufgeschlagenem Schweif[2], links ein Flug. Umschrift: † **s(igil)lm. fr.ici. de. bernhusen.** — 3. Des Wolfram von Bernhausen, schildförmig, 50:45 mm, (IV A 2) das gleiche Wappenbild. Umschrift: † **s. wolframi. advocati. i. bernhvsen.** (1 bis 3 durch Fingerdruck erhöht, in der Mitte tiefe Daumeneindrücke). — 4. Der Stadt Esslingen, wie an No. 203 (zwei Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 167 No. CLXXXVIII.

[1] Or. hat dicti fratribus dictis. — [2] Ueber dessen nähere Bezeichnung bin ich unsicher, kann es aber nicht — wie Ztschr. 1, 380 — als Löwe, vielleicht eher als Panther blasonieren.

Digitized by Google

1281. Juni 1. Ueberlingen. Albert, der Schultheiss und die Schöffen (minister et consules) der Stadt Ueberlingen beurkunden, dass ihre Mitbürgerin Gůta, genannt *die Cramerin* ihr Haus daselbst, welches sie unter Beihilfe des Abtes und Conventes von Salem erbaut, unter Vorbehalt der Nutzniessung auf Lebenszeit dem Kloster vermacht habe. Die Kinder ihres verstorbenen Schwiegersohnes Ulrich, des Bauern in Hallendorf (liberi quondam Ůlrici filii sui generi, villici in Hallendorf) können das Haus, wenn sie wollen, um 10 Pfund Pfennig auslösen. Actum in Vberlingen, anno domini M° CC° LXXX° I°. kalendis junii, presentibus Cůnrado in Fine, Ůlrico dicto Vento, H. et H. dictis Ehinger. 632.

Perg. Or. Fremde, wohl Ueberlinger Hand. Siegel des Schultheissen Albert, wie an No. 432 befestigt, aus Malta, wie an No. 627.

1281. Juni 25. Konrad von Weinsberg (Cůnradus nobilis de Winberg) überträgt die Eigenschaft und alle seine Rechte an dem Zehnten in Wermhausen (Wermhvsen), welche Friedrich d. j. von Bernhausen (Bernhvsen) von ihm zu Lehen trug und mit seiner Zustimmung an das Kloster Salem verkauft hatte, an das genannte Kloster, nachdem Friedrich von Bernhausen ihm zum Ersatz zwei Höfe in Segehelmingen und Birtach, die ihm eigenthümlich zugehören, zu Lehen aufgetragen. Testes: Trutwinus plebanus in Rieth, C. de Stophellen, . . filius suus dictus Straphe, H. de Hvsen et Fr(idericus) de Hohenhain. Datum et actum anno domini M° CC° LXXX° primo, in crastino Johannis Baptiste. Es siegelt der Aussteller. 633.

Cod. Sal. III, 302 No. CCLI.

1281. Juli 27. Ulrich und Johannes von Bodman, Ritter, überlassen dem Frauenkloster zu St. Peter an der Rheinbrücke in Konstanz die Eigenschaft der von Heinrich Schralle erkauften, von ihnen zu Lehen gegangenen Güter in Spöck. 634.

In nomine domini amen. Omnibus presencium inspectoribus Ůlricus et Johannes de Bodemin milites noticiam subscriptorum. Quo diminute sunt veritates a || filiis hominum, veritatis amatores ea, que geruntur in tempore, ne cum tempore labente labantur, satagunt, scripturarum testimonio perhennari. Noverint igitur universi et || singuli, quod cum re-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Erläuterungen

zu den Siegelabbildungen.

Taf. XIX. No 107. Schultheiss von Konstanz, Walther Joheler 1278 No. 592.
No. 108. Hermann Schenk von Schmalegg 1276 No. 551.
No. 109. Schultheiss von Ueberlingen, Albrecht von Regentsweiler 1281 No. 626.
No. 110. Swicker von Gundeltingen 1279 No. 600.
No. 111. Berthold von Gundeltingen 1279 No. 600.
No. 112. Heinrich Schenk von Schmalegg 1279 No. 600.
No. 113. Konrad Schenk von Winterstetten 1279 No. 600.

Taf. XX. No. 114. Rudolf von Ruschach 1274 No. 527.
No. 115. Heinrich von Neufrach 1277 No. 560.
No. 116. Ortolf von Leiterberg 1277 No. 575.
No. 117. Swicker von Deggenhausen 1279 No. 598.
No. 118. Swicker von Deggenhausen 1280 No. 622.
No. 119. Graf Ludwig von Spitzenberg 1277 No. 567.
No. 120. Graf Eberhard von Spitzenberg 1277 No. 567.
No. 121. Friedrich von Bernhausen 1281 No. 631.
No. 122. Wolfram von Bernhausen 1281 No. 631.

Taf. XXI. No. 123. Prior der Prediger zu Konstanz 1276 No. 556.
No. 124. Abt von Salem 1278 No. 578.
No. 125. Generalvicar des Bischofs von Konstanz 1278 No. 578.
No. 126. Thesaurarius des Domes zu Konstanz 1282 No. 649.*)
No. 127. Hospital zu Lindau 1279 No. 597.
No. 128. Einsiedler Heinrich zu Egg (unter Heiligenberg) 1276 No. 595.
No. 129. Heinrich von Gundelfingen, Pfleger zu Granheim 1276 No. 552.
No. 130. Frater Hiltwinus, Pfleger des Hospitals in Memmingen 1282 No. 650.*)
No. 131. Berthold, Kirchherr zu Sct. Martin in Memmingen 1282 No. 650.*)
No. 132. Heinrich, Domprops zu Konstanz 1277 No. 558.

---

*) Diese Urkunden befinden sich im k. k. Archive in Innsbruck.

Digitized by Google

Digitized by Google

B

CODEX DIPLOMATICUS SALEMITANUS.

URKUNDENBUCH
DER
CISTERZIENSERABTEI SALEM

HERAUSGEGEBEN
VON
Dr. FRIEDRICH von WEECH
GROSSH. BAD. KAMMERHERRN UND GEHEIMEN ARCHIVRATH.

BODLEIAN
FOREIGN
PROGRESS

7. LIEFERUNG
II. BAND 3. LIEFERUNG
1281—1290.

HIERZU 3 TAFELN MIT SIEGELABBILDUNGEN
AUS DER HOF-LICHTDRUCK-ANSTALT VON J. BAECKMANN IN KARLSRUHE.

KARLSRUHE.
DRUCK UND VERLAG DER G. BRAUN'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.
1885.

Digitized by Google

Digitized by Google

ligiose femine, dilecte in Christo . . priorissa et conventus Sancti Petri prope pontem Reni[1], professe regulam sancti Augustini, possessiones Hainrici dicti || Schrallen, sitas in villa Speke, eidem a quondam Gerungo de Bolster, socero suo, donatas, que a nobis tenebantur in feodum, pro sedecim marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis iuste et legaliter conpararunt, nos, recepta in manus nostras resignacione dictarum possessionum a prefato H(ainrico) Schrallen, Hainrico *us dem Vrithoue*, Hainrico et Cûnrado dictis Bvrste, militibus, qui de eisdem possessionibus a nobis loco et nomine [Agnetis][2] uxoris iamdicti H(ainrici) Schrallen et liberorum ipsorum infeodati legitime extiterunt, ac eisdem renunciantibus tum pro se tum eciam pro uxore prefati H(ainrici) Schrallen et liberis eorundem, accedente ad hoc consensu ipsorum libero et expresso verborum et gestuum, qui ad hoc intervenire solent, adhibita debita sollempnitate, omni iuri, quod tam eis quam predicte mulieri et ipsius liberis in memoratis possessionibus conpeciit seu conpetere videbatur super dictas possessiones cum omnibus suis pertinenciis, puta pratis, agris, silvis, pascuis, nemoribus, cultis et incultis, viis et inviis liberaliter donavimus et presentibus donamus priorisse et conventui memoratis, iure proprietatis perpetuo possidendas. Renunciantes pro nobis nostrisque liberis et heredibus omni iuris canonici et civilis communis et privati auxilio et consuetudini, excepcioni et rei cuilibet, quibus mediantibus prefata nostra donacio pure propter deum et in animarum nostrarum remedium per nos facta calumpniari posset aut aliqualiter retractari, et generaliter omni iuri, quod nobis conpeciit seu conpetere posset in possessionibus antedictis. Et in premissorum testimonium presentes litteras eisdem priorisse et conventui concessimus, sigillorum nostrorum robore conmunitas. Acta sunt hec presentibus domino Ber(tholdo) de Sancto Monte, canonico Curiensis ecclesie, H(ainrico) vicario in Bodemin, C. villico de Lùtgeringen, Waltero de Curia, Ůl(rico) et C(ûnrado) dictis Johiler, Hugone Nigro, Ůl(rico) Betteminger, Ůl(rico) Wirrich, civibus Constantiensibus et aliis quampluribus fidedignis. Anno domini M° CC° LXXXI°. VI. kalendas augusti, indictione IX^a^.

[1] In Konstanz. — [2] Aus der Urk. 1281 Sept. 12 No. 636 ergibt sich, dass der Name Agnes war, im Or. stehen zwei Punkte.

Digitized by Google

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Fremde Hand von conceptartigem Charakter, 2 Siegel, befestigt wie an No. 432, aus mennigroth gefärbter Malta: 1. des Ulrich von Bodman (IV A 2) wie an No. 499 (auf der durch Fingerdruck erhöhten Rückseite zwei tiefe Einkerbungen). — 2. Des Johannes von Bodman (IV A 2) schildförmig, 43:36 mm, in dem Dreieckschild das bekannte Wappenbild. Umschrift: † **s. (io)hannis. de. bodemen.** (Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. III, 47 No. XXXIX. Regest: Zeitschr. 3, 227. Die Güter gingen im Jahr 1285 durch Kauf an Salem über.

1281. Aug. 16. Heinrich Schenk von Schmalegg (Hainricus Pincerna de Smalnegge) übergibt zu Ehren der heil. Jungfrau und zum Besten seines und der Seinigen Seelenheiles dem Kloster Salem seine Hörigen, die Brüder Heinrich und Konrad und die Schwestern Måhtild und Adilhaid, Kinder der verstorbenen Måhtild und des C. genannt Gŷtwâs mit ihrer gesammten Nachkommenschaft. Actum et datum anno domini M° CC° LXXX° I°. XVII kalendas septembris, indictione nona.

635.

Perg. Or., sehr kleine Urkunde, 8,5 cm hoch, 14,5 cm breit, fremde sehr feine und kleine Schrift, Siegel des Ausstellers an einem Pergamentstreifen, aus Wachs, (IV C) wie an No. 390 (durch Fingerdruck erhöht).

1281. Sept. 12. Konstanz. Ůlrich von Bodman, Ritter, Ulrich, Kirchherr in Feldkirch, Brüder, Johannes von Bodman Ritter, Konrad und Ulrich, Brüder (Ůlricus de Bodemin miles et Ůlricus, rector ecclesie in Velkilch, fratres necnon Johannes de Bodemin miles, Cůnradus et Ůlricus germani) wiederholen[1] die von Ulrich und Johannes vollzogene Uebergabe von Besitzungen zu Spöck (Specke) an das Augustinerinnenkloster an der Rheinbrücke zu Konstanz, und der Official des Hofgerichts zu Konstanz besiegelt neben Ulrich und Johannes die Urkunde auf Bitten der anderen Aussteller (cum sigilla propria non habemus). Acta sunt hec Constantie anno ab incurnatione domini millesimo ducentesimo octogesimo et primo, pridie idus septembris, indictione IX^a, presentibus domino Bertoldo de Sancto Monte, canonico Curiensis ecclesie, Hainrico viceplebano in Bodemin, prenotatis militibus dictis Burst, Johanne de Lobegge, Růdolfo dicto Burst, Růdolfo de Andelvingen, Bertoldo de Gŷtmŷtingen, Burchardo de Růthi,

[1] Fast wörtlich übereinstimmend mit der Urk. 1281 Juli 27 No. 634.

Digitized by Google

Rûdigero dicto Specker, Cûnrado Villico de Lvitgeringen, Ûlrico dicto Bodenzaph et Ûlrico dicto Fûhs de Bodemin, item Walthero de Curia, Ûlrico et Cûnrado dictis Jôhiler, Hainrico dicto Kadil, Wernhero Apothecario, Rûdolfo et H. dictis Stocker, Burchardo *underm Schophe*, Hugone Nigro, Ûlrico Betteminger, Ûlrico Wirrich et aliis quam pluribus civibus Constantiensibus fidedignis. 636.

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Fremde Hand. Von den 3 Siegeln, die an schwarzen leinenen Soutachelitzen an der Urkunde hingen, ist nur noch das des Ulrich von Bodman (IV A 2) vorhanden, das gleiche wie an No. 499 (Rückseite glatt), die beiden andern des Johannes von Bodman und des Hofgerichts zu Konstanz sind abgegangen, die Stelle, an welcher das erste hängt, die zwei andern hingen, sind von einer Hand von conceptartigem Charakter bezeichnet: s. Ûl. — s. Joh. — s. cur. Const. — Cod. Sal. III, 48 No. XLI. Regest. Ztschr. 3, 227, 228. Vgl. die Bemerkung zu No. 634.

1282. o. T. Hermann Graf von Sulz (Hermannus dei gratia comes de Sulze) überträgt die Eigenschaft einer sieben Mannsmat grossen Wiese im „Widach" zu Oelkofen (Elnhouen), mit welcher von ihm H(einrich) d. ä. von Gundelfingen, Ritter, von diesem hinwieder Wezelo von Beizkofen (Biuzekouen) belehnt war, an das Kloster Salem, nachdem Wezelo sein Recht an das Kloster um $9^1/_2$ Pfund Pfennig verkauft und nebst Heinrich von Gundelfingen in seine (des Grafen) Hand auf die Lehenschaft verzichtet hatte. Acta sunt hec locis et temporibus in diversis, a nobis autem consumata anno domini M° CC° LXXXII. Es siegelt der Aussteller. Die Namen der Zeugen fehlen. 637.

Cod. Sal., III, 58 No. LII. Reg. Ztschr. 3, 228.

1282. Febr. 8. (?) Ulrich Graf von Berg (Berga) beurkundet und genehmigt, dass Heinrich Sanze, der Schmid von Ehingen, da er Besitzungen in Frickingen (Vrikkingen), die ihm bei dem mit seiner Ehefrau Adelheid eingegangenen Verlöbniss von seiner Schwiegermutter Agnes und deren Söhnen verschrieben worden waren, an das Kloster Salem verkauft, dabei aber die Zustimmung der Brüder seiner Frau, weil sie minderjährig sind, nicht hatte beibringen können, dem Kloster bis zu der Zeit, da diese ihre Volljährigkeit erlangen werden, sein Haus in Ehingen, zwischen dem Hause des Konrad Hunger

Digitized by Google

1283. Mai 29. Zwiefalten. Abt Eberhard und der Convent zu Zwiefalten verkaufen an das Kloster Salem Güter zu Kalkreuthe und Ostrach, und schenken demselben den Zehnten von den Gütern zu Kalkreuthe. Bischof Rudolf von Konstanz besiegelt die Urkunde. 660.

Omnibus presentis pagine inspectoribus nos Eberhardus, divina permissione abbas, totusque conventus monasterii in Ziwiuolten noticiam rei geste. Ne facta modernorum per successus temporum aliquod dispendium paciantur, expedit, ut scriptis et dictis testium perhennentur. Eapropter presentes noverint et futuri, quod nos possessiones nostras sitas apud Galkrûthi, quas nobiles viri quondam de Gundeluingin in remedium anime sue nostro monasterio contulerunt, de quarum proventibus singulis annis duos modios avene mensure in Phullendorf venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem persolvere tenebamur, quos ipsi cum suis possessionibus sitis in Burcwiler antea compararunt, item possessiones nostras sitas apud Ostra, dictas vulgariter *Richengût*, nobis nostroque monasterio hucusque iure proprietario

Digitized by Google

pertinentes, cum suis libertatibus, appendiciis, pratis, pascuis, areis, curtibus, curtilibus, terris cultis et incultis, viis, inviis, semitis, itineribus et omnibus aliis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus eisdem de Salem, receptis ab eis 12 marcis puri et legalis argenti et ad usus nostri monasterii [54] per comparationem aliarum possessionum, videlicet in Wainhusen et in Haigingin sitarum, utiliter conversis tradidimus, vendidimus et donavimus pleno iure ab eisdem quiete et pacifice possidendas. Decimam vero predictarum possessionum in Galkruthi prenominatis de Salem ob dilectionem eorum tradidimus et donavimus et precipue propter deum. Renunciantes pro nobis nostrisque successoribus universis omni actioni, exceptioni, defensioni, in integrum restitutioni, omni iuri tam canonico quam civili, omni conswetudini tam loci quam patrie, literis impetratis vel impetrandis, necnon omnibus aliis, per que nostra predicta venditio possit in posterum enervari modo quolibet vel infringi. Obligantes nichilominus nos et sucsessores nostros ad prestandum werandiam fideliter de universis ac singulis premissis, quocienscumque, ubicumque, coram quocumque vel quibuscumque judicibus ab eisdem de Salem fuerimus requisiti. Acta sunt hec apud Zwiuolten anno domini M° CC° LXXXIII°. IIII° kalendas iunii, presentibus hiis testibus, scilicet Ernesto priore in Zwiuolten, C. de Gowingin, C. custode de Gundeluingin, Ůl(rico) de Aenemerchingen, H. dicto Creze, cantore, viceplebano; monachis ibidem, Ber(toldo) converso, cellerario loci eiusdem, aliisque pluribus fidedignis. In huius rei evidenciam presens instrumentum sigillo venerabilis R(ůdolfi), dei gratia Constantiensis episcopi, et sigillo, quo nos abbas et quo nos conventus utimur, prefatis de Salem porreximus communitum. Nos R(ůdolfus), dei gratia Constantiensis episcopus, universis ac singulis premissis consensum adhibentes, omnia et singula premissa esse vera profitemur ad petitionem partium, ut dicta venditio in suo robore perseveret, nostrum sigillum presentibus appendentes.

Cod. Sal. III, 53, No. XLV.

1283. Juni 11. Salem. Swiggerus de Teggenhusen, Landrichter in der Grafschaft Heiligenberg, verkauft seine Besitzung in Aggenbach um 3½ Pfund Pfennig an das Kloster Salem. Acta sunt hec apud Salem anno domini M° CC° LXXX°

Digitized by Google

tercio in die beati Barnabe apostoli, presentibus testibus et rogatis, videlicet domino Hainrico, ministro de Phullendorf, fratribus Hainrico et Hainrico, cellerariis maiore et minore de Salem, fratre Staimaro, magistro Wernhero de Vrnov, Hainrico et Ůlrico fratribus de Aggenbach et aliis quampluribus probis viris. 661.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Das Siegel des Ausstellers aus Malta (IV A 2) wie an No. 621, an einem Pergamentstreifen anhängend (auf der durch Fingerdruck erhöhten Rückseite 2 kleine Einkerbungen). Cod. Sal. III, 272 No. CCXXIII.

1283. Juni 17. Raderach. Wernherus dictus Gniftingen de Raderay übergibt, nachdem er von dem Kloster Salem 10 Schilling Heller empfangen und in seinen Nutzen verwandt hat, demselben die Eigenschaft seiner Besitzungen in Niederweiler (*in dem Niderwiler* iuxta Baphendorf), welche Konrad Ronemaier von ihm als Lehen inne hatte, auf dessen Bitte und unter Zustimmung aller Berechtigten, zu rechtem Eigen. Acta sunt hec in Raderai anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, XV. kalendas julii, indictione XI. Huius donationis testes sunt: Cůnradus, plebanus in Witenhouen, dictus Gnamme, Dietricus, viceplebanus in Bermetingen, Hainricus dictus Ekol, Hainricus et Burchardus fratres dicti Zoller, . . dictus Schacher, frater Eberhardus dictus de Stekeboron, monachus in Salem. 662.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 564[1] an Pergamentstreifen (Daumeneindruck). Cod. Sal. I, 319 No. CLXXXX. Regest: Ztschr. 3, 228.

1283. Juli 18. Ratramsweiler. Der Landrichter Swicker von Deggenhausen beurkundet die Uebergabe von Gütern zu Wendlingen durch den Ritter Burkard Vinke und dessen Kinder an das Kloster Salem, sowie die Modalitäten der dabei stipulierten Nutzniessung der Schenkenden auf deren Lebenszeit. 663.

(U)niversis[2] Christi fidelibus presentis pagine inspectoribus Swiggerus de Teggenhusen, per totum comitatum Sancti Montis iudex provincialis constitutus, || salutem ac fidem presentibus adhibere. Ad noticiam omnium ac singulorum, quos nosse

[1] Bei nochmaliger genauer Betrachtung der Umschrift glaube ich, dass nicht, wie bei No. 564 angegeben ist, **wenni**, sondern **wenhi** steht, wo also nach f e: r u. nach h: er zu ergänzen wäre. — [2] Die Initiale fehlt, es sollte unzweifelhaft ein verzierter Buchstabe nachträglich angebracht werden.

Digitized by Google

fuerit oportunum, cupio pervenire per presentes, quod cum dominus Burchardus dictus Vinke, miles utique strennuus, et Hainricus, filius eius, pratum suum, quod nomine vulgari dicitur *Brůel* et pome rium situm in Wengelingen ipsis iure proprietatis pertinencia venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii in Salêm, solo divine pietatis intuitu moti, in remedium anime sue nomine testamenti pleno iure, quo possederant, libere tradidissent perpetuo possidenda, et ipsi de Salem, facta resignatione ad manus eorum dictorum bonorum per iam dictos Burchardum et Hainricum, eisdem bona eadem concessissent, ita ut singulis annis in festo beati Martini duos denarios currentis monete de eisdem bonis percipere debeant nomine censuali, donacio iam dicta hucusque absque omni contradictionis calumpnia perstitit inconcussa. Cum vero eiusdem domini Burchardi filie, videlicet Christina, Wilebirgis et Adilhaidis, consimili mote pietatis intuitu, omnia, que habebant tam in personis quam in rebus, nominatim autem et expresse Rûdolfum et Mahthildim uxorem eius, item[1] dictum Rôthin cum omni prole sua tam genita[2] quam gignenda iure proprietatis ipsis pertinentes cum omnibus rebus eorundem tam habitarum quam habendarum[3], insuper curiam ipsarum dictam vulgariter *Růdgershof*, et aream, in qua residebant, que vulgari nomine *hofraiti* appellatur, in loco prescripto sitas, eis iure proprietatis pertinentes, et quicquid ibidem in agris et pratis habebant cum omnibus iuribus et pertinenciis eisdem possessionibus iam dictis intus et extra pertinentibus memorato monasterio per manus domini Burchardi, genitoris earum, de ipsius et Hainrici filii eius consensu predictorum pleno iure, quo possederant, libere tradendo in remedium anime sue resignassent, omnia perpetuo possidenda, dictique de Salem domini easdem possessiones eisdem sororibus concessissent pro tempore vite ipsarum tantum possidendas, ita ut ab eis annis singulis in termino prenotato quatuor denarios currentis monete de eisdem possessionibus debeant recipere nomine censuali, post mortem autem ipsarum omnes predicte res seu possessiones, insuper quicquid aliud tam in rebus mobilibus quam immobilibus fuerit conquisitum, absque distribucione et diminucione fraudulenta, excepto urgente necessitatis articulo famis vel huiusmodi, cedere debeant monasterio supra-

[1] Lücke im Or. — [2] genita steht zweimal im Or. — [3] So steht im Or.

Digitized by Google

dicto, tandem eedem sorores, cum vota sua in prelibata donatione velle viderentur quadam tergiversacione immutare, super hoc a predictis cenobitis de Salem convente, cum, quod factum fuerat, negare non poterant, quoquo modo coram me et multis aliis probis et fide dignis viris in Ratramswiler existentes, omnia, que supra notata sunt et prout premissa sunt, vera esse publice sunt professe, ibidem nichilominus censum debitum persolventes, quem antea solvere neglexerant in sibi termino assignato. In huius itaque rei evidenciam et munimen presentem cedulam predictis dominis de Salem sigilli mei munimine tradidi consignatam pro testimonio et cautela. Datum et actum in Ratramswiler, anno domini M° CC° LXXX° tercio, XV° kalendas augusti, presentibus testibus et rogatis, videlicet domino Hainrico decano de Livtkilche,[1] viceplebano in Roggenbvrun, dicto Camerario, domino Cûnrado, viceplebano in Markdorf, dicto Genammen, fratribus Ûlrico dicto de Frŷtwiler, commendatore in Alshusen et Hainrico dicto de Aitrach, domino Hainrico de Bafindorf milite, Hermanno dicto Vinken, fratre Hermanno eiusdem cognominis, fratre Bertholdo de Scaphusa, magistro grangie in Livtkilche, fratribus Staimaro et Hainrico dicto Stôre, Burchardo dicto Vinken de Bettinbrvnne, Bertholdo dicto Bartholomeo, Hainrico dicto Sidi, Hermanno de Bafindorf, Hainrico dicto Vinken, fabro, Cûnrado dicto Waltero de Wengelingen et aliis pluribus probis viris.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem Pergamentstreifen anhängend (IV A 1) wie an No. 534 (durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. I, 294 No. CLXVII. Reg. Ztschr. 3, 228.

1283. Juli 19. Rathshof. Wilhelm der Sohn des Bürgers Vogt in Ueberlingen und seine Ehefrau Adelheid verkaufen an das Kloster Salem ihre Güter zu Waldbeuren unter Vorbehalt der Wiederlösung. 664.

Omnibus presentis pagine inspectoribus Swigerus de Deggenhusen, judex provincialis per totum comitatum Sancti Montis con|stitutus, fidem presentibus adhibere. Noverint universi Christi professores, quos nosse fuerit oportunum, quod Wilhelmus, filius Advocati, || civis in Vberlingen, et Adelhaydis, uxor eiusdem, possessiones in Waltpûron sitas, que ipsis iure proprietatis hucusque pertinebant, || videlicet montem seu fundum castri dicti Waltpurch, necnon prata, pascua, agros cultos

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

et incultos, campos, virgulta, silvas, nemora, cum omnibus suis pertinenciis intus et extra eidem fundo castri pertinentibus universas, venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii in Salem, receptis ab eisdem quinque libris et quinque solidis denariorum monete currentis, consensu omnium, quorum intererat, voluntario concurrente, adhibita eciam omni sollempnitate, que in huiusmodi contractibus adhiberi solet, iusto vendicionis titulo vendiderunt, tradiderunt et donarunt, libere ac perpetuo possidendas, prestito super hoc nichilominus corporali iuramento ab eisdem, scilicet Wilhelmo et Adelhaydi memoratis, quod dicte possessiones omnes dicto monasterio, omni repeticione, impeticione seu vexatione penitus exclusa, debeant quiete de cetero remanere in possessione quieta; si vero predicti Wilhelmus et Adelhaydis, uxor eius, vel quisquam heredum suorum predictas possessiones repetiverint, ipsi, sub eodem iuramento astricti, antedictis de Salem decem marcas argenti ex condicto persolvere tenebuntur. Actum in Ralshouen in strata publica, anno domini millesimo ducentesimo[1] octogesimo tercio, XIIII° kalendas augusti, presentibus testibus et rogatis, videlicet domino Friderico milite de Mênilinshouen, Burchardo dicto Schademann, Hainrico dicto Ehinger, Hainrico, filio eius, Cûnrado Joich, Cûnrado et Cûnrado, filiis eiusdem, civibus in Vberlingen, Bertoldo dicto Behain, Hainrico genero eius, Hainrico dicto Gebel, Martino dicto Flucke, Martino iuniore, Hermanno Molendinario, Jacobo Fabro, Cûnrado Fabro, Cûnrado dicto Maieli, Hermanno de Ralshouen et aliis pluribus probis viris. Ad evidentiam igitur omnium premissorum et facti munimen presens instrumentum exinde confectum rogatu parcium prefatis dominis de Salem mei sigilli munimine tradidi consignatum. Datum[2] anno domini predicto. Nos Wilhelmus, Advocati filius et Adelhaydis, uxor eius, de Vberlingen prelibati omnia premissa, prout premissa sunt, rata et grata habituri profitemur esse vera. Et quia sigillo proprio non utimur, sigillo nobilis viri predicti de Deggenhusen usi sumus in testimonium premissorum. Ego autem Adelhaydis sepedicta specialiter profiteor, predictas possessiones per me principaliter esse districtas et earum precium michi singulariter assignatum et in usum meum conversum, eô quod ipse possessiones michi in

[1] Or. hat ducesimo. — [2] Lücke im Or.

Digitized by Google

dotem fuerant assignate et ob hoc predicte pene me obligvai super hoc iuramento prestito corporali.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen anhängend, (IV A 2) wie an No. 621 (3 schräge Einkerbungen auf der durch Fingerdruck erhöhten Rückseite). Cod. Sal. III, 14 No. XIII. Reg. Ztschr. 3, 229.

1283. Juli 22. Waldburg, Warthausen u. Rohrdorf. Eberhardus miles Dapifer de Walpurch, Waltherus et Eberhardus Dapiferi de Warthusen, Berhtoldus et Fridericus Dapiferi de Rordorf übergeben die Eigenschaft der Güter *ze dem Niderenwiler*, welche Cûnradus dictus Ronemaiger, ihr Ministeriale, mit Zustimmung seiner Ehefrau Judente und seiner Kinder Johannes und Adilhaidis und aller ihrer Erben und sonstigen Berechtigten um 18 Mark Silber an das Kloster Salem verkauft hat, unter Bestätigung dieses Verkaufes dem genannten Kloster. Actum in villa *ze dem nidern Orsingen* iusta castrum Hohvnburch anno domini M° CC° LXXX° III°, XVII kalendas augusti,[1] indictione XI^a., subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet Symone de Tannenvelz, Hartmanno de Brasperch, Ůlrico dicto Scharber, Andrea de Lanchwat, Hainrico de Tanne, militibus, Hainrico filio Ůlrici militis dicti Scharber, Hainrico et Ůlrico fratribus dictis de Mêlibrvnnen, Hainrico cellerario maiori dicto de Isenina et fratre Eberhardo dicto de Stekkeboron, monachis in Salem aliisque quam pluribus fidedignis. Konrad Ronemaiger, seine Ehefrau und Kinder versprechen, unter den Siegeln ihrer genannten Herren, Gewähr zu leisten. Datum in Waltpurch, in Warthusen et in Rordorf, circa festum Marie Magdalene anno domini M° CC° LXXX° III° ut supra. 665.

Perg. Or. Salemer Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Eberhard Truchsess von Waldburg, rund (IV A 2) wie an No. 561, 5 (48, nicht wie dort nach der an dem weniger gut erhaltenen Exemplar vorgenommenen Messung angegeben, 45 mm), — 2. des Walther Truchsess von Warthausen (der stillschweigend auch für seinen Bruder Eberhard siegelt), spitzoval (IV C), genauer gemessen 63:40 mm, wie an No. 561, 4, Umschrift, dort fast verwischt, hier deutlich: † **sigillvm. waltheri. dapiferi. de. warthvsa.** Bemerkenswerth erscheint, dass sich Walther des von seinem verstorbenen (gleichnamigen) Vater gebrauchten Siegelstempels bedient, vgl. die Bemerkung bei No. 561, — 3. des Berthold Truchsess von Rohrdorf (der stillschweigend zugleich für seinen Bruder Friedrich siegelt),

[1] Juli 16.

Digitized by Google

rund, genauer gemessen 58 mm, (IV A 2) wie an No. 561, 1. Die an diesem Exemplar ganz deutlich erhaltene Umschrift heisst (wodurch die Angabe No. 561, 1 berichtigt wird) † s. bertoldi. dapiferi. de. walpvrch. Auf dem Bug steht über den einzelnen Siegeln: Walpurch, Warth., Rordorf. (Rückseite der Siegel 1 durch Fingerdruck erhöht, 2 glatt, 3 mit drei anscheinend mit einem Fingernagel gemachten Einkerbungen.) Cod. Sal. I, 320 No. CLXXXXI.

1283. Aug. 10. Stockach. Graf Mangold von Nellenburg bestätigt die Uebertragung von Gütern zu Kippenhausen durch die Brüder von Kallenberg an das Kloster Salem. 666.

Manegoldus dei gratia comes de Nellunburch omnibus hanc paginam inspecturis salutem in domino ac fidem presentibus adhibere. Noverint universi ac singuli presencium inspectores, quod cum Hermannus de Aphelowe possessiones suas universas a Rûdolfo de Hagunowe, [179] socero suo, sibi in dotem Anne uxoris sue, legittime assignatas in Kippenhusen sitas, quas Cûnradus dictus de Riet quondam, ipse autem Hermannus nuperrime et ultimo a strennuis viris de Callenberch, videlicet Rûdgero necnon Rûdolfo, Walthero, Hainrico fratribus in feodo tenebat, Arnoldo de Mersburch eo iure, quo possederat, vendidisset, receptis ab eo[1] marcis argenti puri cum dimidia, adhibita omni sollempnitate, que in talibus contractibus adhiberi solet, omnium, quorum intererat, consensu voluntario concurrente, factaque recompensatione dotis predictarum possessionum antememorate per possessiones in Watenberch sitas, quas hactenus dictus Hermannus a Swiggero de Teggenhusen, viro nobili, similiter tenuit iure et nomine feodali, aliis longe meliores, predicti omnes de Callenberch, facta resignatione predictarum possessionum in Kippenhusen ad manus eorum, ipsas omnes et singulas cum agris, terris, pratis, silvis, nemoribus, virgultis, pascuis, areis, ortis, aquis, aqueductibus, piscinis cum omnibus aliis pertinentiis et iuribus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, receptis a venerabilibus in Christo . . abbate et conventu monasterii in Salem duabus marcis argenti, iure proprietatis, quod ipsis in eisdem possessionibus competebat, in ipsum monasterium transtulerunt libere ac iure proprietario perpetuo possidendas, nos igitur ad evidenciam omnium premissorum rogatu partium presens instrumentum exinde confectum nostri sigilli munimine pre-

[1] Es fehlt die Zahl.

Digitized by Google

dictis dominis de Salem porreximus consignatum pro testimonio et cautela. Datum et actum in civitate Stoka anno domini M° CC° LXXXIII°, IIII° idus augusti indictione XI^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet Burcardo dicto Schallenberch, viceplebano in Stoka, Hainrico de Nânzingen, Berchtoldo de Eberhartzwiller et Hainrico fratre suo, militibus, Hugone de Meringen, ministro, Walthero de Wildenvelse, Rûdolfo de Hertenstain, Hainrico Butzo, Hainrico de Orsingen, Hainrico de Gamelswanch, Hainrico et Hiltbrando fratribus dictis de V̊berlingen, civibus in Stoka, et aliis quam pluribus fidedignis. Nos predicti, videlicet Rûdegerus, Rûdolfus, Waltherus, Hainricus de Callenberch, omnia premissa et prout premissa sunt esse vera profitemur, renunciantes omni actioni, exceptioni, repetitioni, impetitioni, omni iuri tam canonico quam civili, omni conswetudini loci et patrie et generaliter omnibus, per que predicta alienatio seu translatio posset in posterum enervari, de omnibus et singulis, que premissa sunt, ubicumque et quocienscumque requisiti fuerimus coram quocumque iudice werandiam prestituri. Et quia propriis sigillis nondum utimur, presentem paginam sigillo M(anegoldi) comitis de Nellenburc robore voluimus et rogavimus communiri.

Cod. Sal. II, 178 No. CXLV. Ueberschrift (roth): Hec littera vacat, quia pro possessionibus hiis in Kippenhusen alie in Wilaer venerunt in recompensationem monasterio in Salem. Reg. Ztschr. 1, 78 u. 3, 229.

1283. Sept. 12. Rheinau. Bischof Rudolf II. von Konstanz übergibt die Eigenschaft der von ihm dem Domstift lehenbaren Güter zu Niederstenweiler, welche ehemals Albert Gruber besass, und die nunmehr Nikolaus von Helmsdorf und Friedrich und Konrad von Mehlishofen an Salem verkauft haben, nach erfolgter Resignation und Entschädigung, an dieses Kloster. 667.

Rudolfus, dei gracia episcopus ecclesie Constantiensis, omnibus presentium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Ne res geste per lapsum temporis || oblivionis subiaceant detrimento, scripturarum indiciis perpetue et inconmutabili debent memorie commendari. Noverint itaque universi tam posteri quam || presentes, quod cum Nicolaus de Hermstorf et Fridericus de Mænlishoven milites ac Cûnradus, frater suus, ministeriales nostri, de consensu omnium, quorum || intererat, omnes possessiones dictas Niderostenwiler, quas quondam ibidem Albertus dictus Grv̊ber miles possidebat et tenebat, cum

Digitized by Google

suis iuribus et pertinentiis universis dilectis in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, nostre dyòcesis, pro quinquaginta marcis puri et legalis argenti, ponderis Constantiensis, quas se ab eisdem recepisse in nostri presentia recognoverunt, rite et legittime vendidissent nobisque humiliter supplicassent, ut, cum ipse possessiones a nobis sint pheodales, recepta resignatione earundem possessionum et reconpensatione sufficienti proprietatis earundem in aliis possessionibus equivalentibus vel melioribus, possessiones prefatas dictas Niderostenwiler cum suis pertinentiis et iuribus universis predictis . . abbati et conventui de Salem traderemus et conferremus, ab eis possidendas perpetuo et, prout voluerint, alienandas, sine cuiusvis obice contradictionis, nos itaque de consensu expresso nostri capituli, recepta reconpensatione a militibus et Cûnrado de Mænlishouen predictis proprietatis supradictarum possessionum, videlicet in possessionibus dictis Gerboltswiler, Enhouen et Rôrgenmose proprietatis iure nobis traditis et assignatis et facta postea inpheodatione per nos ipsarum possessionum ad manus dictorum Nicolai et Cûnradi de Mænlishouen, recepta etiam postea ab eisdem ad manus nostras sollempniter resignatione possessionum in Niderostenwiler predictarum cum suis pertinentiis et iuribus universis, easdem possessiones cum eisdem pertinentibus tam corporalibus quam incorporalibus universis, de consensu et expressa voluntate capituli ecclesie nostre Constantiensis, iamdictis . . abbati et conventui de Salem tradimus et conferimus, proprietatis titulo ab eisdem tenendas et perpetuo possidendas et, si voluerint, quovis titulo alienandas, adhibitis in omnibus supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuelis. Et in evidentiam omnium premissorum ipsorumque indubitabilem firmitatem de consensu expresso nostri capituli rite renuntiamus circa premissa et quodlibet premissorum tam pro nobis quam pro ecclesia nostra Constantiensi beneficio restitutionis in integrum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, defensioni et auxilio non adhibite sollempnitatis, omni suffragio tam legum quam canonum et etiam consuetudinis cuiuscumque generalis vel particularis et generaliter omni auxilio tam in specie quam in genere, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque possent quovis ingenio violari. Appendentes ad in-

Digitized by Google

dicium perpetue firmitatis una cum appensione sigillorum capituli nostri et militum ac Cûnradi prefatorum presentibus sigillum nostrum. Nos decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis confitemur premissis omnibus consensum nostrum expressum ac benivolum accessisse, appendentes ad petitionem predictorum militum et Cûnradi in premissorum evidentiam presentibus sigillum nostrum. Nos vero Nicolaus de Hermstorf et Fridericus de Mænlishouen milites ac Cûnradus, frater eiusdem, ea, que sunt prehabita et premissa, confitemur per nos rite et rationabiliter acta fore. Et in evidentiam eorundem appendimus presentibus sigilla nostra. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, locis et temporibus in diversis, consummata vero per manus nostras apud Rinaugiam eodem anno pridie idus septembris, indictione[1] hiis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Burkardo, preposito Episcopalis Celle, dicto de Hohenvels, magistro Hainrico thesaurario maioris ecclesie Constantiensis, domino[1] de Dietinkon, magistro Cûnone de Brisaco, magistro Johanne de Basilea, domino Cûnrado de Hohenvels, canonicis maioris ecclesie Constantiensis, domino Bertoldo de Stoffeln, rectore ecclesie in Vttewiler, domino Alberto de Casteln, rectore ecclesie in Witertingen, magistro Hainrico, notario domini episcopi, dicto[2] de Denkingen, domino Burkardo, cappellano domini episcopi, fratre Ůlrico, medio cellerario de Salem, aliisque quampluribus probis viris. Datum apud Rinaugiam anno domini ut supra.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 5 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Bischofs Rudolf, — 2. des Domcapitels zu Konstanz, bekannt, — 3. des Nicolaus von Helmsdorf, schildförmig, 40:32 mm, (IV A 2) im Dreieckschild das bekannte Wappenbild, 2 von einander gekehrte Einhornrümpfe, Umschrift: † **s. nicolai. militis. de. hermenstorf.**. — 4. des Friedrich von Mehlishofen, schildförmig, 43:37 mm (IV A 2) im Dreieckschild zwei Schrägbalken, Umschrift: † **s. fr'ci. militis. de. menlishovē.**, — 5. des Konrad von Mehlishofen, schildförmig, 40:32 mm (IV A 2) in dem von einer Linie umgebenen Dreieckschild das gleiche Wappenbild, Umschrift: † **s. cvonradi. de. menlishoven.** (alle 5 auf der Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Auf der Rückseite der Urkunde von gleichzeitiger Salemer Hand: Super possessionibus in Niderostenwiler, quas vendiderunt heredes dicti Grûber. Cod. Sal. II, 195 No. CLXI. Reg. Ztschr. 3, 229. Erwähnt Ztschr. 2, 489.

1284. Jan. 15. Berg. Hainricus Pincerna senior, Cûnradus et Hainricus filii sui, milites gestatten, dass ihre Lehens-

[1] Lücke im Or. — [2] dicto steht zweimal im Or.

Digitized by Google

leute Albertus dictus de Vmbendorf et Hainricus, filius suus ihre Besitzungen in Tepfenhard (Tephenhart) genannt *ze dem Nidernhuse unde ze dem Berge* mit der dortigen Mühle und allen Zubehörden (zu denen aber die zwei Wälder, genannt *Bercholtze* und *Mvsbach* nicht gehören) dem Kloster Salem um 16 Pfund und 10 Schilling Pfennig verkaufen und übertragen die Eigenschaft dieser Besitzungen an das Kloster. Actum et datum *ze dem Berge* anno domini M° CC° octogesimo quarto, XVIII kalendas februarii, indictione XII^a. subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Berchtoldo de Rorgenmose, Hermanno ministro de Vrnowe, Cûnrado dicto Wiger, Alberto dicto de Winterbach, Hainrico dicto Siber, Cûnrado dicto Haldenacker, Hainrico dicto de Bebenwiller, Hainrico dicto Blase de Vrnowe, Cûnrado dicto Kôseli, fratre Burcardo de Ertingen, fratre Ûlrico de Lôlewanch, fratre Hainrico de Phullendorf, conversis in Salem, aliisque quam pluribus fidedignis. Albert und Heinrich von Vmbendorf verpflichten sich unter den Siegeln ihrer vorgenannten Herren, Gewähr zu leisten. 668.

Perg. Or. Fremde Hand. Von den 3 Siegeln der Aussteller ist das erste abgegangen, die beiden anderen aus Malta hängen an Pergamentstreifen an der Urkunde: 2. des Konrad, rund, 40 mm (IV B 1) im Siegelfelde der Topfhelm mit Kleinod: ein mit dreimal drei Pfauenspiegeln besteckter Horn. Umschrift: **s. cvnradi. pincerne. de. bigenbvrg.** — 3. des Heinrich, rund, 38 mm, (IV A 2) im Dreieckschild der Doppelhacken. Umschrift: **s. hainrici bigenburc.** (Daumeneindruck auf der Rückseite beider Siegel). Cod. Sal. III, 121 No. CXIII.

1284. Febr. 1. Salem. Swigerus de Deggenhusen dictus Sunnunkalp, judex provincialis in toto comitatu Sancti Montis constitutus, beurkundet, dass Hainricus de Habrechswiler dictus Sralle einen 6 Juchert grossen Wald auf dem Buzzenthobel mit Zustimmung seiner Ehefrau Agnes und seiner Kinder (Ûlrici, Hainrici, Gerungi filiorum suorum, Berthe et Margarete filiarum suarum) um 3 Pfund üblicher Münze an das Kloster Salem verkauft habe. Acta sunt hec apud Salem anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, kalendis februarii, presentibus testibus et rogatis, videlicet Dietrico de Nûivron, fratre Hainrico de Ysenin, cellerario in Salem, Bertoldo Mercatore, Bertoldo dicto Scafhuser, Geroldo, conversis ibidem, Hainrico dicto *vom Vrithoue*, curam tuicionis libero-

Digitized by Google

rum dicti Srallen gerente in dicta possessione, cum cuius consensu vendicio predicta facta est, Hainrico dicto Schurphinc, Eberhardo dicto Wine, dicto Buzzenbenz, Johanne dicto Kleinhainz, colonis Habertswiler, Hainrico Villico de Birkinwiler, Cunrado dicto Amman de Niuvron aliisque pluribus fidedignis. 669.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta (IV A 1) wie an No. 534, an Pergamentstreifen anhängend (auf der gratartig erhöhten Rückseite 3 schräge Einkerbungen). Cod. Sal. II, 203 No. CLXVIII. Reg. Ztschr. 3, 231.

1284. März 21. Friedrich, Bischof von Speier, Dekan und Capitel daselbst beurkunden, dass sie auf Bitte des Berthold von Neuffen (illustris viri Bertholdi de Nifen) demselben gestatten, die Güter in Nürtingen (Nuwerthingen), welche von der Kirche zu Speier der Herzog Ludwig von Baiern (Ludewicus dux Bauwarie), von diesem Berthold bisher zu Lehen trug, unter Zustimmung des Herzogs Ludwig, fortan als rechtes Eigenthum inne zu haben, wogegen er dem Herzog Ludwig und durch ihn der Speierer Kirche als Entschädigung zu Lehen aufträgt die Dörfer Lutenbach, Hercemanswiler und Hergenbolswiler. Dat. anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto in festo beati Benedicti abbatis. 670.

Perg. Or. im Kgl. württemb. Geh. Haus- und Staatsarchiv in Stuttgart, von den zwei Siegeln, des Bischofs und Capitels hängt das erste, in ein Säckchen eingenäht, an der Urkunde, das zweite ist abgefallen. Cod. Sal. I, 323 No. CLXXXXIIII. Vgl. No. 673, 677 u. 678.

1284. Juni 1. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet den Verkauf eines Hauses zu Konstanz durch den dortigen Bürger Friedrich Kupferschmied an das Kloster Salem. 671.

In nomine domini amen . . officialis curie Constantiensis universis presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, || quos nosse fuerit oportunum, quod Fridericus Cuprifaber, civis Constantiensis, domum suam in Constantia in vico quondam fratrum minorum || sitam venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem, receptis ab eis quatuordecim libris denariorum monete Constantiensis, || vendidit, libere tradidit et donavit iure proprietatis quiete ac pacifice perpetuo possidendam, hac retenta condicione, quod idem Fridericus vel heredes eius liberam habe-

Digitized by Google

ant facultatem inhabitandi eandem domum, ita videlicet quod ipse Fridericus vel heredes sui seu alie persone quecumque, que iamdictam domum pro tempore inhabitaverint aut possederint, dictis . . abbati et conventui in Salem singulis annis unam libram denariorum dicte monete terminis sibi ad hoc constitutis, scilicet in festo apostolorum Philippi et Jacobi decem solidos, alteram vero partem in festo beati Galli sine difficultate qualibet et pertractione persolvere teneantur. Adiectum est etiam, quod prefatus Fridericus seu heredes ipsius predictam domum, si eam distrahere seu alienare decreverint quoquo modo, exhibeant memoratis de Salem primo comparandam. Si vero iidem empcioni domus eiusdem duxerint renunciandum, extunc ipsi Friderico vel suis heredibus libera facultas suppetat efferendi supradictam domum seu vendendi quibuscumque personis. Salvo tamen iure prefatorum de Salem, contradictione qualibet non obstante. In cuius facti evidenciam presentem cedulam duximus sigilli curie Constantiensis robore muniendam. Actum Constantie anno domini M° CC° LXXX° IIII°, kalendis iunii, indictione XII^a^, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet dilecto in Christo Burcardo, plebano ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Waltero dicto Jôheler, Cûnrado dicto Jôheler, filio quondam Rûdolfi dicti Schlehte, Hermanno dicto Tenger, civibus Constantiensibus, aliisque quampluribus fidedignis.

Perg. Or. Fremde, wohl Konstanzer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, befestigt wie an No. 432, rund, 36 mm (II B) das Bild eines Bischofs, die rechte Hand zum Segen erhoben, in der Linken den Stab. Umschrift: † s. **officialis. curie. constancien.** (Auf der Rückseite ein scheinbar von einem Instrument [Stempelgriff?] herrührender Eindruck.) Cod. Sal. III, 280, No. CCXXIX.

1284. Juni 5. Esslingen. Bertoldus de Niffen übergibt das Eigenthumsrecht an dem Hofe in Dichtenhausen (Thûthenhusen), welches von ihm strennui . . miles dictus Schutterûit, Eggehardus et Rudolfus fratres dicti cognomine Eggehart zu Lehen tragen, zu seinem und seiner Vorfahren Seelenheil dem Kloster Salem. Acta sunt hec apud Ezzelingen anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto nonas junii. Die Zeugen wie in der Urkunde No 617, 1280 Juni 2. 672.

Perg. Or. Fremde Hand. Besiegelt wie No. 617. Cod. Sal. II, 177 No. LXI. Reg. Ztschr. 3, 231. Dort steht auch, ebenfalls zum Jahre

Digitized by Google

1284 ein Regest der von uns unter No. 617 zum Abdruck gebrachten Urkunde. Die beiden Urkunden scheinen, obwohl von verschiedenen Händen geschrieben, doch zusammenzugehören. Im Salemer Klosterarchiv war unsere No. 617 zum Jahre 1280, die vorliegende Urkunde zu 1284 registriert. Die Entscheidung für eines der beiden Jahre zu treffen, ist kaum möglich, da keine Indiction angegeben ist, die incorrecte Form nonas statt nonis öfter vorkommt und die in diesen beiden Urkunden genannten Zeugen sowohl in Esslinger Urkunden des Jahres 1280 als in solchen des Jahres 1284 erscheinen.

1284. Juni 10. Heidelberg. Ludwig, Pfalzgraf am Rhein und Herzog von Baiern gestattet seinem Getreuen Berthold von Neuffen (dilecto fideli nostro viro nobili Berhtoldo de Niffen), seine Güter in Nürtingen (Niwertingen), die bisher der Herzog von dem Bischof von Speier, Berthold von dem Herzog zu Lehen trug, als rechtes Eigen zu besitzen, nachdem derselbe an deren Stelle gleich- oder mehrwerthige Güter, nämlich die Dörfer Lůtenbach, Herzemanneswilær und Erggenboltswilær zu Lehen aufgetragen hatte. Datum in Haidelberch anno domini M. CC. octogesimo quarto, IIII. idus iunii. 673.

Perg. Or. im Kgl. württemberg. geh. Haus- und Staatsarchiv in Stuttgart. An rothen Seidenfäden hängt an der Urkunde das in ein Säckchen eingenähte Siegel des Ausstellers. Cod. Sal. I, 322 No. CLXXXXIIII. Vgl. No. 670, 677 und 678.

1284. Juli 27. Salem. Bischof Rudolf II. von Konstanz genehmigt den Verkauf von Besitzungen zu Rimpertsweiler durch den Ueberlinger Bürger Ulrich Stongeler, nachdem derselbe die von Konstanz zu Lehen rührende Hälfte derselben durch Auftragung entsprechender Güter zu Herlansreuthe ersetzt hatte. 674.

Rudolfus, dei gratia Constantiensis episcopus, universis presentis pagine inspectoribus rei geste no||ticiam cum salute. Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod cum Ůlricus dictus Stongeler || de Vberlingen possessiones suas sitas in Ripreswiler, quarum medietas sibi iure proprietario || pertinebat et reliquam medietatem a nobis tenebat in feodo, venerabilibus in Christo abbati et conventui de Salem ac per ipsos suo monasterio cum omnibus suis pertinenciis, silvis, nemoribus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aqueductibus, viis, inviis et omnibus aliis tacitis et expressis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, receptis ab eis octo marcis et dimidia puri et legalis argenti, vendidisset, nos, eidem ven-

Digitized by Google

dicioni consensum nostrum adhibentes, facta nobis et nostro monasterio recompensacione ab eodem Ůlrico dicto Stongeler cum possessionibus suis equivalentibus predictis vel melioribus, dimidia videlicet curia sita in Herlansrûthi, dicta *Vlenhof*, cum duabus curtibus sitis ibidem, que sibi proprietatis titulo pertinebant, ius proprietatis antedictarum possessionum in Ripreswiler, quod nobis nostroque monasterio pertinebat, predictis de Salem tradidimus et donavimus pleno iure perpetuo possidendum. Ut autem tenor omnium predictorum in suo robore perseveret, idem Ůlricus obligavit se bona fide ad prestandum warandiam de omnibus premissis pro se suisque heredibus universis. In cuius itaque rei evidenciam ad peticionem parcium presens instrumentum nostro sigillo duximus roborandum. Actum et datum apud Salem anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, sexto kalendas augusti, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet viris strenuis Hermanno dicto Schamlier, Cůnrado et Friderico fratribus dictis de Maenlinshouen militibus, viris religiosis fratre Rubertho, priore in Salem, fratre Cůnrado dicto Môzen, monacho, fratre Bertoldo Mercatore, converso aliisque pluribus probis viris. Ego Ulricus dictus Stongeler omnia premissa et singula per me esse facta recognosco.

Perg. Or. Salemer Hand. Das bekannte Siegel des Ausstellers aus Wachs an Pergamentstreifen (Rückseite 3 schräge Einkerbungen). Cod. Sal. II, 199 No. CLXIII.

1284. Juli 31. Salem. Der Landrichter Swicker von Deggenhausen beurkundet die Uebergabe von Gütern zu Mühlhofen durch Konrad von Mühlhofen an das Kloster Salem. 675.

Omnibus presentis pagine inspectoribus Swigerus de Deggenhusen, iudex provincialis in toto Montis Sancti || comitatu constitutus, noticiam rei geste. Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod Cůnradus de Milnhouen, ministeri alis domini Bertoldi comîtis Sancti Montis, possessiones suas sitas in Milnhouen, dictas *zem houe*, quas ipse a reverendo || domino R(udolfo), dei gracia Constantiensi episcopo, in feodo tenebat, item alias sitas ibidem, undecim iugera continentes, quorum sex ipse a venerabilibus in Christo abbate et conventu in Salem pro annuo censu, duorum videlicet denariorum, tenebat, et reliqua quinque sibi iure proprietario pertinebant, eisdem de

Digitized by Google

Salem, receptis ab eis viginti quatuor libris denariorum usualis monete, cum omnibus suis pertinenciis, silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, viis, inviis et omnibus aliis tacitis et expressis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, pleno iure tradidit et donavit quiete et pacifice perpetuo possidendas. Ut autem super predicto contractu omnis occasio calumnie sopiatur, idem Cûnradus ad prestandum warandiam de omnibus et singulis premissis se astrinxit, pro se suisque heredibus universis renuncians omni juri tam canonico quam civili, quod sibi vel suis heredibus in predictis possessionibus competebat vel competere videbatur. In huius itaque rei evidenciam presens instrumentum predictis de Salem tradidi mei sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec apud Salem anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, pridie kalendas augusti, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Hugone de Wildorf, Cûnrado dicto Saier de Milnhouen, fratre Cûnrado dicto Moz, monacho in Salem, Bertoldo Mercatore et Bertoldo dicto Kæpphim, conversis ibidem, Hainrico dicto Hobet aliisque pluribus probis viris. Ego Cûnradus de Milnhouen omnia premissa et singula, prout premissa sunt, me presente et per me facta esse presentibus recognosco. Et quia sigillum proprium non habeo, sigillo nobilis viri predicti de Deggenhusen usus sum in omnium premissorum testimonium et cautelam.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, wie an No. 621, an Pergamentstreifen anhängend. (Durch Fingerdruck erhöht.) Cod. Sal. II, 180 No. CXLVI. Reg. Ztschr. 3, 232.

1284. Aug. 27. Mendlishausen. Bischof Rudolf II. von Konstanz genehmigt als Lehensherr den Verkauf eines Hofes zu Bettenweiler durch Hermann Vinke an das Kloster Salem. 676.

In[1] nomine domini amen. Universis presentis pagine inspectoribus Rudolfus, dei gratia Constantiensis episcopus, rei geste noticiam cum salute. || Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod, cum venerabiles in Christo abbas et . . conventus de Salem curiam sitam in Betten||wiler cum agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aqueductibus, piscinis,[2] virgultis, viis, inviis, itineribus et omnibus aliis iuribus || tacitis et expressis eidem curie intus et extra pertinentibus a Hermanno

[1] Verzierte Initiale. — [2] Or. hat pissinis.

Digitized by Google

dicto Vinken pro decem et novem marcis puri et legalis argenti comparaverint, quam quidem curiam ipse Hermannus a nobis in feodo tenebat eô, quod ius proprietatis in dicta curia nostre ecclesie pertinebat, nos eidem comparacioni consensum adhibentes, facta nobis resignatione ab eodem Hermanno libere et absolute, cum omni iure, quo ipse possidebat ipsam curiam, predictis de Salem pro annuo censu, scilicet dimidia libra cere singulis annis in festo beati Galli nobis persolvenda, libere et pacifice tradidimus perpetuo possidendam, et nequis super predicto contractu in posterum valeat calumpniari, dictus Hermannus pro universis suis successoribus prestiturum werandiam se astrinxit. Renuncians omni iuri tam ecclesiastico quam civili, omni consuetudini tam loci quam patrie necnon omnibus aliis excepcionibus, defensionibus, per quas dictus contractus posset modo quolibet irritari. In huius itaque rei evidenciam presens instrumentum ipsis, videlicet abbati et conventui de Salem, porreximus, nostri sigilli munimine roboratum. Acta sunt hec anno domini M° CC° LXXX° quarto, VI kalendas septembris apud[1] Mencelzhusen, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet honorandis viris[2] dicto de Dieticon, canonico ecclesie Constantiensis, Hainrico notario, dicto de Denkingen, canonico Sancti Johannis, Ůlrico dicto de Richental, canonico Sancti Stephani, nobili viro Swigero dicto Sunnunkalp, viris strenuis Rudolfo de Oberiedern, Alberto dicto de Regenolswiler, ministro in Vberlingen, Hermanno dicto Schamilier, Friderico et Cůnrado fratribus dictis de Maenlinshouen, militibus, fratre Ůlrico de Sol, fratre Hainrico de Mulhain, monachis, cellerariis in Salem aliisque probis viris. Ego vero Hermannus dictus Vinke profiteor, me premissis interfuisse et ipsam curiam, prout premissum est, predictis de Salem cum consensu omnium, quorum intererat, vendidisse, necnon in manus domini episcopi recepta pecunia resignasse, et quia sigillum proprium non habeo, sigillo predicti domini episcopi usus sum in testimonium omnium premissorum.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, bekannt, an Pergamentstreifen (3 schräge Einkerbungen auf der Rückseite). Cod. Sal. III, 114, No. CIIII.

[1] Die Worte que dicitur zwischen apud und Mencelzhusen sind durch Unterstreichen getilgt. — [2] Lücke im Or.

Digitized by Google

1284. Sept. 3. Esslingen. **Berthold von Neuffen verkauft dem Kloster Salem alle seine Besitzungen, Zehnten und Eigenleute mit aller Zubehör zu Nürtingen um 285 Mark Silber. 677.**

Universis Christi fidelibus tam posteris quam presentibus hanc paginam inspecturis Berhtoldus de Niffen nobilis noticiam subscriptorum. Expedit ea, que geruntur in tempore, ne in oblivionem cadant cursu temporis precedente, scripturarum || testimoniis perennari. Ad noticiam igitur omnium et singulorum perveniat, quos nosse fuerit oportunum, quod nos omnes generaliter possessiones nostras in villa Niwirtingen sitas cum hominibus, qui quidem homines et possessiones nobis hacte||nus iure proprietatis pertinere dinoscebantur, nullius hominum servituti aut exactioni qualicumque preterquam nostre obnoxii seu subiecti, cum omnibus pertinenciis, appendiciis, iuribus, iurisdictionibus ac libertatibus universis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus et quic||quid nobis in dicta villa conpetebat, quocumque modo vel titulo in campis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, virgultis, areis, ortis, curtibus, aquis, aqueductibus, piscinis, piscationibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis ac decimis, venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii in Salêm et per ipsos eorum monasterio, receptis ab eisdem ducentis octoginta quinque marcis argenti puri et legalis ad pondus in Ezzilingen, quos in usum nostrum convertisse utiliter et de quibus nobis plenarie satisfactum esse confitemur, vendidimus, tradidimus et donavimus eodem omnino iure, quo possidebamus, liberas et vacuas perpetuo possidendas, profitemurque presentibus vendidisse eas ac transtulisse in memoratos . . abbatem et conventum ipsorumque monasterium vero et iusto venditionis titulo, verborum et gestuum adhibita sollempnitate debita et consueta, que in huiusmodi actibus et contractibus solita est adhiberi, concurrente nichilominus Richinze, uxoris nostre, et omnium, quorum intererat, voluntaria connivencia pariter et consensu. Hec autem sunt possessiones nominatim expresse site in Niwirtingen, quas predicto monasterio vendidimus et in ipsum transtulimus tanquam liberum allodium, quod vulgariter dicitur *ain vriez aigen*, libere et quiete iure proprietatis perpetuo possidende, videlicet curia una, quam Hermannus, filius dicte Magerin de Bissingen colit. Item curia alia, quam Burchardus dictus Huser incolit. Item

Digitized by Google

alia curia, quam quondam coluit Albertus dictus Vôget. Item curia, quam colit Hainricus dictus Prîs. Item curia, quam colit Hainricus dictus Vlohmaiger, que sita est iuxta molendinum. Item ius proprietatis in duabus curiis, quarum unam tenet Rûdolfus advocatus de Vrach, alteram vero filii . . relicte dicte Sifridin. Item dimidia pars decime maioris per totam villam in Niwirtingen et quedam decima in Bugingen. Item tres colonie seu agri, qui vulgariter *gebraita* dicuntur, quarum una sita est supra villam, alia *bi dem Tivffinbach*, tercia *vnder dem berge*, que adhuc indistincte, sed communes cum illustri domino Eberhardo comite de Wirtinberch et dictis de Salem habentur. Item piscarie due, quarum una protenditur a rivo, qui dicitur Stainach, usque in Husen, altera vero de Husen usque in Liebinowe. Hec vero sunt nomina hominum, quos vendendo transtulimus cum omni prole sua, tam genita quam gignenda, in monasterium supradictum, videlicet: Hermannus dictus Bissingær, Eppo, frater suus et Mæhthildis soror eorundem, item . . mater dicti Prîs cum Hainrico filio suo et Mæhthildi uxore illius, item Wernherus dictus Prîs et Berhtholdus frater suus, item Berhtholdus dictus Wz et Adilhaidis uxor sua, item Avulgo et Adilhaiðis, uxor sua, item Mæhthildis dicta Sifridin cum Maehthildi filia sua et Sifrido filio suo, qui nunc habet tres liberos, item Mæhthildis, filia Sibots dicti Stovfer, item Swiggerus senex, item Berhtha, filia Alberti dicti Stõfer, item . . uxor Franconis, item Rûdolfus, filius Rûperti, et Mæhthildis filia sua, item Mæhthildis uxor Alberti dicti Stõfers, item Cûnradus filius . . dicti Salwen et Hainricus, filius dicti Salwen, item Berhtholdus et Burchardus filii . . dicti Stulpinc, item Hainricus cum uno fratre et sorore filii Cûnradi dicti Postlunc. Ut autem tenor omnium premissorum ratus et illibatus imperpetuum perseveret, renunciamus circa ipsa et quodlibet ex eisdem, tam pro nobis quam uxore nostra et heredibus nostris universis, omni iuris auxilio tam canonici quam civilis, omni defensioni, omni constitutioni, omni consuetudini tam loci quam patrie, omnibus litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis vel impetrandis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate pecunie vel non solute, non adhibite sollempnitatis omnique alii remedio, quo mediante premissa in toto vel in parte possent aliquatenus retractari, promittentes fide data nomine sacra-

Digitized by Google

menti prestare warandiam de omnibus et de singulis, que premissa sunt coram iudice quocumque, ubicumque, quotienscumque fuerimus requisiti. Acta sunt hec in Ezzilingen anno domini M° CC° LXXX° quarto, pridie kalendas septembris, presentibus testibus et rogatis, videlicet dominis Berhtholdo de Gundershouen et Rûdolfo Pincerna[1], militibus, Cûnrado dicto Schilhinc, Alberto sculteto de Niffen, Cûnrado dicto Mahtolf, Ûlrico dicto de Witelingen, item Marquardo sculteto antiquo, Hainrico dicto Holzhuser, Sifrido dicto de Divrinkain, Rûperto, Cûnrado et Rûdgero fratribus dictis Rŷpreht, Rûdolfo dicto Hasinzagil et Berhtholdo filio suo, Hugone dicto Nallingær, Ludewico dicto *imme Stainhuse*, Marquardo, filio sculteti, Geroldo dicto Volmar, Hainrico dicto Nôth, civibus, consulibus et iudicibus in Ezzilingen, fratribus Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore, Wernhero grangiario et Cûnrado Mozone, monachis de Salem, cum Gerungo converso aliisque pluribus fidedignis. Ad evidenciam igitur omnium premissorum et memoriam perpetuam presens instrumentum sepedictis dominis de Salem porreximus, nostri sigilli robore consignatam. Datum ut supra eodem anno, III°. nonas septembris. Ego Cûnradus iunior de Winsberch pro me et Liutgardi uxore mea[2] meisque heredibus universis omnia et singula premissorum scriptis presentibus voluntate libera et expressa ratifico et approbo, recognoscens eadem et singula eorundem me consentiente rite et rationabiliter facta esse, prout de verbo ad verbum superius est expressum, et ad robur ac firmitatem perpetuam omnium et singulorum supra expressorum et contentorum huic instrumento meum sigillum duxi appendendum. Nos quoque cives, consules et iudices in Ezzilingen prenotata omnia premissa, prout premissa sunt, protestamur esse vera et coram nobis facta ac consumata, et ad peticionem partium predictarum sigillum universitatis nostre civitatis presenti instrumento duximus appendendum pro fortiori testimonio et cautela omnium predictorum.

Perg. Or. im kgl. württemb. Geh. Haus- und Staatsarchiv in Stuttgart. An Pergamentstreifen hängen an der Urkunde 3 Siegel: 1. des Berthold von Neuffen (IV B I) wie an No. 617, — 2. des Konrad von Weinsberg (IV C) aus Malta: 3 Schilde im Schilde, der nach schräg links

[1] de Winide vgl. No. 678. — [2] Schwester Bertholds von Neuffen. Er heisst dessen sororius in der Urk. No. 678.

Digitized by Google

geneigt ist. Das Helmkleinod sind 2 Fische. Umschrift: † **sigl. cvnradi. et. cvnradi. de. winsberch.** — 3. der Stadt Esslingen, wie an No. 203. Cod. Sal. III, 177 No. CXLVIII. Vgl. No. 670, 673 und 678.

1284. Sept. 3. Esslingen. Berthold von Neuffen ertheilt dem Kloster Salem hinsichtlich der von ihm erworbenen Güter zu Nürtingen die Gewähr und stellt dafür genannte Eides- und Leistungsbürgen. 678.

In nomine domini amen. Nos Berhtholdus de Niffen nobilis publica protestatione presentium recognoscimus et protestamur, quod cum super possessionibus et hominibus in Niwirtingen || nobis iure proprietatis ac libertatis titulo pertinentibus, quas venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii in Salem eodem omnino iure perpetuo possidendas distra||hendo vendidimus, cautio werandie, ad quam tenemus secundum commune ius terre, per eosdem a nobis exigeretur, ad obligationem fideiussionis et obstagii nos et nostros || fideiussores, videlicet dominum Cûnradum iuniorem de Winsberch, sororium nostrum, dominum Bertholdum de Gundershoven militem, dominum Rûdolfum Pincernam de Winide, militem, Berhtholdum dictum Hovbt, Cûnradum dictum Schilhinc, Albertum, scultetum nostrum de Niffen, Cûnradum dictum Mahtolf, Ûlricum de Witelingen et Eberhardum dictum Holzwart, astrinximus per hunc modum, ut videlicet si de cetero dicte possessiones vel homines contra venditionis nostre formam impetrantur, a quocumque tunc provisor seu procurator dictorum dominorum de Salem nobis diem certam pro removenda impetitione seu vexatione debet assignare, ad quam si venire neglexerimus, alia statim nobis ad ipsum faciendum debet rursus assignari ab eodem, ad quam iterato, si non venerimus, mox postquam ammoniti fuerint, per unum mensem quinque de prenotatis decem fideiussoribus seu obsedibus, quos idem procurator ammonere voluerit, se recipere tenentur in obstagium apud Ezzilingen vel in Kirchain, nunquam inde recessuri donec alio mense iterum finito, si medio tempore impetitio non cessaverit, reliqui omnes cum prioribus fideiussores per obsides, qui se similiter data fide nomine iuramenti omnes ad recipiendum se in obstagium astrinxerunt, postquam ammoniti fuerint, ut superius est expressum, se in obstagium recipere tenebuntur et nos idem facere tenemur, cum eisdem nunquam inde recessuri, quousque predictas pos-

Digitized by Google

sessiones ab impetitionis seu inquietationis calumpnia penitus absolvamus. Si autem quisquam obsidum seu fideiussorum predictorum per infirmitatem vel mortem defecerit, alius loco ipsius infra spatium unius mensis per nos debet subrogari. Hanc tamen nobis ex premissis reservamus libertatem, ut in prima tantum ammonitione nos et sororius noster prenotatus in obstagium nos recipere minime teneamur. Denique eadem fide, qua sumus astricti, nos Bertholdus promisimus, ut per procurationem nostram tres agri in Niwirtingen, qui *gebraita* volgariter dicuntur, quamdiu fuerint indistincte per limites certos, colantur absque nostra semente pariter et expensa, remoto in omnibus premissis cavillationis dolo. Ad evidenciam igitur omnium premissorum presentem cedulam antedictis dominis de Salem tradidimus, nostri sigilli robore consignatam. Datum apud Ezzilingen anno domini M° CC° LXXX° quarto, III. nonas septembris, presentibus testibus et rogatis, videlicet Marquardo, sculteto antiquo, Hainrico dicto Holzhuser, Stfrido dicto de Divrinkain, Rûperto, Cûnrado, Rûdgero fratribus dictis Rûpreht, Rûdolfo dicto Hasinzagil et Bertholdo filio suo, consulibus et aliis quam pluribus iudicibus et civibus in Ezzilingen fide dignis. Ego Cûnradus prenotatus iunior de Winsberch omnia premissa presenti scripto approbo et ratifico ac vera esse confiteor et huic instrumento ad maiorem firmitatem meum sigillum duxi similiter apponendum. Nos quoque cives in Ezzilingen prenotata omnia, que premissa sunt, vera esse confitemur et presentibus ad cautelam nostrum duximus sigillum apponendum.

Perg. Or. im Kgl. geh. Haus- und Staatsarchiv zu Stuttgart mit drei Siegeln, den nämlichen wie an der Urkunde No 677. Soweit ich sehe, befindet sich im Cod. Sal. keine Abschrift dieser Urkunde. Vgl. No. 670, 673 u. 677.

1284. Dez. 1. Meersburg. Schenk Heinrich der Aeltere und seine Söhne Konrad und Heinrich vermitteln eine Sühne zwischen dem Kloster Salem und dem in Haft gerathenen Heinrich von Hefigkofen, worauf die königlichen Landvögte Marquard und Ulrich von Schellenberg diesen von Klage und Strafe freisprechen. 679.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hainricus Pincerna senior, Cunradus et Hainricus, filii sui, milites noticiam rei geste. Noverint, quos nosce fuerit oportunum, quod cum Hainricus de Heuenkouen || venerabilibus in Christo . . abbati

Digitized by Google

et conventui monasterii de Salem ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, in personis et rebus et specialiter in exustione domus in Tepphenhart dampna et gravamina plurima intu||lisset et ob hoc Cunradus de Hovinkouen, pater predicti Hainrici, qui unâ cum filiis suis in salutis sue dispendium predicto monasterio maiora inferre gravamina minabatur, per servos strennuorum || dominorum Marquardi et Ůlrici fratrum de Schellenberch, vicem gerencium serenissimi domini R(udolfi), dei gratia Romanorum regis, necnon dictorum de Salem famulos captivatus fuisset et vinculis aliquanto tempore mancipatus, tandem nobis mediantibus talis inter partes composicio intercessit, quod predictus Hainricus necnon Hermannus, Albertus et Cůnradus, fratres sui, unâ cum predicto Cůnrado, patre suo, postquam a vinculis fuerit absolutus, predictis de Salem promitteret, corporali super hoc prestito sacramento, ne occasione predicte captivitatis aut alicuius premissorum ipsis cuiquam suorum aut ulli omnino hominum quocumque modo per se vel per suos consanguineos aut amicos quoscumque quicquam dampni, gravaminis seu molestie publice vel occulte inferant aut procurent aliqualiter irrogari, et hoc ipsum promiserunt ipsorum consanguinei pro se ac omnibus aliis sibi consanguinitatis linea pertinentibus, corporali super hoc similiter prestito iuramento. In recompensationem vero dampnorum predictis de Salem illatorum predicti de Heuenkouen possessiones suas sitas im Grůnenbach omnes et singulas in agris, pratis, pascuis, areis, silvis, nemoribus ac omnibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, quas a viro strennuo domino Swigero dicto Tumme de Nůwenburch iure tenuerant feodali, cum decima in Biburg quam a Rudolfo et[1] dictis Ruschen fratribus militibus iure tenuerant feodali, predicto monasterio de Salem tradiderunt eo pacto, quod ipsi de Salem ius proprietatis predictarum possessionum et decime conquirant a dominis memoratis, et post hec predicti de Heuenkouen, quandocunque a predictis de Salem fuerint requisiti, predicta feoda ad manus predictorum dominorum sub predicto iure iurando teneantur sine contradictione qualibet resignare. Ad premissorum autem omnium robur firmius nos promisimus predictis de Salem, fide data nomine iuramenti, quod si quisquam vel quiquam predictorum de Heuenkouen aut suorum

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

consanguineorum vel amicorum, sue salutis immemor vel immemores, contra supradicta omnia et singula venire, quod absit, presumpserit vel presumpserint, in futurum contra eum vel contra eos tanquam contra invasorem vel invasores rerum nostrarum insurgere, nec ab ipsius vel ipsorum lesione, antequam predictis de Salem satisfiat, desistere debeamus. Predicti vero de Salem fideliter promiserunt, ut a viris strennuis supradictis de Schellenberch fratribus ac omnibus aliis serenissimi domini R(udolfi), dei gratia Romanorum regis, iudicibus in eorundem de Schellenberch districtu constitutis obtineant sine fraude, quod occasione dampnorum sibi a predictis de Heuenkouen illatorum nullam in rebus vel in corpore eisdem de Heuenkouen fieri procurent in posterum ulcionem. In cuius rei evidenciam et munimen presens instrumentum exinde concipi et sigillis nostris ac predictorum de Schellenberch fratrum fecimus communiri. Actum in Merspvrch anno domini M° CC° LXXX° IIII°, kalendis decembris, indictione XII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, decano videlicet in Ylmense, Dietrico plebano in Bermetingen, plebano in Merspvrch, Nicolao milite de Hermestorf, Swigero de Deggenhusen, Rûdolfo de Oberriedern, Cunrado de Maenlinshouen, dicto Ekol de Marchdorf, domino Ûlrico abbate, fratre Hainrico, cellerario, de Isenina, fratre Eberhardo de Stekeboron, monachis in Salem, aliisque quam pluribus probis viris. Nos Cûnradus senior, Hainricus, Albertus, Hermannus, et Cûnradus, filii sui, predicta omnia, prout premissa sunt, esse vera et per nos facta, sub appensione sigillorum dominorum nostrorum predictorum presentibus profitemur, obligantes nos nichilominus ad[1] prestandum werandiam de omnibus supradictis coram quocumque iudice, quandocumque super hoc fuerimus requisiti. Nos Marquardus et Ûlricus fratres milites de Schellenberch, vicem gerentes serenissimi domini R(udolfi), dei gratia Romanorum regis, predictos de Heuenkouen ad peticionem venerabilium in Christo abbatis et conventus monasterii de Salem ab omni actione seu ulcione sive pena, quam occasione dampnorum sive gravaminum predictis de Salem illatorum commeruerunt vel commeruisse videbantur, pro nobis ac omnibus iudicibus in nostro districto constitutis absolvimus et tenore presencium per appensionem sigillorum nostrorum absolutos publice profitemur.

[1] Or. hat a.

Digitized by Google

Perg. Or. Salemer Hand. 5 Siegel aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Marquard von Schellenberg, rund, 47 mm, (IV A 2), der Dreieckschild dreimal getheilt, Umschrift: † **s. marquardi. de. schellenb'c.** (2 Fingereindrücke). — 2. des Ulrich von Schellenberg, rund, 40 mm, (IV A 2), das gleiche Wappenbild im Dreieckschilde, Umschrift: † **sigillvm. vlri(c)i. de. schellenberc.** (2 Fingereindrücke). — 3. des Schenken Heinrich (IV C) wie an No. 390. — 4. u. 5. der Schenken Konrad (IV B 1) und Heinrich (IV A 2) wie an No. 668. (3 bis 5 durch Fingerdruck erhöht mit je 2 Einkerbungen). Cod. Sal. III, 108 No. CI.

(c. 1285.) Hainricus Pincerna senior de Smalnegge, miles verkauft an das Kloster Salem um 3 Pfund Pfennig Konstanzer Münze die ihm eigen zugehörige Judenta von Wolketsweiler (Wolggerswiler), Ehefrau des Heinrich Bekke mit aller ihrer gegenwärtigen und künftigen Nachkommenschaft. 680.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 390. Die Urkunde ist undatiert. Im Zusammenhange mit anderen Urkunden des nämlichen Ausstellers mag sie etwa hierher gehören.

1285. o. T. Salem. Swiggerus de Teggenhusen dictus Sunnunkalp beurkundet, dass Mehthildis, relicta quondam Cûnradi dicti de Behche, libere condicionis viri, ihr Eigenthumsrecht an allen ihren Besitzungen in Hegbach (Hegebahc) zu ihrem und ihrer Vorfahren Seelenheil, mit Zustimmung ihrer Söhne Heinrich, Ulrich und Konrad und ihrer Tochter Gerdrud, dem Kloster Salem übergeben habe. Eine gleiche Beurkundung ertheilt er hinsichtlich der Besitzungen des Heinrich Vrige, Bürgers in Meersburg. Actum apud Salem anno domini M° CC° octogesimo quinto, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet fratre Hermanno Vinken, fratre Cûnrado dicto Moze, monacho in Salem, Manegoldo dicto Tumbe, Cûnrado Fabro, Ber(tholdo) Mercatore, Ber(tholdo) dicto Kephinc, conversis ibidem, Hartmanno dicto de Buggensegel, Ûl(rico) filio eiusdem, Bernwardo servo Mercatoris, Hainrico dicto Mesener aliisque pluribus probis viris. 681.

Perg. Or. Salemer Hand von conceptartigem Charakter. Siegel des Ausstellers an einem schmalen Pergamentstreifen, aus Wachs (IV A 2) wie an No. 621 (Fingereindruck). Cod. Sal. III, 119 No. CXI.

1285. Jan. 7. Markdorf. Wernherus de Raderay dictus Gnitfting übergibt dem Kloster Salem für eine Mark Silbers sein Eigenthumsrecht an den Besitzungen des Hofes in Enz-

Digitized by Google

kofen (Aencekouen), genannt *Gotfritzhof* de Braemen (cuius agri ad culturam quatuor boum se extendunt), welche die Brüder Hartmann und Ulrich, Söhne weiland Ulrichs genannt Dûrnaerz, Bürger in Mengen (Maengen), von ihm bisher als Lehen besassen. Acta sunt hec apud Marchdorf, anno domini M° CC° LXXX quinto, in crastino epiphanie domini. 682.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, wie an No. 564. Cod. Sal. III, 84 No. LXXIX. Die Namen der Zeugen fehlen.

1285. Jan. 11. Ruppert von Tannenfels, der Propst, und das Capitel von St. Stephan zu Konstanz beurkunden die Uebertragung eines von ihnen lehenbaren Hauses zu Konstanz an Konrad Merspurger, der es von Adelheid Auer und deren Söhnen erkauft hatte. 683.

Rupertus de Tannenvels, prepositus, totumque capitulum ecclesie Sancti Sthephani Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscripto|rum noticiam cum salute. Ut ea, que geruntur, perpetue memorie commendentur, solent frequenter scripturarum karacteribus annotari. Noverint || igitur universi, quod dilecti in Christo Adelhaidis, uxor quondam . . dicti Ôwer, et Cunradus, filius predicti Ôwer, receptis duodecim marcis argenti ponderis || Constantiensis, uno fertone minus, a Cunrado dicto Merspurger, cive Constantiensi, domum, vulgariter que dicitur *daz hus am Ort*, sitam in contrata, que vulgariter dicitur *an dem Obernmarchte*, quam a nobis tenebat in feodum, nobis libere nomine nostre ecclesie resignarunt, nosque predicto Cunrado dictam domum pro se suisque heredibus recipiente concessimus perpetuo possidendam, ita videlicet, ut liceat tam suis heredibus, quam ei, ad quos dicta domus ex successione devenerit, nec non omnibus aliis, in quos dicta domus quocumque iusto titulo translata fuerit, tam inter vivos, quam in morte, prefatam domum obligare, vendere vel donare et alias distrahere, secundum quod ipsis visum fuerit expedire. Quibus etiam noster cellerarius, recepto uno quartali vini terre, iamdictam domum tenebitur concedere sine qualibet difficultate. Item si dicta domus a possessore, qui ipsam pro tempore possederit, vendita non fuerit, vel de ipsa aliquid ordinatum, tunc proximior heres possessori domus succedere debet ex condicto et a nostro cellerario, qui pro tempore fuerit, secundum quod consuetudinis est, infeodari. Ad hec est, quod nos de ipsa domo singulis annis quinque solidos

Digitized by Google

et sex denarios pro tribus aniversariis recipere tenemur. Et ne super premissis aliqua valeat dubietas exoriri, presentes literas scribi fecimus et sigillo nostri capituli communiri. Acta sunt hec presentibus Walthero Advocato de Curia, Ůlrico de Rogwile, ministro, Cunrado Monatario, Hainrico dicto Frigen, Hugone dicto Fenedier et Cunrado dicto Schazze, civibus Constantiensibus, et aliis quam pluribus fidedignis, anno domini M° CC° LXXXV°. III° idus ianuarii, indictione XIIII[a].

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel abgegangen.

1285. Febr. 16. Salem. Abt Ulrich und der Convent zu Salem überlassen die Zehnten zu Ramsbach und Oberrieden, welche sie mit Zustimmung des Bischofs von Konstanz von Rudolf von Oberrieden besitzen, gegen einen Jahreszins an Mangold Sifridson und dessen Erben. 684.

In nomine domini amen. Nos frater Ulricus abbas et conventus in Salem presentibus protesta||mur publice recognoscentes, quod nos quasdam decimas sitas in Ramenspach et Oberrieder||ne, quas a strennuo viro Rudolfo de Oberriederne, reverendi domini nostri Rudolfi, dei gracia || episcopi Constantiensis, accedente licencia et consensu, possedimus, Manegoldo dicto Sifridsvn suisque heredibus pro annuo censu, videlicet dimidia libra cere, nobis in festo purificationis beate virginis annis singulis assignanda, concessimus et tenore presentium concedimus perpetuo possidendas, hac apposita conditione, quod idem Manegoldus dictas decimas, si eas vendere seu alienare decreverit, nobis primo exhibeat conparandas; si autem emptioni earundem decimarum decreverimus renunciandum, extunc eidem Mangoldo libera suppetat facultas offerendi ipsas decimas, salvo tamen iure nostro, quibuscumque personis voluerit, contradictione qualibet non obstante. In cuius rei evidenciam tradidimus presentem cedulam memorato Mangoldo sigilli nostri robore conmunitam. Datum Salem anno domini M° CC° LXXX V^to^, XIIII kalendas marcii.

Perg. Or. Salemer Hand, das bekannte Abtsiegel aus Wachs, von dem fast die Hälfte weggebrochen ist, wie an No. 432 befestigt (Rückseite glatt).

1285. Febr. 17. Konstanz. Magister Cůnradus Pfefferhardus, canonicus ecclesie Constantiensis und Burkardus dictus *Vnder Scopfe* der jüngere, Bürger von Konstanz, verkaufen ihren Weingarten zu Hagnau (Hagnǒwe), in der sog. Horlach,

Digitized by Google

welchen sie von Burkard, dem Sohne der Schwester des weiland H. Cellerarius, Canonikus zu Konstanz, gekauft und seither (eo iure, quod *marchreht* vulgariter appellatur) ungestört besessen haben, um 56 Pfund Konstanzer Pfennig an Abt Ulrich und den Convent des Klosters Salem. Es siegeln der Official des Hofes zu Konstanz und Konrad Pfefferhard. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° LXXX° V°. XIII kalendas marcii, indictione VIII^a^. 685.

Cod. Sal. II, 265 No. CCLIII.

1285. März 10. Möggingen. Die Brüder Johann, Ritter, Konrad und Ulrich von Bodman übergeben die Eigenschaft von Besitzungen zu Spöck, die der von ihnen mit denselben belehnte Rüdiger Specker an Heinrich Zimmermann verkauft hatte, zunächst diesem und dann auf dessen Bitten nebst anderen Gütern daselbst dem Kloster Salem. 686.

Omnibus presentis pagine inspectoribus Johannes miles, Cûnradus et Ůlricus de Bodemen fratres noticiam subscriptorum. Ut rebus gestis a futuris litigandi periculis caveatur, expedit, ipsas || scripturarum et testium aminiculo suffulciri. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum Rûdegerus dictus Spekker nomine sui, Bertoldi et Ulrici, filiorum quondam Bertoldi fratris sui, || quorum tutor seu curator extitit, omnes possessiones suas sitas in Spekke, dictas *Spekkerzgût*, quas a nobis tenuerunt in feodum, cum omnibus pertinenciis et iuribus suis, videlicet areis, agris, pratis, || piscariis, silvis, nemoribus, curtibus, curtilibus, viis, inviis, semitis, itineribus, terris cultis et incultis ac aliis universis intus et extra eisdem possessionibus pertinentibus, Hainrico dicto Zimmerman, receptis ab eo quatuordecim marcis argenti puri et legalis, libere et legaliter vendidisset et ad manus nostras publice resignasset, nos eidem vendicioni assensum voluntarium adhibentes, recepta a prefato Rûdigero dicto Spekker caucione sufficienti, ut in dictarum possessionum recompensationem eandem pecuniam, quam ex vendicione ipsarum fuerat consecutus, ad usus et utilitatem prefatorum Bertoldi et Ůlrici, fratris sui, in comparacione aliarum possessionum equivalencium, quas a nobis tenere possit aut valeat in pheodum, omni remota occasione convertere non postponat, prefatarum possessionum proprietatem ad predictum Hainricum dictum Zimmerman duximus transferendam; verum quia idem Hainricus, in ipsius anime

Digitized by Google

ac suorum parentum remedium et salutem iam dictas possessiones ad venerabiles in Christo abbatem et conventum monasterii in Salem transferri cupiens, a nobis humiliter postulavit, ut ipsas possessiones in Spekke, unâ cum possessionibus ibidem sitis, dictis *Srallengůt*, quarum proprietas nobis similiter pertinebat, eidem monasterio traderemus, nos ad peticionem ipsius Hainrici et dictorum abbatis et conventus in Salem favorem et dilectionem, receptis ab eo sex marcis argenti puri et legalis, memoratas possessiones cum omnibus appendiciis et iuribus suis premissis ad idem monasterium de Salem transtulimus et tenore presencium transferimus, ab ipsis iure proprietario quiete ac pacifice perpetuo possidendas. Renunciamus igitur pro nobis et supradicto Růdegero dicto Spekker, Bertoldo et Ůlrico, filiis fratris eiusdem, prelibatis ac heredibus eorundem omni actioni, excepcioni, defensioni, consuetudini tam loci quam patrie, subsidio tam legum quam canonum, beneficio restitucionis in integrum et generaliter omnibus tam tacitis quam expressis, per que ea, que premissa sunt, possint quovis ingenio violari. Astringentes nos nichilominus nomine sepedictorum Růdegeri dicti Spekker, Bertoldi et Ulrici, filiorum fratris sui, plenam warandiam omnium premissorum, quandocumque, quocienscumque vel ubicumque coram quocumque vel quibuscumque judice vel iudicibus requisiti fuerimus, prestituros. In cuius rei evidenciam tradidimus prenominatis . . abbati et conventui in Salem presens instrumentum, sigillorum nostrorum robore communitum. Actum et datum in Mekkingen anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, sexto ydus marcii, indictione terciadecima, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet: Hainrico Walthero, Burchardo Dietrico[1] fratribus de Ramswach, militibus, Cůnrado, fratre eorundem, Cůnrado et Cůnrado de Ramswach, Hermanno de Lŏbegge, Johanne de Mekkingen, Eberhardo de Swaindorf et Bertoldo de Butthelsiez aliisque pluribus fide dignis.

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen, fremde Hand, drei an Pergamentstreifen an der Urkunde hängende Siegel aus Malta: des Johannes, Konrad und Ulrich von Bodman, alle drei (IV A 2) rund, das erste 50, die zwei andern je 48 mm gross, bei allen dreien die Siegelfelder mit Arabesken verziert, in dem nach dem Siegelfeld zu abgeschrägten

[1] Doppelvornamen wie auch aus den Urk. von 1293 und 1294 Zeitschr. 3, 243 und 244 hervorgeht.

Digitized by Google

Dreieckschild die drei gestürzten Lindenblätter. Umschriften: 1. † s.' **iohannis. militis. de. bodemen.** — 2. † s.' **cvnradi. de. bodemen.** — 3. † s.' **vlrici. de. bodemen.** (1 mit Daumeneindruck, 2 und 3 glatte Rückseiten). Cod. Sal. III, 45 No. XXXVIII.

1285. März 11. Salzburg. **Die Bischöfe von Salzburg, Freising, Gurk, Chiemsee, Lavant und Seckau verleihen denen, welche an bestimmten Tagen die Klosterkirche zu Salem besuchen, einen vierzigtägigen Ablass.** 687.

Rudolfus, dei gratia sancte Salzburgensis ecclesie electus, confirmatus et consecratus, apostolice sedis legatus, imperialis aule || cancellarius, Emicho Frisingensis, Hartnidus Gurcensis, Chunradus Chiemensis, Chunradus Lauentinensis et Leupoldus Seconiensis ecclesiarum || episcopi, universis Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Pia mater ecclesia, de filiorum suorum, quos spiritualiter genuit, salute || sollicita, devocionem fidelium Christi quibusdam muneribus illectivis, indulgenciis scilicet et remissionibus, incitare consuevit ad debiti famulatus honorem deo et sacratis edibus impendendum, ut quanto frequentius ad eam confluit populus christianus, tanto celerius delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Omnibus itaque vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam conventualem in Salem, ordinis Cisterciensis, Constantiensis diocesis, in festivitatibus nativitatis dominice, pasche et pentecostes necnon in quatuor festivitatibus beate virginis et in anniversario dedicationis ipsius ecclesie devote accesserint vel eidem manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies iniuncte ipsis penitencie nos singuli in domino misericorditer relaxamus, dummodo de ordinarii loci processerit voluntate. Datum Salzburge anno domini M° CC^mo LXXX quinto, quinto idus marcii.

Perg. Or. Fremde Hand, 6 an schmalen Pergamentstreifen anhängende Siegel der 6 Bischöfe aus Wachs, die Siegelfläche des 6. Siegels mennigroth gefärbt, alle 6 spitzoval, 2, 3 und 4 nicht unerheblich beschädigt, auf 1 ein stehender, auf 2–6 sitzende Bischöfe, auf 2 zu Füssen des Bischofs unter einer gothischen Verzierung ein schrägrechtsgeneigter Dreieckschild mit einem nicht deutlich erkennbaren Wappenbilde. (Auf den Rückseiten von 1–3, 5 und 6 Eindrücke, die von einem Instrument [Stempelgriff?] herzurühren scheinen, 4 durch Fingerdruck erhöht.)

1285. März 11. Salzburg. Gleichlautender Indulgenzbrief des Bischofs Reinbotho von Eichstädt (Eystetensis ecclesie episcopus) mit dem gleichen Datum. 688.

Digitized by Google

Perg. Or. Fremde Hand, nicht die gleiche wie No. 687. Siegel des Ausstellers aus Wachs an schmalem Pergamentstreifen, spitzoval (III A 2b) 80:54 mm, sitzender Bischof, Umschrift: † **reinboto. dei. gra. eystetensis. eccle. epc.** (Auf der Rückseite 3 Eindrücke.)

1285. Apr. 24. Konstanz. Priorin und Convent der Schwestern zu St. Peter bei der Rheinbrücke in Konstanz, vom Orden des hl. Augustin verzichten gegen $3^1/_4$ Mark Silber zu Gunsten des Klosters Salem auf die Besitzungen des H. Schralle in Spöck (in villa Speke), welche dieser von seinem verstorbenen Schwiegervater Gerungus von Bolstern (Bolster) erhalten hatte, die ihnen in rechtmässiger Weise übergeben worden waren und die sie ihrerseits dem H. v. Beuren (Bv̊rron) und dessen Sohn auf Lebenszeit überlassen hatten. Es siegeln der Official des Hofes zu Konstanz und der Prior der Prediger daselbst. Datum Constantie anno domini M° CC° LXXXV°. VIII. kalendas maii, indictione XIII^a. 689.

Cod. Sal. III, 48 No. XI.. Regest: Zeitschr. 3, 232.

1285. Mai 27. Konstanz. Bischof Rudolf II., Propst, Dekan und das ganze Capitel der Kirche zu Konstanz verkaufen, um die Mittel zum Ankauf von Gütern in Arbon zu erhalten, an das Kloster Salem ihre Besitzungen zu Hagnau um 100 Mark Silber. 690.

Rûdolfus, dei gratia episcopus, . . prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus subscriptorum noticiam cum || salute. Ne contractus bone fidei consensu mutuo celebrati recedant per lapsum temporis a memoria humana, scripturarum indiciis tenaci et incommutabili debent memo||rie commendari. Noverint itaque universi tam posteri quam presentes, quod cum ecclesia nostra propter emptionem possessionum in Arbona gravibus esset debitis involuta et ab eisdem || non posset, nisi per vendicionem possessionum eidem pertinentium, aliquatenus liberari, nos, premisso tractatu sollempni et prehabito, qui circa rerum ecclesiasticarum alienaciones adhibendus est et permittendus iuxta canonicas sanctiones, possessiones nostras apud Haginôwe, videlicet curiam iuxta ecclesiam sitam cum quatuor vineis, scilicet *Anhorn*, *der Niderwingart*, *der Mittelwingart*, *der Oberwingart* nominatis, ac censibus ad sex librarum redditus estimatis, necnon agris, pratis, silvis, areis, curtibus, torculari et omnibus aliis eidem curie intus et extra pertinentibus, que

Digitized by Google

omnia ecclesie nostre proprietatis tytulo pertinebant, vendicioni decrevimus exponendas. Et cum inter alios ad emptionem procedere volentes dilecti in Christo . . abbas et conventus de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, nobis majus et utilius precium obtulissent, receptis ab eis centum marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, quas nos recepisse et in utilitatem evidentem ecclesie nostre Constantiensis, videlicet in emptionem possessionum prefatarum in Arbona factam per nos pro viris discretis Ůlrico de Bodemen milite et . . fratre suo, rectore ecclesie in Veltkilch, Curiensis dyocesis, fore conversas, scriptis presentibus confitemur, possessiones prefatas cum suis pertinentiis et iuribus universis eisdem . . abbati et conventui de Salem pro summa pecunie antedicte vendidimus et in ipsos ipsorumque monasterium vendicionis tytulo transtulimus ipsisque easdem possessiones tradimus per presentes, ab eis ipsorumque monasterio jure proprietatis, quo et nobis et nostre ecclesie pertinebant perpetuo possidendas et in quascumque personas aut in quemcumque locum voluerint transferendas sine cuiusvis obice contradictionis, adhibitis in premissis vendicione, translacione et contradictione verborum ac gestium sollempnitatibus debitis et consuetis. Et ut ea, que premissa sunt, rata permaneant et illibata, renuntiamus circa ipsa et quodlibet ex eisdem tam pro nobis, quam pro ecclesia nostra nostrisque, qui pro tempore fuerint, successoribus beneficio restitutionis in integrum, literis a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, defensioni non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, omni suffragio legum et canonum et generaliter omni auxilio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque possent quovis ingenio violari. In evidenciam itaque omnium et singulorum predictorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presens instrumentum prelibatis . . abbati et conventui monasterii de Salem tradidimus, sigillorum nostrorum, videlicet Růdolfi, dei gratia episcopi, . . decani et capituli ecclesie Constantiensis prefatorum robore communitum. Datum et actum apud Constantiam anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, sexto kalendas iunii, indictione tertiadecima, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dominis Cůnrado dicto

Digitized by Google

Curiali, Ůlrico dicto Fabro, Wernhero de Haigingin, Johanne Rasore, sacerdotibus, Hainrico notario de Denkingen, domino Růdolfo, canonico Sancti Johannis, Hermanno de Vtiwiler, Johanne de Basilea, fratre Dietrico et fratre Hainrico, bursario, monachis de Salem, Hermanno dicto Bôsche et aliis quam pluribus fide dignis.

Perg. Or. Fremde, wohl der Konstanzer bischöflichen Kanzlei angehörige Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Bischofs, des Domdekans Walco und des Domcapitels, bekannt (1 und 3 mit je 3, 2 mit 2 schrägen Einkerbungen). Cod. Sal. II, 181 No. CXLVII. Regest: Ztschr. 3, 232.

1285. Juli 4. Tibur. Papst Honorius IV. beauftragt den Abt von Reichenau, dem Kloster Salem zur Wiedererlangung der demselben widerrechtlich entzogenen Güter und Rechte unter Anwendung kirchlicher Censuren zu verhelfen. Enthalten in einem Vidimus des Abtes von Reichenau d. d. 1285 Dez. 4. (No. 701.) 691.

1285. Juli 7. Daisendorf. Decan und Capitel der Kirche zu Konstanz beurkunden den Ausspruch von genannten Schiedsmännern über einen zwischen ihnen und dem Kloster Salem schwebenden Streit über die Zehnten in Daisendorf. 692.

(N)os[1] . . decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis publica protestatione profitemur presentibus recogno||scentes, quod cum lis inter nos ex una et venerabiles in Christo dominum . . abbatem et conventum de Salem super decimis || in Thâsindorf ex parte altera verteretur, tandem per nos et ipsos in viros discretos Cûnradum villicum de Oberriedern, || Marquardum de Merspurch dictum *Am Stade*, Cûnradum dictum Svêttingen, Albertum dictum de Thaysindorf,[2] famulos nostre ecclesie, compromissio facta est, ut illi, prestito iuramento de calumnia, quid nos juris in dictis decimis hactenus habuerimus et quid dicti de Salem, fideliter iudicarent. Illi vero jurati dixerunt, quod nobis tertia pars omnium decimarum tam maiorum quam minorum, super quibus lis mota fuit, pleno jure pertineret, illis autem de Salem due relique partes earundem decimarum, exceptis jugeribus et novalibus subnotatis, tribus videlicet sitis in *Thûbuntal*, uno *hinder Bruggeberch*, item

[1] Der Anfangsbuchstabe fehlt, es sollte unzweifelhaft eine verzierte Initiale nachträglich gefertigt werden. — [2] a mit darüber gesetztem y.

Digitized by Google

ob Clozenrůthi uno, in *Stainberch* duobus, in *Winkel* duobus, in *Ŵori* uno, ex altera parte loci dicti *Bettenbol* uno, item in *Winzinsrieth* duobus, item *an dem Gaertelin* duobus, item *hinder Vaerberch* duobus, item *uffen Růthi* uno, *uffen Blokh* duobus, item *uffen Zônenrain* duobus, item *vor der Egge* duobus, dictis *Hernwaekerlins*, uno novali sito in *Lielanzrieth*, item uno *uffen Ebenodi*, uno apud vivarium, uno *ob Ezinunhaldun* ante fontem, quorum omnium decimas predicti, in quos de decisione litis compromissio facta fuit, nobis dixerunt totaliter pertinere. Ut autem tenor omnium predictorum illibatus perseveret, presentem literam predictis, videlicet . . abbati et conventui in Salem, sigillis nostro videlicet et capituli porreximus communitam. Acta sunt hec in Thaysindorf anno domini M° CC° LXXX° quinto, nonis[1] julii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet honorabilibus viris domino Ruperto, preposito Sancti Stephani, dicto de Tannenvels, H(ainrico) cellerario dicto de Wigoltingen, C. viceplebano in Merspurch, Cůnrado et Nicolao fratribus militibus dictis de Hermestorf, Růdolfo de Oberriedern, Cůnrado[2] de Maenlinzhouen, militibus, Burchardo dicto de Ŵrndorf, Hainrico dicto Ŵthz, cive in Merspurch, fratre Cunrado dicto Motz, monacho in Salem, Bertoldo Mercatore, Cůnrado, magistro grangie in Můron, conversis ibidem aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Domcapitels und des Domdekans Walco, bekannt (1 mit 3 schrägen Einkerbungen, 2 mit Fingereindruck). Cod. Sal. I, 290 N. CLXIIII. Regest: Ztschr. 3, 482.

1285. o. T. Hasenstein. Burkard von Hasenstein verkauft an das Kloster Salem seine näher bezeichneten Besitzungen bei Illmensee, Lehen der Grafen von Merkenberg. 693.

Universis presentis pagine inspectoribus Burcardus dictus de Hasenstein noticiam rei geste. Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod ego possessiones meas dictas *zen velde*, quas ab illustribus comitibus Diepoldo et Ůlrico fratribus dictis de Merkenberch iure tenui feodali, cum omnibus suis pertinenciis, pratis, agris cultis et incultis, virgultis, viis, inviis, aquis, aqueductibus, pascuis, extendentibus se, sicut vulgariter dicitur, *als der Rain schait von dem Egelse* usque ad locum, qui

[1] Or. hat nonas. – [2] Or. hat Cůrado.

Digitized by Google

dicitur *der Rain an dem Hertbůhil,* item sicut locus, vulgariter dictus *der veltliut anwande,* dividit agros habitantium in Ilmense ex directo usque ad rivum habitatorum in villa dicta Krumbach, in superiori vero parte usque ad stratam publicam ducentem a vivario usque ad villam dictam Bozhasel et omnibus aliis tacitis et expressis, consensu omnium, quorum intererat, concurrente, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui de Salem, receptis ab eis 12 marcis puri et legalis argenti cum 14 denariis, tradidi et donavi quiete et pacifice perpetuo possidendas. Renuncians pro me meisque heredibus universis omni actioni, impetitioni, defensioni, exceptioni non numerate pecunie, in integrum restitutioni et omnibus, per que predicta donatio possit in posterum aliqualiter violari. In huius itaque rei evidenciam et munimen presens instrumentum predictis de Salem tradidi, mei sigilli munimine consignatum. Datum apud Hasenstain [74] castrum, anno domini M° CC° LXXXV°, presentibus hiis testibus, videlicet decano in Ilmense, C. de Hasenstain, milite, Eberhardo de Rosenowe et fratre H(ainrico), maiore cellerario de Salem.

Cod. Sal. III, 73 No. LXVII. Ueberschrift: Super possessionibus dictis *zem velde* apud Ilminse littera Bur(cardi) de Hasinstain. Im Zusammenhang mit No. 694 und 698 wohl hierher zu stellen.

1285. Jul. 8. Hasenstein. Ortolfus miles senior de Hasenwiler et Burcardus de Hasenstain bitten ihre Herren, die Grafen Diepold und Ulrich von Merkenberg (Merkenberch), die Besitzungen *zem velde*, welche sie von ihnen seither zu Lehen trugen und nunmehr an das Kloster Salem verkauft haben, demselben rechtskräftig zu übertragen, indem sie ihrerseits auf dieselben verzichten. Datum apud Hasenstain anno domini M° CC° LXXXV°. VIII idus iulii. 694.

Cod. Sal. III, 74 No. LXVIII. Vgl. No. 693 u. 698.

1285. Aug. 23. Schattbuch. Swiggerus de Tegginhusin verkauft an das Kloster Salem um 4 Pfund Konstanzer Münze sein Eigenthumsrecht an den *herren Eberhartsgůt* de Haigingin genannten Besitzungen in Waldbeuren (Waltburrun). Actum et datum in Schattibůch anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, in vigilia beati Bartholomei apostoli, indictione terciadecima, subnotatis testibus presentibus et ro-

Digitized by Google

gatis, videlicet fratre Burchardo suppriore, fratre Hainrico subcustode, fratre Hainrico cellerario minore, fratre Otthone vestiario, fratre Ludwico, monachis supradicti monasterii de Salem, fratre Eberhardo, magistro hospitum et fratre Alberto, socio suo, fratre Hainrico Sutore, conversis ibidem, Volchardo Fabro de Mersburc et aliis quampluribus fide dignis. 695.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Verzierte Initiale. Siegel des Ausstellers aus Malta (IV A 2) wie an No. 621. (2 schräge Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 57 No. L.

1285. Sept. 6. (?) Schattbuch. Derselbe entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Salem und einem Namens Hoier über Grund und Boden der Burg Waldburg. 696.

Universis presentis pagine inspectoribus Swiggerus de Teggenhusen, iudex provincialis in comitatu Sancti Montis, fidem presentibus adhibere. Noverint tam posteri quam presentes, quod, me presidente iudicio in Schattebi̊ch, conparuerunt coram me procuratores venerabilium in Christo domini .. abbatis et conventus in Salem, videlicet frater Hainricus, maior cellerarius dictus de Ysinina, frater Cûnradus dictus Moze, frater Eberhardus de Stekborun, monachi eiusdem loci, cum mandato sufficiente ex una et dictus Hoier, ad cuius instanciam ad iudicium venerunt, ex parte altera, proposita petitione ex parte antedicti Hoier per suum advocatum Rûdolfum militem, advocatum in Mângen, super fundo castri in Waltpurch et possessionibus eidem pertinentibus, quem quidem fundum predicti de Salem conparaverunt[1] a Willehelmo filio Advocati de Vberlingin[2], et habita responsione per procuratores antedictos et per advocatum eorundem, videlicet H(ainricum) militem, ministrum in Phullendorf, ego, auditis hinc inde propositis, iuris ordine in omnibus observato, secundum quod iuris est, habito consilio prematuro, eosdem procuratores nomine ipsius monasterii per diffinitivam sententiam ab impetitione sepedicti Hoier absolvo et absolutos denuncio per presentes. Actum apud Schattebi̊ch anno domini M° CC° LXXXV°. VIII nonas septembris[3], presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet viris strennuis Marquardo de Schellenberch, Rûdolfo advocato in Mângen, Hainrico et Friderico fratribus

[1] Cod. Sal. hat conparunt. — [2] S. oben Urk. No. 664. — [3] Soll vermuthlich VIII idus sept. heissen, da der röm. Calender VIII nonas nicht kennt.

Digitized by Google

dictis de Månlinshouen, Alberto ministro in Vberlingin, H(ainrico) ministro in Phullindorf, militibus, aliisque pluribus probis viris. In huius itaque rei evidenciam presentem litteram eisdem de Salem meo sigillo tradidi conmunitam.

Cod. Sal. III, 16 No. XIIII. Reg. Ztschr. 3, 232.

1285. Sept. 25. Salem. Der Bischof Wernhardus von Passau (Pataviensis) ertheilt den Besuchern der Klosterkirche zu Salem einen vierzigtägigen Ablass.[1] Datum apud Salem anno domini M° CC° LXXX° quinto, septimo kalendas octobris. 697.

Perg. Or. Siegel des Ausstellers aus Wachs, befestigt wie an No. 432. (III A 2 b) 75:55 mm, sitzender Bischof. Umschrift: † **s. wernhardi. dei. gracia. eccle. pataviensis. epi.** (Auf der Rückseite 2 Eindrücke.)

1285. Oct. 12. Esslingen. Diepoldus et Ůlricus de Aichelberc comites, germani genehmigen auf Ansuchen des Abtes und Convents zu Salem den Verkauf der Besitzungen genannt *ze dem velde* bei Illmensee (Ilmense) durch ihren Vasallen Burkard von Hasenstein um 12 Mark und 14 Konstanzer Pfennig an das genannte Kloster. Ut itaque res transeat et transire valeat cum onere legali constitutionis . . litteras ipsas manu publica fecimus apud Ezzelingin conscribi et nostro communi sigillo roborari. Datum ibidem anno domini M° CC° LXXXV°. IIII° idus octobris, indictione XIIII. 698.

Cod. Sal. III, 72 No. LXVI. Vgl. oben No. 693 u. 694.

1285. Oct. 17. Schattbuch. Cůnradus miles de Hasinstain verkauft an das Kloster Salem um 6 Mark Silber seine Besitzungen in Wilhelmskirch (Wilanskirch) — ad duorum boum se culturam extendentes —, mit denen von ihm einer Namens Gnammi belehnt war, nachdem dieser resigniert hatte und durch das sog. *Kibinsgůt* in Hasenstein entschädigt worden war. Actum et datum in Schattbůch anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, in crastino beati Galli confessoris, indictione quarta decima, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico de Nivfron, Hainrico ministro de Pfullindorf, Hainrico dicto Graemilich, Ůlrico et Alberto de Reginolswiler fratribus, Nycolao de Herminsdorf, Hainrico

[1] Wörtlich wie No. 687 u. 688.

Digitized by Google

de Baphindorf, militibus, Dietrico de Nivfron, Rûdolfo ministro, Burchardo scolari de Wildorf, Hainrico subcellerario de Salem, Bertoldo Mercatore, fratre Rûdolfo Pergamenario, fratre Hainrico dicto Waginhart, conversis ibidem. 699.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen anhängend, aus Malta, schildförmig, 50:45 mm (IV A 1 in Verb. mit einem redenden Bild), im Siegelfelde auf drei Bergen ein nach rechts schauender (sehr hochbeiniger) Hase, links von demselben das Wappenbild der Hasenstein, der Doppelhacken. Umschrift: † **s.' cv̂nradi. de. hazinstain.** (durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. III, 103 No. LXXXXVI.

1285. Nov. 14. Salem. Jacobus miles dictus de Hermestorf übergibt dem Kloster Salem die Eigenschaft von Besitzungen — ad culturam duorum boum se extendentes — in Wilhelmskirch (Willandeskilch), welche der mit denselben von ihm belehnte Ritter Heinrich von Bavendorf (Hainricus miles dictus de Bafendorf) um 4 Mark Silber an das genannte Kloster verkaufte, nachdem dieser ihn durch das sogenannte *Ribaldesgût* in Bafendorf entschädigt hatte. Actum et datum apud Salem anno domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, XVIII kalendas decemhris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ruperto priore, fratre H(ainrico) cellerario minore dicto de Mulhain, fratre Ludewico, fratre Eberhardo de Stekeboron, monachis in Salem, viro religioso Hilteboldo *us der Maienowe*, dicto de Stekeboron, fratre Eberhardo magistro hospitum, fratre Bertoldo Mercatore, fratre Hainrico dicto Brûer, conversis in Salem, Andrea de Sulzbach et Cûnrado dicto de Biberse, famulis domini Jacobi de Hermestorf. 700.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, schildförmig, 40:35 mm, im Dreieckschilde das bekannte Wappenbild, zwei von einander gekehrte Einhornrümpfe, Umschrift: † **s. (i)acobi. militis. de. herminstorf.** (auf der Rückseite 3 schräge Einkerbungen). Cod. Sal. III, 104 No. CLXXXXVII.

1285. Dec. 4. Sandegg. Der Abt (Albert) von Reichenau überträgt den ihm durch (inserierte) Bulle des Papstes Honorius IV. ertheilten Auftrag zum Schutze der Besitzungen des Klosters Salem an einen Scholasticus von St. Thomas in Strassburg. 701.

[Albertus][1], dei gracia abbas Augie Maioris, honorabili viro . . scolastico Sancti Thome Argentinensis salutem et sin-

[1] Im Or. stehen statt des Namens zwei Punkte.

Digitized by Google

ceram in domino caritatem. || Noveritis, nos literas sedis apostolice non rasas, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, sed sanas filo, stilo||et bulla recepisse in hec verba: Honorius episcopus serwus servorum dei dilecto filio . . abbati monasterii Augie Maioris, Constantiensis dyocesis, salutem || et apostolicam benedictionem. Ad evidentiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii . . abbas et conventus monasterii de Salem, Cysterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, quam predecessores eorum decimas, terras, domos, ortos, vineas, redditus, prata, nemora, pascua, piscarias, grangias, silvas, maneria, molendina, casalia, jura, jurisdictiones, possessiones et quedam alia bona ipsius monasterii, datis super [hec] literis, factis renuntiacionibus, iuramentis interpositis et penis adiectis, in gravem eiusdem monasterii lesionem non nullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam, vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmacionis literas in forma communi dicuntur a sede apostolica impetrasse. Quia vero nostri interest, lesis monasteriis subvenire, discretioni tue apostolica scripta mandamus, quatenus ea, que de bonis eiusdem monasterii per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus literis, renunciationibus, juramentis, penis et confirmacionibus supradictis, ad jus et proprietatem ipsius monasterii studeas legitime revocare, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel amore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas veritati testimonium prohibere. Datum in Tibure idibus iulii, pontificatus nostri anno primo.[1] Cum igitur cause vel causis predictis, propriis monasterii nostri negociis prepediti, ad presens interesse ac intendere non possimus, vices nostras vobis iuxta traditam nobis formam in totum committimus exequendas, ut per vos racione previa in prehabitis procedatur. Datum in Sandegge anno domini M° CC° LXXXV° pridie nonas decembris, indictione XIIII^a.

Perg. Or. Vermuthlich Hand der Reichenauer Kanzlei. Siegel des Ausstellers (bekannt) aus Wachs an Pergamentstreifen anhängend. (Daumeneindruck.)

[1] 1285 Juli 15. Der Text der päpstlichen Bulle scheint nicht ganz correct wiedergegeben zu sein.

Digitized by Google

1285. Dez. 22. Alshausen. Der Comthur und die Brüder des Deutschen Hauses zu Altshausen verkaufen an das Kloster Salem die Güter zu Gunzenhausen, welche der in ihren Orden eingetretene Burkard, Werner Hallers Sohn seither von diesem Kloster gegen einen Wachszins inne hatte, sammt der Fischenz in Ostrach. 702.

Omnibus presencium inspectoribus nos commendator et fratres domus Theuthunice in Alshusen subscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum quod cum Burcardus, filius quondam Wernheri dicti Haller, se et sua ad nos et nostrum ordinem transferendo, possessiones suas sitas in Gunzenhusen, quas ipse iure censuali, videlicet pro duabus libris cere, monasterio de Salem annis singulis persolvendis, possederat, ac omnes alias ibidem sitas sibique pertinentes possessiones in nos [83] et nostram domum sincerius transtulisset, nos, premissa providencia circumscripta, omnium, quorum intererat, et nostro consensu concordi et unanimo concurrente, dictas possessiones omnes et singulas in dicto loco Gunzinhusen sitas, exceptis possessionibus, quas nostri coloni commorantes ibidem a nobis nomine feodi possident atque colunt, alias omnes in agris, pratis, virgultis, silvis, nemoribus, pascuis, viis, inviis, semitis, itineribus, aquis, aqueductibus, areis, curtibus, curtilibus ac omnibus aliis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, cum piscaria sita in Ostra, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui dicti monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, pro 15 marcis argenti puri et legalis ponderis consweti vendidimus, adhibitis omnibus, que in huiusmodi venditionum solent de iure contractibus adhiberi, transferentes predictas possessiones cum omnibus suis pertinenciis in prefatum monasterium de Salem, ab eodem quiete et pacifice perpetuo possidendas, illud nichilominus sane et fideliter adicientes, quod, si, quod absit, Burcardus antedictus religionis semitas deseruerit sacro sanctas et ad contagium, tanquam canis ad vomitum, redierit seculare necnon quicquam attemptare presumpserit quoquam modo, per quod predictum monasterium de Salem in predictarum possessionum emptione et possessione posset turbari, dispendio qualicunque memoratas 15 marcas argenti sepedictis de Salem infra unnius anni spacium refundere sine quovis obstaculo teneamur integraliter, salvo nichilominus ipsorum iure in possessionibus antedictis. Renunciamus igitur pro nobis et nostris successoribus universis in premissis omnibus et singulis omni

Digitized by Google

actioni, exceptioni, defensioni, in integrum restitutioni, omni iuri tam canonico quam civili, litteris a sede apostolica impetratis seu etiam impetrandis, exceptioni fori, omni constitutioni, omni conswetudini ordinis, loci vel patrie ac omnibus aliis tacitis et expressis, per que predicta nostra venditio et translatio posset in posterum modo quolibet irritari. Obligantes nos et nostros successores ad prestandum werandiam eisdem, quandocumque, quocienscumque, coram quocumque iudice fuerimus requisiti. Et in evidentiam premissorum [84] omnium et cautelam presens instrumentum exinde conceptum antedictis . . abbati et conventui de Salem porreximus, nostro sigillo consignatum pariter et munitum. Actum et datum apud Alshusen anno domini M° CC° LXXXV° in crastino Sancti Thome apostoli, indictione XIIII[a], subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet fratre Eber(hardo) et fratre Dietrico monachis in Salem.

Cod. Sal. III, 82 No. LXXVIII. Reg. Ztschr. 3, 233.

1286. Feb. 17. Anshelmus de Ivstingin resigniert alle Rechte, die ihm auf die Besitzungen in Frickingen (Vrikingin), genannt *Brůndilinsgůt*, zustehen, welche der Bürger Sanze in Ehingen dem Kloster Salem verkauft hat, in die Hände seines Oheims Anshelmus de Wildinstain. Actum et datum anno domini M° CC° LXXXVI°. XIII. kalendas marcii, indictione XIIII, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Ůl(rico) capellano dominarum de Valle Sancte Crucis, Hainrico de Halle, cive in Vlma, fratribus Wernhero et Ůlrico dicto Fabro de Vberlingin, monachis in Salem, fratre Cůnrado dicto Grůni, converso predictarum dominarum et Cůnrado dicto Aichern aliisque quampluribus probis viris. 703.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Wachs, rund (IV A 2), 50 mm, im Dreieckschild das bekannte Wappenbild (Dorn oder Stufenschnitt). Umschrift: † **s. anshalmi. de. ivstingen. senioris.** (Daumeneindruck.)

1286. Apr. 3. Rom. **Papst Honorius IV. bestätigt alle Privilegien des Klosters Salem.** 704.

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii de Salem, Cisterciensis ordinis, || Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor

Digitized by Google

equitatis quam ordo || exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecti in domino[1] filii, || vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, sive per privilegia sive per alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus aliisque Christi fidelibus rationabiliter vobis seu monasterio predicto indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei || et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctam Sabinam || III. nonas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Perg. Or. mit Bleibulle an rothen und gelben Seidenfäden, auf der einen Seite die Apostelköpfe, auf der andern: **hono||rivs|| pp. IIII.** Unter der sehr breiten Falte links M. rec., auf der Falte rechts unten: Angls. Rom.

1286. Mai 15. Rom. Papst Honorius IV. beauftragt den Abt von Reichenau, das Kloster Salem in dem ihm durch Angehörige der Städte und Diöcesen Salzburg, Augsburg und Konstanz vielfach verweigerten Bezug der Einkünfte aus seinen Besitzungen zu schützen. 705.

Honorius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . . abbati monasterii Augie Maioris, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte || dilectorum filiorum . . abbatis et conventus monasterii de Salem, Cisterciensis ordinis, nobis extitit intimatum, quod nonnulli clerici et ecclesiastice persone || tam religiose, quam seculares, in dignitatibus et personalibus co(n)stitute, necnon comites, barones, nobiles, milites et alii laici Salzeburgensis, Con||stantiensis et Augustensis civitatum et diocesium, qui terras, domos, possessiones et alia bona immobilia sub annuo censu seu redditu a monasterio ipso tenent, censum sive redditum huiusmodi dictis abbati et conventui, ut tenetur, exhibere non curant, quamquam terrarum et aliorum premissorum bonorum possessionem pacificam habeant et fructus cum integritate percipiant eorundem, propter quod dictis abbati et conventui

[1] Or. hat domini.

Digitized by Google

grave imminet preiudicium dictoque monasterio non modicum detrimentum. Quare iidem abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut de oportuno sibi super hoc remedio subvenire paterna sollicitudine curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos clericos, personas, comites, barones, nobiles, milites et alios, quod censum seu redditum memoratum[1] prelibatis abbati et conventui exhibeant integre, ut tenentur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione compellas, proviso, ne in terras dictorum comitum, baronum et nobilium excommunicationis vel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud Sanctam Sabinam idibus maii, pontificatus nostri anno primo.

Perg. Or. Bulle abgefallen. Unter der Falte links: M. rec. Auf der Falte rechts pu. Auf der Rückseite oben in der Mitte: P. et P̄hs. de Asisso.

1286. März 22. Konstanz. Mai 16. Rheinau. Bischof Rudolf II. von Konstanz bestätigt den Verkauf des Eigenthumsrechts von Gütern in Pfaffenhofen (Phaffenhouen) durch seinen Dienstmann (ministerialis) Cûnradus Weldenarius cognomento dictus Bogenstain um 45 Mark Silber an das Kloster Salem, von welchem derselbe diese Güter seither gegen einen Jahreszins von ½ Pfund Wachs inne hatte. Actum apud Constantiam anno domini M° CC° octogesimo sexto, in crastino Benedicti, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet domino Hainrico Pincerna de Wintersteten, Friderico et Cûnrado fratribus dictis de Mænlinshouen, militibus et Rûdolfo Johelario dicto Ruhe, cive Constantiense, fratre Wernhero dicto Awnculo, fratre Burchardo dicto de Bûrctor et fratre Eberhardo dicto de Stegborun, monachis in Salem, aliisque viris pluribus fide dignis. Datum Rinaugie eodem anno XVII. kalendas junii. Der genannte Konrad bekennt sich unter des Bischofs Siegel zu dem vorstehenden und verzichtet auf alle Ansprüche an diese Besitzungen. 706.

[1] Zwischen memoratum und prelibatis eine Rasur von ca. 30 mm Länge.

Digitized by Google

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen das bekannte Siegel des Bischofs Rudolf II. aus Malta. (Drei schräge Einkerbungen auf der Rückseite.) Cod. Sal. III, 26 No. XXIIII. Reg. Ztschr. 3, 233.

1286. Mai 16. Schattbuch. Swiggerus de Theggenhusen, dictus Sunnenkalp, iudex provincialis in toto comitatu Sancti Montis constitutus, verkauft an das Kloster Salem das Eigenthumsrecht seines Hofes in Waldbeuren (Waltbürren), welches Eberhardus dictus de Hagingen von ihm zu Lehen trug, um 4 Pfund Pfennig. Actum apud Schattbûch anno domini M° CC° LXXXVI°. XVII. kalendas iunii. 707.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 621. (Gratartig erhöht mit 2 Einkerbungen.) Die Namen der Zeugen, für welche Platz freigelassen ist, fehlen. Cod. Sal. III, 57, No. XLIX.

1286. Juli 1. Ulm. Heinricus marchio de Burgowe übergibt Eglolfs Güter (bona Eglolfi) in Mettenberg (Mettenberc), welche Ritter Heinrich von Tanne und Heinrich Chienast von ihm zu Lehen trugen und seither freiwillig in seine Hände resignierten, der Aebtissin und dem Convent der Frauen in Heggbach (Heggebah). Zeugen: Heinricus prepositus Sancti Michahelis in insula aput Vlmam, . . dictus Arlabus, sacerdos, Cûnradus de Berge, Chûnradus dictus Gnuscho, Marquardus de Blaichun, Lodwicus de Mornhusen, milites, Arnoldus de Gerenberc, Eglolfus et Cûnradus de Knoringen. Datum et actum Vlme anno domini millesimo CC° LXXXVI°. kalendis julii. 708.

Perg. Or. Fremde Hand, Schrift sehr verblichen. Siegel des Ausstellers abgefallen, liegt bei der Urkunde, aus Wachs, wie an No. 429. (Auf der Rückseite zwei unregelmässige Eindrücke.) Diese Besitzungen kamen im Jahre 1304 durch Kauf an Salem.

1286. Juli 23. Adelsreuthe. Hugo comes dictus de Werdenberch vertauscht seine Besitzungen in Ellenweiler (Ellenwiller), ferner eine Hofstatt mit Haus und Obstgarten in Wolketsweiler (Wolgârswiller), welche die Witwe Sunnenbergin inne hat, an das Kloster Salem gegen dessen Besitzungen in Vockenweiler (Vokenwillær), welche es von dem Schenk Hermann als Ersatz für zugefügten Schaden erhalten hat und deren Ertrag auf jährlich 3 Pfund weniger 2 Schilling geschätzt wird. Actum apud Adilsrûthi anno domini M° CC° LXXXVI°. X. kalendas augusti, presentibus hiis testibus et

Digitized by Google

rogatis, videlicet Hermanno de Monteforti, Hainrico de Manlishouen, Ottone Advocato de Sancto Monte, militibus, Cunrado de Bodeme, Burchardo de Ramsperch, Friderico de Nordelingen, dicto Hantgi, Jacobo de Dorrenburrun aliisque pluribus probis viris, cum hec apud Salem consumarentur. 709.

Perg. Or. Fremde Hand. Die Namen der Zeugen grösser geschrieben und mit anderer Tinte. Siegel des Ausstellers an einem sehr langen und schmalen Pergamentstreifen, aus Wachs, (III B 3) rund, 70 mm, ein nach rechts sprengender Reiter, auf dem Helm als Kleinod die Infel, auf Schild, Fahne und Pferdedecke das bekannte Wappenbild (Kirchenfahne). Umschrift: † **s. hvgonis. co(mi)tis. de. werdenberch.** (Tiefer Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 116 No. CVII.

1286. Aug. 21. Schattbuch. Der Landrichter Swigger erlässt einen Urtheilsspruch in Streitsachen des Klosters Salem gegen Ulrich Hoigir über das sog. Brändelinsgut in Frickingen. 710.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, Swiggerus, iudex provincialis per totum comitatum Sancti Montis constitutus, rei geste noticiam || cum salute. Notum fieri decrevi presentium per tenorem, quod cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus de Salem possessiones in Frickingen || sitas, *Brandilinsgůt* vulgariter dictas, quiete et pacifice possiderent tempore aliquanto, et Ůlricus dictus Hoigir in eisdem possessionibus eosdem || de Salêm impeteret, optinuit coram me sententiam diffinitivam, ut in earundem possessionum induceretur in corporalem possessionem, iidem vero domini de Salem, hoc intelligentes, easdem possessiones in iudicio coram me iterato optinuerunt, ipsas recuperantes legitime de cetero possidendas. Item secundo ad me venit dictus Hoigir in iudicio constitutum, palam omnibus optinuit, quod antea corporalem possessionem in predictis possessionibus optinuerit, quod prelibati de Salem intelligentes per communem sententiam omnium circumstantium, cum de eisdem possessionibus eicerentur absque iudicio, iniuriam pacientes, optinuerunt sine contradictione omnium, qui intererant, ut in sepedictis possessionibus ab omni impeticione securi sint, si predictus Hoigir ipsos impetiverit, werandum eorum, ubi ius[1] dictaverit, debent pro se debite presentare ad respondendum de possessionibus antedictis. Ad evidenciam igitur omnium premissorum presentem cedulam sepius dictis de Salêm sigilli mei munimine tradidi consignatam pro testimonio et cautela.

[1] Im Or. steht vibi ius (oder uis?).

Digitized by Google

Datum apud Schatbv̊ch, anno domini M° CC° LXXX° sexto, feria quarta post assumptionem beate Marie, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet dominis Hainrico de Nivfrun, Hainrico ministro de Pfullindorf, Hainrico dicto Græmlich, H. de Mænlinshouen, Ottone Advocato de Sancto Monte, militibus, item Cûnrado de Obrostunwiler, . . scolastico de Mængin, Her(manno) ministro de Vrnowe, Rûd(olfo) ministro de Sancto Monte, Bur(cardo) dicto Walch et aliis quam pluribus fide dignis.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers befestigt wie an No. 432, aus Wachs, wie an No. 621. (2 Einkerbungen.) Der Wortlaut des Textes ist etwas unklar, vielleicht corrumpiert.

1286. Oct. 18. Ravensburg. Der königliche Landrichter Heinrich von Neideck beurkundet, dass vor ihm Heinrich von Bafendorf sich bereit erklärt habe, bezüglich seiner an das Kloster Salem verkauften Güter und Eigenleute Gewähr zu sein. 711.

H(ainricus) nobilis de Nidegge, iudex provincialis auctoritate regia constitutus, omnibus || presentium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. Significamus vobis || singulis et universis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod H(ainricus) miles || de Bafendorf, constitutus coram nobis apud Ravenspurch feria secunda post festum beati Galli, die placiti generalis, publice professus fuit, quod ipse super possessionibus in Kepfingen et in Willandeskilche et sedecim hominibus, quas scilicet possessiones et homines religiosis viris domino . . abbati et conventui de Salem iusto emptionis titulo dederat ad emendum, pro se et heredibus suis et aliis quibuscumque de iure debeat esse warandus et quicquid predicti monachi comodi vel utilitatis super predictis possessionibus et hominibus excogitare poterunt, ad hoc se predictus H(ainricus) miles finaliter obligavit. Ad hec predicto H(ainrico) militi sententiatum coram nobis fuit, quod ipse possessiones suas sine resignatione suorum puerorum bene venderet et alienaret. In cuius rei certitudinem presentes sigillo nostro et domini Mar(quardi) de Schellenberc confirmamus. Datum die et loco predicto, indictione XIIII[a].

Perg. Or. Fremde Hand, sehr kleine Schrift. Siegel des Ausstellers abgegangen, Siegel des Marquard von Schellenberg gleich dem abgefallenen wie an No. 432 befestigt, aus Wachs wie an No. 712, beschädigt (3 Einkerbungen). Cod. Sal. I, 318 No. CLXXXVII.

Digitized by Google

1286. Dec. 7. Ravensburg. Marquardus miles dictus de Schellenberc, invictissimi R(udolfi) dei gratia regis Romanorum vicem gerens, beurkundet, dass in dem Streit zwischen Abt und Convent von Salem und dem Ritter Heinrich von Bafendorf über die zum Hofe in Köpfingen (Kophingen) gehörige Schupose (schoposa) genannt *Stemmelines gût*, diese durch Rechtsspruch (iusticia mediante) dem Kloster zuerkannt worden sei und verpflichtet sich, auf des genannten Ritters Bitten, zur Gewährleistung dafür, dass das Kloster mit dieser Sache nicht weiter behelligt werde. Actum apud Rauenspurhc anno domini M° CC° LXXX° sexto, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet strennuis viris domino Ûl(rico) de Kùngesegge, domino Ûl(rico) de Tanne, militibus, item Berhtoldo de Vronehouen, H. notario de Tanne, Friderico ministro de Rauenspuhrc (sic!) dicto Holbain, dicto Zûzel de Altorf, Ber(htoldo) de Adanshouen, Friderico ministro dicto de Nordelingen, C. de Buggenhusen, H. dicto Amer et aliis probis viris, in sabbato ante secundam dominicam adventus. 712.

Perg. Or. Fremde Hand von conceptartigem Charakter. 2 Siegel an Pergamentstreifen: 1. des Heinrich d. ä. Schenk von Schmalegg aus Malta wie an No. 390 (Daumeneindruck), — 2. des Marquard von Schellenberg, aus Wachs, rund (IV A 2), 40 mm, dreimal getheilter Schild. Umschrift: † **s. marqvardi. de. schellenberc.** (auf der Rückseite 3 Einkerbungen). Cod. Sal. I, 310 No. CLXXXI. Reg. Ztschr. 3, 233.

1287. Jan. 15. Konstanz. Abt Albert, der Decan und das ganze Capitel von Reichenau (Augie Maioris) übergeben dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Besitzungen des Johannes von Riedhausen (Riethusen) zu Neufrach (Niuvrun), Lehen von Reichenau, welche dieser an Salem um 60 Mark Silber verkauft hatte, zu weiterer Ausgleichung der aus dem Verkauf eines Hauses in Ulm herrührenden Schuldforderung des Klosters Salem.[1] Acta sunt hec apud Constantiam anno domini M° CC° LXXXVII°. feria quarta proxima post octavam epiphanie, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet magistro Cûnrado dicto Phefferhart, magistro Walthero de Scafusa, Liutoldo de Gerlichen, clericis, domino Cûnrado de Warthenberch, Hainrico et Burchardo militibus dictis de Thet-

[1] Vgl. oben No. 511, wo aber als Zeitpunkt dieser Uebergabe 1285 Jan. 9 angegeben ist.

Digitized by Google

thicon, Cûnrado dicto Maier de Liûtgeringen, Hainrico cellerario maiore, Cünrado dicto Motz, cellerario medio et Eberhardo de Stekeborun, monachis in Salem. 713

Perg. Or. Salemer Kanzleihand. An Pergamentstreifen die bekannten Siegel des Abtes und Capitels von Reichenau. (Daumeneindrücke.) Cod. Sal. III, 3 No. II. Regest: Ztschr. 3, 233.

1287. Febr. 22. Salem. Wernherus miles dictus de Riethusen übergibt das Eigenthumsrecht aller Güter zu Wickenhausen (Wiggenhusen) — mit Ausnahme einer Wiese — welche seither Ulrich Keuerli und seine Brüder von ihm zu Lehen trugen, um 3 Pfund Konstanzer Münze dem Kloster Salem. Actum et datum in Salem anno domini M° CC° octogesimo septimo, in vigilia beati Mathie apostoli, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet honorabili viro domino Bertoldo clerico dicto de Riethusen, Ûlrico Fabro, civi de Bûchorn, Cunrado ministro de Eginwiller, Burchardo ministro de Marchdorf, Friderico ministro de Kunigesegge, Bertoldo de Adanshouen, Hainrico de Meniwanch, Hermanno dicto Wizzige, Burchardo fratre eiusdem, magistro Hainrico Carpentario de Gugenhusen aliisque pluribus probis viris. 714.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel an Pergamentstreifen: 1. des Landrichters Swicker von Deggenhausen aus Malta wie an No. 621 (durch Fingerdruck ein wenig erhöht), — 2. des Ausstellers, aus Wachs, dreieckschildförmig, 40:32 mm, (IV A 2) im Schild ein Fisch. Umschrift: † s. **wernheri. militis. de. riethvsen.** (durch Fingerdruck erhöht, mit 4 Einkerbungen). Cod. Sal. II, 206 No. CLXXI. Regest: Ztschr. 3, 234.

1287. Febr. 28. Konstanz. Das Domcapitel und Eberhard, der Prior der Prediger, zu Konstanz beurkunden, dass die Schwestern des Wiler Klosters daselbst Güter zu Grasbeuren, welche sie von Volkhart von Grasbeuren und dessen Ehefrau, Lehensleuten des Klosters Salem, erhalten hatten, diesem Kloster wieder aufgegeben haben. 715.

Universis Christi fidelibus capitulum maioris ecclesie Constantiensis necnon frater Eberhardus, prior domus fratrum predicatorum ibidem, salutem cum noticia subscriptorum. || Ut ea, que geruntur in tempore, oblivionis caligine vel alterius doli non corrodantur ingenio, prodest, ea scripturarum et testium indiciis perhennari. || Cum igitur bone memorie Volkardus de Grasbûron miles necnon . . relicta ipsius bona sive possessiones sitas in Grasbûron, quas ti||tulo feodi possidebant,

Digitized by Google

quarum quidem proprietas[1] monasterio de Salem dinoscitur pertinere, religiosis in Christo . . priorisse et conventui sororum dictarum de Wila in Constantia assignaverint et in eas iusto venditionis titulo cum omnibus suis juribus et pertinentiis transtulerint, retento sibi tamen earundem possessionum pro vite sue tempore usufructu, quas etiam possessiones . . priorissa et conventus predictus a venerabili domino . . abbate de Salem pro annuo censu, videlicet uno fertone cere receperunt quiete et pacifice possidendas, ad noticiam omnium ac singulorum contextu presentium cupimus devenire, quod sepefate priorissa et conventus utilitatis sue incrementis intendere cupientes, possessiones iamdictas cum omnibus juribus et appendiciis suis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, silvis, virgultis et aliis omnibus tacitis et expressis intus et extra eisdem possessionibus attinentibus, diligenti deliberatione prehabita et voluntate unanimi, accedente consilio et consensu sui magisterii et superiorum suorum, quorum interest vel interesse poterit, venerabilibus et religiosis in Christo . . abbati de Salem predicto necnon conventui ibidem pro octo marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, quas sibi ab eis appensas fuisse integraliter profitentur et easdem in usus proprios se utiliter convertisse, tradiderunt, assignaverunt et in eos iuste venditionis titulo legaliter transtulerunt, ab eisdem exnunc in antea pacifice possidendas. Ut autem predicta rata permaneant et illesa, pro se sibique succedentibus renunciant omni juri tam canonico quam civili, omni actioni, defensioni non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite nec salute, et omnibus aliis litteris, indulgentiis a sede apostolica impetratis vel impetrandis, per que predicta possent inposterum violari. In huius rei evidentiam presens scriptum ad petitionem partium, videlicet . . abbati et conventui predictis sigillis nostris porreximus conmunitum. Nos vero . . priorissa et sorores conventus domus dicte de Wil in Constantia, sub regula fratrum predicatorum domino famulantes, quia sigillum proprium non habemus, sub sigillis presenti instrumento ad nostri petitionem appensis omnia et singula, que prescripta sunt, confitemur continere plenitudinem veritatis. Acta sunt hec Constantie, presentibus hiis testibus

[1] Im Or. stand ursprünglich proprietates, aber die Buchstaben te sind unterpunktirt.

Digitized by Google

ad hoc vocatis et rogatis, videlicet Hilteb(oldo) commendatore domus theutonice de Maienowe, Cûnrado fratre suo, fratre H. de Vilingen, fratre Eber(hardo) de Stecboron, monachis, H. de Tettikouen, H. Pfeferhart, Ber(toldo) Schallenberg et Ûlrico de Houe, anno M° CC° LXXX°. VII°., pridie kalendas marcii, indictione XV^a.

Perg. Or. Hand der Kapitels-Kanzlei zu Konstanz. 2 Siegel aus Malta, an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Domcapitels, bekannt (Daumeneindruck), — 2. des Priors der Prediger zu Konstanz, spitzoval, 42:24 mm. (III A 2c in Verb. mit II B) in gothischer Umrahmung die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter in einer spitzbogigen Nische der Prior knieend (sehr zierliche Arbeit). Umschrift: s. poris. frm̄. ord. p̄dic. constant. (Rückseite gratartig erhöht mit 2 schräglaufenden tiefen Einkerbungen.) Cod. Sal. I, 297 No. CLXVIII. Regest: Ztschr. 3, 233.

1287. März 20. Wirzburg. Bischof Bertold von Wirzburg (Bertoldus dei gratia Herbipolensis episcopus) überträgt alles Recht, welches ihm und seiner Kirche an Gütern oder Besitzungen in Öpfingen (Åpfingen) zusteht, dem Kloster Salem. Datum in Herbipoli anno domini M° CC° LXXXVII°. XIII kalendas aprilis. 716.

Cod. Sal. II, 321 No. CCCII. Dabei steht von einer mit dem Eintrag gleichzeitigen Hand (sec. 14.) folgende Notiz: De hiis possessionibus datur nobis in festo pascæ corporale a dominabus in Heggebach singulis annis.

1287. Apr. 13. Markdorf. Ûl(ricus) de Martorf genehmigt den Verkauf von Gütern zu Wiggenwiler durch seinen Ministerialen Ûl(ricus) dictus de Bermetingen, welche dieser von Herrn Hainricus de Nûvron, Ritter käuflich erworben und von ihm (dem Aussteller) zu Lehen trägt, um 5½ Mark Silber an Rudolfus dictus de Wizen, Bürger zu Martorf, indem er zu gleicher Zeit das ihm zustehende Eigenthumsrecht dieser Güter an Abt und Convent von Salem überträgt und diesen zugleich die Befugniss ertheilt, den vorgenannten Rudolf mit denselben zu belehnen. Actum apud Martorf anno domini M° CC° octogesimo septimo, idus[1] aprilis, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorabili viro Cûnrado clerico de Martorf, C. clerico de Teggenhusen, viro discreto viceplebano in Vrnowe, N. de Bunkouen, Jacobo de Berme-

[1] Vor idus eine Lücke im Or.

Digitized by Google

tingen, H. dicto Stere, C. de Herolzhain, H. dicto de Rauenspurk, molitore, C. Fabro de Clufterne aliisque pluribus probis viris. 717.

Perg. Or. Fremde Hand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 40 mm (IV A 2), Siegelfeld punktiert, im Dreieckschild das bekannte Wappenbild der Herren von Markdorf. Umschrift: † s. vlrici. de. marchtorf. (die zwei letzten Buchstaben oberhalb des Schildes im Siegelfelde — Rückseite etwas durch Fingerdruck erhöht). Cod. Sal. II, 206 No. CLXXII. Regest: Ztschr. 3, 234.

1287. Mai 1. Salem. Der Landrichter Swicker Sonnenkalb entscheidet einen Streit über Güter zu Lelwangen. 718.

Universis presencium inspectoribus Swiggerus dictus Sunnunkalp, judex provincialis in comitatu Sancti Montis constitutus, noti||ciam subscriptorum. Ne lites decise previa ratione per maliciam hominum procedente tempore suscitentur, forme decisionum || litterarum debent indiciis perennari. Cum igitur inter Adelhaidim, relictam quondam Hainrici*, dicti Karlen super possessionibus || sitis in Lelwanc, vulgariter dictis *daz Hindergůt unde daz Vordergůt*, ex una et Adelhaidim filiam Hermanni dicti Wizecge* ex parte altera questio verteretur eô quod* dicte possessiones ipsis per predictum Karlen et Ůl(ricum)* quondam suum germanum, in dotes communiter fuerant assignate, tandem in Berhtoldum, conversum, mercatorem domus in Salem, Ůl(ricum)* Fabrum, civem de Bůhchorn et Cůnradum dictum de Egenenwiler tanquam in veros arbitros de consensu partium extitit compromissum de servando eorum arbitrio fide prestita nomine iuramenti, ipsi vero, eam diligenter inspecta, fuerunt taliter arbitrati, ut possessiones dicte vulgo *daz vordere gůt*, exceptis agris subscriptis, videlicet dimidio agro *zem Mů[1]lstige*, agro in Rudelahc, agro dicto in Schachen, Adilheide, relicte quondam predicti H(ainrici), relique vero possessiones cum agris prenotatis* et aliis, si quos dictus Wizecge comparavit, Adilheidi, filie ipsius, perpetuo pacifice pertinerent. Actum apud Salem anno domini M° CC° octogesimo septimo, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet honorando viro H., decano de Ylmense, H. dicto de Baffendorf, H. dicto Gremelihc, militibus, Hermanno dicto de Aphe-

[1] Dieser und alle andern mit * bezeichneten Namen bezw. Worte sind mit dunklerer Tinte entweder nachträglich eingesetzt oder nachgefahren.

Digitized by Google

lowe, Friderico dicto de Nordelingen, H. dicto Wagenhart, converso in Salem, aliisque pluribus fidedignis. Ut hec igitur incommutabile robur firmitatis sorciantur, presentem litteram meo sigillo ad peticionem parcium communivi. Consummata vero eodem anno kalendis maii, in eodem loco.

Perg. Or. Fremde Hand. Das Siegel des Ausstellers wie an No. 621, befestigt wie an No. 432. (Rückseite durch Fingerdruck erhöht.) Die Urkunde ist vermuthlich bei Gelegenheit einer der zahlreichen Gütererwerbungen des Klosters Salem in Lellwangen in das Salemer Archiv gelangt; im Cod. Sal. findet sie sich nicht. Dass sie aber schon zu Beginn des 14. Jahrhunderts im Klosterarchiv war, ersehen wir aus der Hand, von welcher die Dorsualnotiz herrührt: Super possessionibus in Lelwanch Adilh. relicte . . .[1] dicti Karle.

1287. Mai 31. Salem. Ůlricus miles de Kv̊ngesegge übergibt dem Kloster Salem seinen Hof Mauren (Muron), welchen Burkard Wahter baut, zu seinem und seiner Vorfahren Seelenheil sowie als Sühne für das von ihm und seinen Vorfahren demselben zugefügte Unrecht mit Zustimmung seiner Söhne Ulrich und Berchtold zu rechtem Eigenthum, unter Vorbehalt der Nutzniessung auf Lebenszeit, gegen Entrichtung eines auf Martini fälligen Jahreszinses von 1 Pfund Wachs. Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXXVII°, pridie kalendas junii, indictione XV.°, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet discretis viris Wernhero dicto de Swarzenbach, Rudolfo dicto de Richenbach, Cůnrado dicto *von Bů̊ch*, item Eberhardo suppriore, Růdolfo dicto de Givttingin, Sifrido custode, Eberhardo dicto de Stegboron, Dietrico dicto de Bermv̊tingin, monachis de Salem, Berhtoldo dicto *Kofman*, Manegoldo dicto Tumbe, Hainrico magistro in [238] Adelsrv̊ti, conversis eiusdem domus aliisque pluribus fidedignis. Es siegeln der Aussteller, sowie nobiles viri Anshelmus senior et Anshelmus iunior, filius suus, dicti de Justingen und des Ausstellers Bruder Berhtoldus de Vronhouen, letzterer unter ausdrücklicher Bestätigung der Schenkung für den Fall, dass die Besitzungen seines Bruders und der Söhne desselben durch Erbgang an ihn kommen sollten. 719.

Cod. Sal. III, 136 No. CXCIII.

1287. Aug. 12. Konstanz. Bischof Rudolf von Konstanz genehmigt den Verkauf von Gütern in Ralshofen, mit denen

[1] Unleserlich, weil erloschen.

Digitized by Google

Rûdolfus et Rûdegerus fratres de Hittinrv̊ti im Namen ihrer verstorbenen Schwester Adelheid von der Konstanzer Kirche belehnt waren, durch den Gatten der Adelheid, Wilnhelmus, filius quondam Ůlrici Advocati de V̊berlingen um 24 Mark Silber an das Kloster Salem und übergibt dieselben, nach erfolgter Verzichtleistung seitens der genannten Brüder, gegen einen jährlich an Lichtmess seiner Kammer zu entrichtenden Zins von 1 Pfund Wachs diesem Kloster „iure enphitheotico possidendas". Testes huius rei sunt: H. thesaurarius Constantiensis, frater Burkardus de Bv̊rgetor, quondam plebanus ecclesie Sancti Stephani Constantiensis, et frater Hainricus de Vilingin, monachi predicti monasterii de Salem, et frater Albertus, monachus in Thânnibach et plures alii fidedigni. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° LXXXVII°. II. idus augusti. Der Bischof siegelt. 720.

Cod. Sal. II, 182 No. CXXVIII. Regest: Ztschr. 3, 234.

1287. Sept. 27. Burgdorf. Bischof Rudolf von Konstanz vidimiert eine Bulle des Papstes Innocenz IV. (dat. Laterani IIII. kal. febr. pont. nostri anno XI°[1]), durch welche dieser den Propst von Zofingen beauftragt, die Cisterzienser bei Geltendmachung ihrer Privilegien zu schützen. (Justis postulationibus dilectorum). Datum Burchdorf anno domini M° CC° LXXX° septimo, V. kalendas septembris, indictione prima. 721.

Perg. Or. sehr klein 16,5 cm breit, 9 cm hoch. Das (bekannte) Siegel des Bischofs aus Wachs, welches wie an No. 432 befestigt war, ist abgefallen, liegt aber bei der Urkunde.

1287. Sept. 28. Salem. Gôssewinus, Burcardus et Eberhardus germani dicti de Hohenuelse überlassen das Eigenthumsrecht aller ihrer Besitzungen in Vrikingen, welche Rûdolfus strennuus miles dictus de Tanhain von ihnen zu Lehen trug, um 6 Mark Silber dem Kloster Salem. Actum apud Salem anno domini M° CC° octogesimo septimo, IIII. kalendas octobris, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorabilibus viris domino Bur(cardo) de Hohenuelse, canonico ecclesie Constantiensis, Cûnrado clerico de Martorf, strennuis viris . . de Lobegge, Swiggero dicto Sunnunkalp, Ůl(rico) de Martorf, H. dicto Gremelich, H. ministro in Phullendorf, Al-

[1] 1254 Jan. 29.

Digitized by Google

berto ministro in Vberlingen, Wezelone dicto de Rischahc, fratre H(ainrico) cellerario maiore in Salem aliisque pluribus probis viris. 722.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel an schmalen Pergamentstreifen, aus Malta (IV B 1), beide rund, 45 mm, im Siegelfelde ein Stechhelm mit dem bekannten Kleinod der Hohenfels (Hörner mit fächerartiger Verzierung) 1. des Burkard von Hohenfels (beschädigt). Umschrift: (†) **s.' bvr(char)di. de. hohenvels.** — 2. des Goswin von Hohenfels (ausserordentlich wohl erhalten) Umschrift: † **s. goeswini de. hohenvels.** (Rückseite bei 1 leichter Daumeneindruck, 2 glatt.) Cod. Sal. III, 160 No. CXXXIIII. Regest: Ztschr. 2, 489.

1287. Nov. 26. Salem. Cuonradus miles de Menlinshouen übergibt das Eigenthumsrecht eines Ackers in Schůgendorf, genannt *ze Lanzhouen*, dem Kloster Salem, nachdem er von Cůnradus Villicus de Schůgendorf 1 Pfund Pfennig erhalten und gibt dem Genannten, der seither von ihm mit diesem Acker belehnt war, die Ermächtigung, mit dem Acker nach dem Willen der Herren von Salem zu verfahren (facultatem, quidquid de voluntate predictorum de Salem circa agrum prefatum voluerit, ordinandi). Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXX° VII. sexto kalendas decenbris, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet viro discreto rectore quondam in Staine, Hainrico et Lůtoldo germanis de Schůgendorf, Manegoldo, filio quondam Sifridi, cive in Merspurc, fratre Růberto priore in Salem, Manegoldo dicto Tunbe, Cůnrado magistro hospitum, conversis ibidem aliisque pluribus fide dignis. 723.

Perg. Or. Salemer Hand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta, dreieckschildförmig wie an No. 667 (Rückseite gratartig erhöht mit 2 tiefen schräglaufenden Einkerbungen). Cod. Sal. II, 200 No. CLXIIII. Regest: Ztschr. 3, 234.

1288. Jan. 4. Hoßkirch. Ulrich von Königseck, Ritter, und sein Bruder Berthold von Fronhofen genehmigen, dass Hermann Bonritter das von ihnen zu Lehen rührende Vogtrecht über Güter zu Ostrach, welche das Kloster Salem von dem Kloster Zwiefalten erworben, an ersteres verkauft. 724.

Universis presentis pagine inspectoribus Ůlricus miles dictus de Kůnegesegge et Berhtoldus dictus de || Vronhouen germani noticiam rei geste. Ne ea, que geruntur in tempore, ulla

Digitized by Google

oblivionis caligine de||leantur, dictis testium et literarum indiciis debent memorie conmendari. Noverint igitur tam posteri || quam presentes, quod cum Hermannus dictus Bônritter ius advocacie possessionum sitarum in Ostrach, quas venerabilis in Christo dominus . . abbas et conventus in Salem a reverendis in Christo . . abbate et conventu[1] in Zwiueltv̊n conpararunt, de quo iure sibi unum modium tritici et unam ovem, dictam wlgariter *ain frischinch*, prefati de Salem annis singulis persolvere consueverunt, quod quidem ius a nobis in feodo tenebat, eisdem de Salem, receptis ab eis quinque libris denariorum Constantiensis monete, cum consensu omnium, quorum interat, iuste et legaliter vendidisset, nos, eidem vendicioni consensum adhibentes, predictum ius in sepedictos de Salem transtulimus et transferimus presentium per tenorem. Renunciantes pro nobis nostrisque heredibus universis omni iuri, quod nobis pertinebat in possessionibus prenotatis. In huius igitur rei evidenciam presentem litteram ipsis, videlicet . . abbati et conventui nostris sigillis porreximus roboratam Actum aput Hussekilch anno domini M° CC° LXXX° octauo, II. nonas ianuarii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet: honorabilibus viris Ortolfo clerico de Laiterberg, Friderico plebano in Bachhopton, H(ainrico) dicto Gremelich, H(ainrico) ministro in Phullendorf, H. dicto Schůtterůt, militibus, Růdolfo dicto Swende, Eggehardo et Růdolfo fratribus de Ostrach, fratre Hainrico dicto de Můlhain, medio cellerario in Salem, fratre Gerungo, fratre H. dicto Brůger, conversis ibidem aliisque pluribus viris fidedignis. Ego Hermannus dictus Bonritter prefatus, omnia et singula premissa profitens esse vera, renuncio omni iuri pro me meisque heredibus universis tam in genere quam in specie, quod michi in possessionibus predictis conpetere videbatur casu quolibet contingente.

Perg. Or. im Kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen, mit 2 an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln aus Malta: 1. des Ulrich von Königsegg (IV A 2), rund, 50 mm, in dem mit Rankenarabesken verzierten Siegelfelde der geweckte Dreieckschild, der mit seinen Ecken in den Schriftrand hineinragt. Umschrift: † **s. vlrici. de kvnegesegge**. — 2. des Berthold von Fronhofen (IV A 2), rund, 45 mm, das Siegelfeld mit Rankenarabesken reich verziert, darin der geweckte Dreieckschild. Umschrift: **sigillvm. bertoldi. de. vronhoven.** (die Rückseiten beider etwas erhöht, mit 2 horizontallaufenden Einkerbungen). Cod. Sal. III, 31 No. XXVII.

[1] Or. hat conventui.

Digitized by Google

1288. Jan. 4. Hoßkirch. Dieselben beurkunden, dass die Brüder Rudolf und Burcard genannt Wehter den Wald genannt *zer ôdun Kilchun* dem Abt und Convent von Salem um die Summe von 2 Pfund Konstanzer Münze und zur Entschädigung für den von ihnen und ihren Vorfahren dem Kloster zugefügten Schaden durch die Hände der Aussteller und mit ihrer Zustimmung zu rechtem Eigenthum übergeben haben. Actum aput Hussekilch anno domini M° CC° LXXX°. octavo, pridie nonas ianuarii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet: (folgen die Namen der nämlichen Zeugen und die gleiche Bestätigungs- bezw. Verzichtformel wie in der vorhergehenden Urkunde hier ausgestellt von Rudolf und Burcard genannt Wehter). 725.

Perg. Or. im Kgl. Reg.-Archiv in Sigmaringen, besiegelt wie die vorhergehende Urkunde. Cod. Sal. III, 32 No. XXVIII.

1288. Jan. 12. Lindau. Die Aebtissin und der Convent des Klosters zu Lindau (monasterii Lindawigensis) in der Diözese Konstanz beurkunden, dass vir discretus Rûdolfus dictus Swende alle seine Besitzungen in Mittelstenweiler (Mettemostenwiler), deren Eigenthumsrecht ihrem Kloster zusteht, um $9^1/_2$ Mark Silber an das Kloster Salem verkauft habe und übertragen gleichzeitig dies ihr Eigenthumsrecht an dasselbe gegen Bezahlung einer Mark Silber und Entrichtung eines Jahreszinses (uno videlicet caseo illorum caseorum, quibus iidem de Salem vesci hactenus consueverunt, quem nobis in festo beati Martini singulis annis tenebuntur apud Lindaugiam fideliter assignare). Actum apud Lindaugiam anno domini M° CC° octogesimo octavo, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorabilibus viris Marquardo plebano de Wildorf, Cûnrado canonico, capellano abbatisse Lindaugiensis, Hainrico canonico, Gebzone, socio domini Marquardi, magistro Lûtoldo, rectore scolarium, Wezilone de Hardegge, Ûl(rico) dicto Brender, Hainrico dicto Strasser, Ûl(rico) Bawaro, Walthero Coco aliisque pluribus probis viris, consummatum eodem anno pridie idus januarii. 726.

Perg. Or. Salemer Hand von conceptartigem Charakter. An einem Pergamentstreifen das Siegel der Aebtissin aus Malta, spitzoval 60:38 mm (III A 2c in Verb. mit II B) vor dem Bilde der hl. Jungfrau mit dem Kinde kniet die Aebtissin mit gefalteten Händen. Umschrift: † s.' gv̂te.

Digitized by Google

dei. gra. abbē. mon. lindaugēn. (Rückseite durch Fingerdruck erhöht mit 3 tiefen Einkerbungen). Cod. Sal. II, 194 No. CLX. Reg. Ztschr. 3, 238.

1288. Jan. 22. Markdorf. Swiggerus de Teggenhusen dictus Sunnenkalp übergibt das Eigenthumsrecht aller Besitzungen zu Heggbach (Hegebach), welche von ihm vir discretus Ůlricus dictus Ôte zu Lehen trug, dem Kloster Salem, nachdem er dafür von Heinrich Harrer, Bürger zu Markdorf, 16 Schilling Pfennig Konstanzer Münze erhalten hatte. Actum apud Markdorf anno domini M° CC° octogesimo octavo. XI. kalendas februarii, presentibus hiis testibus ad hoc vocatis, scilicet domino Theoderico, incurato in Bermetingen, domino Bertoldo de Saxonia, socio eiusdem, Sifrido, clerico de Wirzeburg, Bertoldo, filio dicti Cellerarii in Markdorf, fratre Ůlrico de Sol, fratre Ůlrico dicto Engelbreth de Constantia, fratre Theoderico de Bermetingin, monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. 727.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 621, befestigt wie an No. 432. (Rückseite erhöht mit 3 Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 118 No. CIX.

1288. März 22. Konstanz. Wernherus dictus Gnůfting de Råderj übergibt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Enehoven, welche Arnoldus dictus de Mettenbůch von ihm zu Lehen trug, und diese Besitzungen selbst mit aller Zugehör auf Bitten Nycolai dicti Dresel de Constantia et Manegoldi filii Sifridi de Mersburg, welche dieselben um 12 Mark Silber von dem vorgenannten Arnold gekauft hatten. Actum Constancie anno domini M° CC° LXXX° octavo. XI. kalendas aprilis, presentibus hiis testibus, videlicet magistris Cůnrado dicto Pheferhart, Walthero de Schafusa, canonicis ecclesiarum Sancti Sthephani et Sancti Johannis Constancie, Heinrico et C(unrado) de Menlishoven, militibus, Walthero Johelario, Ůlrico dicto Gebolshuser, C. dicto Dornacher, Růdolfo, Diobo, Pheferhart, Rudolfo Super Curia, civibus Constanciensis civitatis et aliis quam pluribus probis viris. 728.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, aus Malta, wie an No. 564. (Daumeneindruck.) Cod. Sal. I, 310. No. CLXXXI.

Digitized by Google

1288. Apr. 6. Reichenau. Abt Albert, der Decan und das Capitel von Reichenau übergeben dem Kloster Salem Besitzungen zu Illwangen (Ylwanch), mit denen von ihnen Hainricus Pincerna senior dictus de Smalnegge belehnt war, nachdem dieser sie mit Zustimmung seiner Söhne (Hainrici, Cůnradi, militum, Alberti, rectoris ecclesie in Bermetingin, et Johannis) an gedachtes Kloster verkauft und nebst seinen Söhnen Heinrich und Konrad öffentlich in ihre Hände darauf verzichtet hatte. Diese Besitzungen bilden einen Theil des Areals, das die Reichenau für ein erkauftes Haus in Ulm dem Kloster Salem zu überantworten verpflichtet ist.[1] Datum et actum apud Augiam Maiorem anno domini M° CC° LXXXIII°. VIII. idus aprilis, indictione prima, presentibus subnotatis testibus et rogatis, scilicet magistro C(unrado) dicto Pheferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis in Constancia, Lůtoldo, canonico ecclesie Inferioris Celle, dicto de Gerlikon, H. advocato de Cragen, Růdolfo filio suo, Hugone de Langenstain, H. de Tetingin et C. de Salenstain, militibus, de fratribus autem de Salem Růperto priore et Burcardo, plebano quondam Sancti Stephani Constantie, et aliis quam pluribus fidedignis. 729.

Cod. Sal. III, 69 No. LXIV.

1288. Apr. 13. Salem. Hainricus Pincerna de Smalnegge senior beurkundet, unter Zustimmung seiner Gemahlin Ůdeche und seiner Söhne und unter Mitbesiegelung des Grafen Hugo von Werdenberg, den Verkauf seiner Besitzungen zu Illwangen (Ylwanch), genannt *des herren Aigilwardis gůt*, um 24 Mark Silber an das Kloster Salem. Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXXVIII°. idus aprilis, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet strennuis viris Hainrico dicto de Nůfron, Hainrico dicto Grâmelich, H. ministro de Phullendorf, H. notario Pincerne dicti de Tanne, Ůlrico dicto de Marhtorf, Eglolfo de Landenberch, Růdolfo dicto Shlehte, H. dicto Vomshache aliisque pluribus probis viris. 730.

Cod. Sal. III, 67, No. LXIII.

1288. Apr. 28. Salem. Cůnradus miles de Hasenstain et Ortolfus dictus de Hasenwiller verkaufen dem Kloster Salem

[1] Vergl. Urk. No. 511.

Digitized by Google

ihre Besitzungen im *Schefgarton* bei Illwangen (Ilwanc), *des Vischelehen* genannt, um 3½ Pfund Konstanzer Pfennig. Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXXVIII°. IIII. kalendas maii, presentibus hiis testibus, videlicet fratre Rûperto priore in Salem, fratre H(ainrico), cellerario maiore, dicto de Isnina, monacho ibidem, fratre H. quondam decano in Ilmense, aliisque pluribus probis viris. Es siegeln die Aussteller und für Konrads Sohn Heinrich der Landrichter Swicker von Deggenhausen. 731.

Cod. Sal. III, 66 No. LXII.

1288. Mai 11. Konstanz. Wernherus dictus de Raderai übergibt das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Habertsweiler (Habrethswiler), mit denen seither von ihm Heinrich Schralle belehnt war, dem Kloster Salem. Actum apud Constanciam anno domini M° CC° LXXX° octauo, quinto idus maii, presentibus hiis testibus, videlicet Swigero nobili dicto de Teggenhusen, strennuis viris Friderico *vome Riete*, Hermanno dicto Schameler, militibus, Walthero dicto *ze Hôve*, cive Constanciense, Heinrico dicto Holbain, ministro in Ravensburg, Walthero dicto de Homberg, Bertholdo dicto Kœphing, cive in Biberach, fratre Eberhardo de Sthekkebv̊rren, monacho in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 732.

Perg. Orig. Fremde Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers wie an No. 564. (Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 4 No. III. Regest: Ztschr. 3, 235.

1288. Mai 16. Salem. Indulgenzbrief des Bischofs H(einrich) II. von Trient (episcopus Tridentinus) für die Kirche zu Salem. Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXX° octavo, XVII. kalendas junii. 733.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Wachs, spitzoval, 60:47 mm, beschädigt. Sitzender Bischof. Von der Umschrift noch zu lesen: † **fr. henricvs. de. . . . . s. tr. . . . .** (Auf der Rückseite eine wagrechte Einkerbung und 2 Fingereindrücke.)

1288. Juni 2. Winterstetten. Cûnradus Pincerna senior de Wintersteten genehmigt mit Zustimmung seines Sohnes Eberhard, dass sein Ministeriale Albertus dictus de Diepoltswiller seine Güter zu Sigemârsrûti, welche einer Namens Welse bebaut, zu seinem Seelenheile dem Kloster Salem übergebe.

Digitized by Google

Presentibus hiis testibus, videlicet Hiltebrando milite de Molbrehtshusen, . . dicto Schade de Willis, Cûnrado de Stegen, Jacobo dicto Blaser, Hermanno Pincerna, Cûnrado de Balshain, . . dicto Biderman, fratre Hainrico dicto Kâphinch aliisque pluribus probis fidedignis. Actum et datum apud Wintersteten anno domini M° CC° octogesimo octavo, IIII. nonas junii. 734.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, aus Malta, wie an No. 551. (Rückseite erhöht mit 2 Fingereindrücken.) Cod. Sal. III, 273 No. CCXXIIII. Reg. Ztschr. 3, 235.

1288. Juni 8. Konstanz. Efrid von Weiler, Ritter, übergibt dem Kloster Salem als Ersatz für Güter in Kippenhausen auf Bitten seines Eidams Arnold von Meersburg entsprechende Güter in Weiler. 735.

Universis hanc literam inspecturis Evridus miles de Willær fidem presentibus adhibere. Noverint universi presencium inspectores, quod cum Arnoldus de Merspurch, || gener meus, possessiones sitas in Kippenhusen Cûnradi quondam dicti Badâr, quas a venerabilibus in Christo domino . . abbate et conventu monasterii de Salem pro annuo cen||su, dimidio videlicet fertone cere tenebat, honorabilibus dominis Burchardo, preposito Episcopalis Celle, et H(ainrico), cellerario ecclesie Constantiensis, iuste et legaliter vendidisset nec eadem || venditio sine consensu predictorum de Salem fieri potuisset, ego ad peticionem ipsius Arnoldi possessiones sitas in Willær, dictas vulgariter *des Viciærs gût*, in recompensationem possessionum prefatarum cum iure proprietatis et omnibus attinentiis suis tradidi et donavi cum consensu omnium, quorum intererat, pleno et expresso, pacifice imperpetuum possidendas monasterio prenotato, adhibitis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis, ita videlicet, ut sepedictus gener meus possessiones easdem ab eodem monasterio pro eodem censu, pro quo et priores habuit, vel maiori, si sibi placuerit, cum suis heredibus universis recipere debeat et tenere et sepedicti de Salem nullam ex predicta venditione sentiant lesionem, sed bono animo consentiant in eandem. Renuncio igitur pro me meisque heredibus universis omni iuri, omni actioni, impeticioni, defensioni non adhibite sollempnitatis, omni consuetudini tam loci quam patrie et omnibus aliis, per que dicta recompensatio vel tradicio posset in posterum irritari et ipsum monasterium aliquam incurrere lesionem.

Digitized by Google

In[1] cuius facti evidentiam presentem literam sepedictis de Salem meo sigillo tradidi roboratam. Actum apud Constantiam anno domini M° CC° LXXXVIII°. feria VII[a] ante festum beati Johannis Baptiste, subnotatis testibus presentibus et rogatis et videntibus, quod ego possessiones antedictas, scilicet *des Viciærs gůt,* iure mihi proprietario pertinentes in recompensationem, ut dictum est, tradidi monasterio prenotato, videlicet strennuo milite Hainrico Pincerna seniore dicto de Smalnegge, Hainrico et Cůnrado de Mänlinshouen, militibus, Walthero Johelario, Johanne Apotecario, Jacobo dicto Schŏnstain, civibus Constantiensibus, H. dicto Becherer de Tannegge, Ůl(rico) de Stetfurt, ministro aliisque pluribus probis viris.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen, aus Malta, dreieckschildförmig, 37:26 mm (IV A 2), im Schild ein Thurm mit Zinnen. (Auf der etwas erhöhten Rückseite 4 sehr kleine wagrechte Einkerbungen.) Cod. Sal. I, 314 No. CLXXXIIII. Reg. Ztschr. 3, 236.

1288. Juni 8. Stockach. Mangoldus dei gratia comes de Nellenburch genehmigt, dass seine Ministerialen Hainricus et Burchardus de Hŏdorf, germani ihre Güter in Alzkouen, genannt *der Bol*, sowie eine anstossende Wiese, von der sie einen Jahreszins von 2 Hühnern gaben, nebst dem Zehnten von einem ebendaselbst gelegenen Morgen, der dem Herrn Bilgrinus de Hŏdorf gehörte, um $11^1/_2$ Pfund Konstanzer Pfennig an das Kloster Salem verkaufen. Actum apud Stockach anno domini M° CC° LXXX° octavo, sexto ydus iunii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet strennuis viris Wezelone de Rishach, Růdolfo dicto Studengast, Hainrico de Honberc, militibus, Ottone de Honberch, Hainrico dicto Thagingær, Cůnrado dicto Mainhart, Cůnrado ministro seniore de Hŏdorf, Berhtoldo magistro de Raithaslah, Hainrico dicto Strube, Cůnrado dicto Buggensegel, conversis in Salem aliisque pluribus probis viris. 736.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 Siegel aus Malta: 1. des Grafen Mangold von Nellenburg, rund, 40 mm (IV B 1), in dem Siegelfelde, das schräg eingegittert ist und in dessen Gittern sich Punkte befinden, der Helm mit der Hirschstange, Umschrift: † **s. manegoldi. comitis. de. nellenbvch.** (sic!) (Rückseite: 2 tiefe wagrechte Einkerbungen und 2 Daumeneindrücke). — 2. des Heinrich von Heudorf, dreieckschildförmig, 45:35 mm (IV A 2), der Schild gespalten, die linke Hälfte schräg eingegittert, mit Punkten in den Gittern, in der Rechten 3 über einander-

[1] Auch im Or. a linea.

Digitized by Google

gestellte Haken (s. Züricher Wappenrolle No. 278). Umschrift: † **s. hainrici. de. hovdorf.**, — 3. des Burkart von Heudorf, dem vorigen genau entsprechend. Umschrift: † **s. bvrcardi. de. hovdorf.** (Auf den etwas erhöhten Rückseiten beider je 2 schräglaufende Einkerbungen. Cod. Sal. I, 311. Reg. Ztschr. 1, 79 u. 3, 236.

1288. Juni 9. Königseck. Hierher gehört die unter No. 619 aus dem Cod. Sal. mit der irrigen Jahrzahl 1280 mitgetheilte Urkunde des Ulrich von Königseck. (Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta wie an No. 724. Auf der Rückseite beider kleine Fingereindrücke.)

1288. Juni 11.—22. Die Schenken Heinrich von Schmaleck, Konrad von Winterstetten und Hermann von Ottelswang, Brüder, sowie Konrad von Hasenstein und Heinrich und Ortolf von Hasenweiler überlassen an das Kloster Salem die Güter, welche von ihnen Albert von Diepoldsweiler zu Lehen trug. 737.

Universis hanc paginam inspecturis, Hainricus dictus de Smalnegge, Cûnradus de Wintherstetten, Hermannus de Ôdelswanc, Pincerne seniores, germani, Cûnr(adus) || miles de Hasenstain, Heinricus miles et Ortholfus de Hasenwiler subscriptorum noticiam cum salute. Ut ea, que caritatis intuitu, veritate mediante, || debite peraguntur, inviolabiliter perseverent, litterarum debent testimoniis tenaci et incommutabili memorie commendari. Eapropter harum litterarum tenore pateat || universis, quod nos omnes et singuli, recepta resignatione possessionum omnium sitarum in Diepolswiler ab Alberto dicto de Diepolswiler, quas ipse cum omnibus suis pertinenciis a nobis in feodum tenuit et possedit, quasque venerabilibus in Christo . . domino abbati et conventui monasterii de Salem cum consensu omnium, quorum intererat, pro salute sue anime noscitur contulisse, prefatis . . de Salem iam dictas possessiones cum omnibus suis pertinentiis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis, aquis, aqueductibus, curtibus, semitis, piscinis et omnibus aliis iuribus tam corporalibus quam incorporalibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, quocumque nomine censeantur, pro salute nostra nostrorumque progenitorum tradidimus et donavimus possidendas in perpetuum pacifice et quiete, volentes ut eedem possessiones cum iure proprietatis sine cuiusvis obice contradictionis remaneant monasterio prelibato, renunciantes nichilominus omnes et singuli omni iuri, quod nobis pertinebat in possessionibus prenotatis casu quolibet contin-

Digitized by Google

gente pro nobis nostrisque heredibus universis. Verum quia Burchardus miles quondam de Hasenstain ius infeodandi in sepedictis possessionibus noscitur habuisse, nos Hainricus Pincerna senior, Cůnradus de Hasenstain, milites prefati, Marquardus de Schellenberg et Ůlricus de Kunigesegge, milites, tutores seu curatores Burchardi, filii quondam Burchardi militis de Hasenstain prenotati, legittimos annos non habentis, nomine eiusdem filii ius, quod sibi competebat in eisdem possessionibus, recepta resignatione a prefato Alberto, necnon sepedictas possessiones transferimus et transtulimus in prefatum monasterium ab ipso in perpetuum possidendas. In cuius facti evidenciam presentem litteram predictis . . de Salem sigillorum nostrorum omnium et singulorum robore porreximus communitam. Datum[1] in V̊ttindorf ex parte mea H(ainrici) Pincerne prefati, anno domini M° CC° LXXX° octavo X°. kalendas julii, presentibus hiis testibus, videlicet Ůlrico Botro, fratre Dietrico de Bermetingen, monacho in Salem; ex parte vero mea Cůnradi in Wintherstetten III°. idus junii, presentibus Bertholdo notario, rectore ecclesie in Homberg, Heinrico dicto Haggenbach; ex parte mea Hermanni in Wolfegge XVI°. kalendas julii, presentibus Cůnrado clerico de Walsê, strennuo milite Eberhardo Dapifero de Walpurg, eodem anno; ex parte mea Ůlrici de Kv̊nigshegge in Dankaratwiler II. idus junii eodem anno, presentibus nobili viro Swiggero de Teggenhusen, dicto Sv̊nnenkalp, Ůlrico de Marcdorf; pro nobis vero, Cůnrado scilicet de Hasenstain, Heinrico et Ortholfo de Hasenwiler fratribus, in eodem loco, scilicet in Hasenwiler XV°. kalendas julii. presentibus hiis testibus, Hermanno videlicet rectore ecclesie in Hasenwiler, Cůnrado clerico de Wintherbach, eodem anno, aliisque pluribus probis viris.

Perg. Or. Salemer Kanzleihand, an Pergamentstreifen 9 Siegel aus Malta: 1. des Heinrich Schenk von Schmaleck wie an No. 390, — 2. des Konrad Schenk von Winterstetten wie an No. 551 (besonders schön erhalten[2]), — 3. des Hermann Schenk von Ottelswang (Schmaleck) wie an No. 545, — 4. des Ulrich von Königseck wie an No. 724, — 5. des Marquard von Schellenberg wie an No. 712, — 6. des Konrad von Hasenstein wie an No. 699, — 7. des Heinrich von Hasenweiler wie an No. 544, —

[1] Von hier an dunklere Tinte. — [2] Es zeigt sich an diesem Exemplar nunmehr deutlich, dass sich zwischen den Hörnern des Kleinods nicht — wie bei No. 551 angegeben — kleine Schilde, sondern 5 gestürzte Lindenblätter befinden.

Digitized by Google

8. des Burkard von Hasenstein, dreieckschildförmig, 45:38 mm (IV A 2), im Schild der Doppelhaken, Umschrift: † s. bvrchardi. de. hasenstain. — 9. des Ortolf von Hasenweiler, dreieckschildförmig, 45:35 mm (IV A 2), im Schild der Doppelhaken, Umschrift (sehr roh und durch die Ungeschicklichkeit des Siegelstechers verkehrt angebracht): s. ortolfi. de. hasinwiler. (Rückseiten: 2, 3, 4 mit je 1 Daumeneindruck, 1 mit 2 Daumeneindrücken, 5—9 erhöht, 5, 6 mit 3 Einkerbungen, 8 mit 4.) Cod. Sal. III, 274 No. CCXXV. Reg. Ztschr. 3, 236. Die Urkunde ist für die Art, wie ein derartiges, von einer grösseren Zahl von Personen zu vollziehendes Document zu Stande kam, lehrreich. Man wird annehmen dürfen, dass ein Bevollmächtigter des Klosters Salem mit dem Entwurf der Urkunde die Burgen der verschiedenen, an deren Ausstellung betheiligten Herren besuchte und dass, erst als alle ihre Zustimmung gegeben hatten, das Datum in das Instrument eingetragen wurde. Ueber die Art und Weise, wie die Besiegelung vollzogen wurde, gibt die Urkunde leider keinen Fingerzeig.

1288. Juli 20. Konstanz. Heinrich d. ä. Schenk von Schmaleck tritt die Vogtei über Menschen und Güter in Kirchberg an Abt und Convent des Klosters Kempten ab und vermittelt, dass die Miteigenthümer dieser Vogtei, Konrad von Weiler und seine Neffen, ebenfalls auf dieselbe Verzicht leisten. 738.

Omnibus presentes litteras inspecturis Hainricus Pincerna de Smalnegge senior subscriptorum noticiam cum salute. Noverint universi || tam posteri quam presentes, quod cum ego, receptis quadraginta quatuor marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis a reverendis || in Christo Cûnrado, dei gracia abbate, totoque conventu monasterii Campidonensis, Constantiensis dyocesis, quas me habuisse et recepisse ab ipsis et || in utilitatem evidentem meam, videlicet in exonerationem meorum debitorum gravium, quibus usure et dampna obsidum accreverunt, fore conversas, scriptis presentibus publice recognosco, advocatiam possessionum et hominum in Chirchperc cum suis pertinentiis universis vendidissem rite et legittime prefatis . . abbati et conventui monasterii Campidonensis, et facta per me renunciatione totius juris michi conpetentis in eadem ad manus predicti domini abbatis, procuravimus cum effectu, quod Cûnradus de Wîlær miles, Hainricus, Ûlricus et Johannes, filii quondam Cûnonis fratris sui, eidem advocatie cum omnibus suis pertinentiis ad manus prefati domini abbatis sollempniter renunciarunt et quod ipsam cum omnibus suis pertinentiis, quocumque nomine censeantur, ad manus suas libere resignarunt, cedentes omni juri, quod ipsis competiit in eadem. Ne in posterum super premissis aliqua possit

Digitized by Google

dubitationis materia suboriri, me meosque heredes ad plenam gwarandiam, quod vulgariter dicitur *wêrschaft*, omnium et singulorum premissorum scriptis presentibus obligo per stipulacionem sollempnem. Et in evidentiam premissorum ipsorumque inconmutabilem firmitatem presens instrumentum supradictis abbati et conventui tradidi, sigilli mei robore conmunitum. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° LXXXVIII°, indictione prima, XIII°. kalendas augusti, presentibus hiis testibus: magistro Cûnrado dicto Pfefferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis Constantiensis, fratribus Hainrico, cellerario, Burchardo, quondam plebano ecclesie Sancti Stephani Constantiensis, et Eberhardo de Stekborun [monacho] monasterii de Salem, Cûnrado de Mænlishoven milite, Hainrico clerico de Tanne, notario predicti Hainrici Pincerne, Burchardo dicto *Vnderschopfe* de Constantia et aliis quam pluribus fidedignis.

Perg. Or. Fremde Hand. Vermuthlich die gleiche wie No. 739 und 740. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, wie an No. 390. (Rückseite erhöht mit 3 tiefen wagrechten Einkerbungen.) Cod. Sal. I, 309 No. CLXXVIIII. Vgl. Ztschr. 3, 337.

1288. Juli 24. Kempten. Abt und Convent des Klosters Kempten verkaufen ihre Besitzungen zu Kirchberg an das Kloster Salem. 739.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Cûnradus, dei gracia abbas, totusque conventus monasterii Campidonensis, ordinis Sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, subscriptorum noticiam cum salute. Ut calumpniandi materia || quibuslibet auferatur, expedit ea, que rite ac rationabiliter consumantur, scripturarum inditiis perpetue et inconmutabili memorie conmendari. Noverint itaque universi tam posteri quam presentes, quod cum monasterium nostrum oppressum esset gravibus oneribus debitorum || contractorum ob solutionem decime debite sedi apostolice in subsidium terre sancte, institute ac concesse in generali concilio Lugdunensi et ex aliis urgentibus necessitatibus, quas non poteramus aliquatenus evitare, et ab eisdem debitorum oneribus non possemus nisi per venditionem || possessionum eiusdem nostri monasterii aliquatenus liberari, possessiones nostras in Kirchperc, sitas prope lacum, qui dicitur *Bodensê*, cum hominibus eisdem annexis utriusque sexus, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, vineis, molendinis, bannis, jurisdictionibus,

Digitized by Google

viis et inviis, virgultis, pomariis, aquis et aqueductibus, necnon cum advocatia, que viro strennuo Hainrico Pincerne de Smalnegge militi et . . dictis de Wilær in eisdem possessionibus et hominibus eis annexis [et] ipsarum pertinentiis conpetebat, quamque pro quadraginta quatuor marcis argenti puri et legalis ponderis Costantiensis, a predictis H(ainrico) Pincerna et dictis de Wilær rite et legittime conquisivimus titulo emptionis, aliisque ipsarum pertinentiis et juribus tam corporalibus quam incorporalibus universis venditioni publice decrevimus exponendas. Et cum inter alios ad emptionem procedere volentes viri religiosi in Christo dilecti Ulricus, divina permissione abbas, totusque conventus monasterii de Salem, ordinis Cisterciensis, predicte Constantiensis dyocesis, nobis maius et utilius precium obtulisset, receptis ab eis centum et sexaginta marcis argenti puri et legalis, ponderis Constantiensis, quas nos ab ipsis recepisse et in utilitatem evidentem nostri monasterii, videlicet in exonerationem debitorum nostrorum supradictorum contractorum ex causis prenominatis fore conversas, scriptis presentibus recognoscimus et confitemur, possessiones supradictas cum hominibus eis annexis utriusque sexus, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis, vineis, molendinis, bannis, jurisdictionibus, viis et inviis, virgultis, pomariis, aquis et aqueductibus et cum advocatia predicta omnibusque suis pertinentiis et juribus tam corporalibus quam incorporalibus universis in dictos . . abbatem et conventum monasterii de Salem ipsorumque monasterium legittimo venditionis titulo, premisso tractatu sollempni et prehabito, qui circa alienationes rerum ecclesiasticarum adhibendus est et premittendus iuxta canonicas sanctiones, accedenteque nostro consensu unanimi et expresso, transferimus per presentes ab eis ipsorumque monasterio perpetuo possidendas et in quemcumque locum vel personas voluerint, quovis titulo maluerint, transferendas, sine cuiuslibet obice impedimenti, adhibitis per nos omnes et singulos in omnibus et singulis supranominatis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et ut ea, que premissa sunt, ac quodlibet ex eisdem nullo umquam tempore pati possint aliquam materiam questionis, renunciamus circa ipsa necnon in singulis articulis eorundem tam pro nobis quam pro nostro monasterio nostrisque, quicumque pro tempore fuerint, successoribus beneficio restitu-

Digitized by Google

cionis, in integrum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, defensioni non adhibite sollempnitatis, exceptioni doli, auxilio repetendi per obiectum deceptionis ultra dimidium iusti precii, exceptioni non numerate peccunie, omnibus constitutionibus et statutis editis vel edendis, auxilio litterarum sedis apostolice, quibus mediantibus res ecclesiastice, que alienate dicuntur illicite vel distracte, repetuntur vel repeti consueverunt, omni consuetudine generali vel particulari et generaliter omni auxilio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque violari possent, cassari vel irrita nunciari in toto vel in parte aliqua eorundem. Et ob fidem indubitatam roburque perpetuum omnium et singulorum superius expressorum presens instrumentum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum unâ cum subscriptionibus, quas quilibet ex nobis de conventu pro se fieri fecit, tradimus supradictis . . abbati et conventui monasterii de Salem robore conmunitum. Et hec sunt subscriptiones, quas singuli fieri fecimus de conventu. Ego Berhtoldus, decanus monasterii Campidonensis, hiis, que sunt premissa, consensum meum expressum adhibeo et in evidentiam eiusdem consensus huic instrumento per magistrum Cûnradum, notarium venerabilis domini mei, Cûnradi dei gratia abbatis Campidonensis, subscribi feci pro me. Ego Hainricus, cellerarius monasterii antedicti hiis, que sunt premissa, consensum meum expressum adhibeo et in evidentiam eiusdem consensus huic instrumento per magistrum Cûnradum antedictum subscribi feci pro me. Mit der gleichen Formel lassen ferner die Urkunde unterzeichnen: Ludewicus dictus de Gerolzrûtin, Cûnradus dictus de Rôtenstain, Rûdolfus dictus de Schrutolfs, Ûlricus dictus de Hasenwilær, Ûlricus dictus de Ilrberc, Ludewicus dictus de Nidegge, Hainricus dictus de Mertisriet, Johannes dictus de Hûgenanc, sämmtlich Mönche des Klosters Kempten. Datum et actum in monasterio Campidonensi anno domini millesimo CC° LXXXVIII°. indictione prima, nono kalendas augusti, presentibus hiis testibus, videlicet Hainrico, ministro Campidonensi, Alberto, filio suo, magistro Hainrico Gunzeburgo, Hermanno dicto de Bûrun, Cûnrado dicto Môze, Hainrico dicto Rokhevel, Adeloldo, Ûlrico dicto Trube, Rûdolfo Monetario, Berhtoldo dicto Liuchirchær, Ûlrico dicto Rokheuel et aliis quam pluribus fidedignis.

Digitized by Google

Perg. Or. Die ganze Urkunde, auch die Namen der Conventsmitglieder von einer Hand, somit von der Hand des Notars Konrad geschrieben, von dem vermuthlich auch No. 738 und 740 geschrieben sind. Die beiden Siegel (des Abts und Convents) sind abgegangen. Cod. Sal. I, 305 No. CLXXVII. Reg. Ztschr. 3, 237. Vgl. ausser den citierten Urkunden auch No. 747.

1288. Juli 24. Kempten. Abt und Convent des Klosters Kempten bitten den Bischof Rudolf von Konstanz, den Verkauf ihrer Besitzungen in Kirchberg an das Kloster Salem zu bestätigen. 740.

Reverendo patri ac domino R(ûdolfo), dei gracia episcopo Constantiensi, C(ûnradus), eadem gracia abbas, totusque conventus monasterii Campidonensis || reverentiam debitam cum obsequio indefesso. Cum nos, exigente nostri monasterii urgente necessitate, possessiones nostras in Kirchperc cum || hominibus eis annexis et cum suis pertinentiis universis viris religiosis . . divina permissione abbati et conventui monasterii de Salem || pro centum et sexaginta marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis nobis per ipsos traditis et assignatis et in evidentem utilitatem nostri monasterii conversis rite et legittime vendiderimus, adhibita sollempnitate debita et consueta, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur, vestre reverentie supplicamus instantia precum qua possumus ampliori, quatenus contractum venditionis prefatum auctoritate ordinaria ratificare dignemini et confirmare per litteras patentes vestri sigilli robore conmunitas. In cuius facti evidentiam presentes litteras vestre paternitati transmittimus sigillorum nostrorum robore conmunitas. Datum Campidone anno domini M° CC° LXXXVIII°, indictione prima, IX°. kalendas augusti.

Perg. Or. Vermuthlich die gleiche Hand wie No. 738 und 739. Zwei Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Abtes Konrad von Kempten, spitzoval, 55:38 mm (III A 2b) sitzender Abt mit Infel, Buch und Stab, Umschrift: † **s. cv̂nradi. dei. gra. abb'is. mon. campidon.** (Daumeneindruck). — 2. des Convents von Kempten, spitzoval, 75:58 mm (II B) die hl. Jungfrau mit dem Kinde. Umschrift: ✱ **sigillvm. capitvli. (cam)pidonensis. ecl'e.** (Rückseite glatt, kaum merklich erhöht). Vgl. ausser den citierten Urkunden noch No. 747.

1288. Aug. 11. Salem. Rûdolfus miles et Burkardus germani dicti de Ramsberch et Rûdolfus filius quondam Burcardi militis dicti de Ettenberch, übergeben die Besitzungen,

Digitized by Google

mit denen von ihnen H. von Wintersulgen, Bürger in Pfullendorf, belehnt war — in Denkingin, in Benzenberch, in Hattenwiler et in loco dicto *Under Bach* ad culturam sex boum se extendentes —, nachdem dieser sie dem Kloster Salem übertragen und auf dieselben resigniert hatte, auf seine Bitten diesem Kloster zu Eigenthum. Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXXVIII°. III°. idus augusti, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, scilicet discretis viris Petro Villico de Lv̊tgåringin, Bur(cardo) et H. de Augia Maiore, fratre Rûperto, priore in Salem, H(ainrico) de Isinina, cellerario maiore, Wernhero grangiario, Ůlrico de Rotwil, cellerario minore, Bur(cardo) de Bv̊rctor, H(ainrico), quondam decano in Ilmense, Dietrico de Bermetingin, fratribus monachis ibidem, aliisque pluribus viris probis. Es siegeln die Aussteller und Graf Berthold von Heiligenberg, Canonicus von St. Johann in Konstanz. 741.

Cod. Sal. III, 51. Reg. Ztschr. 3, 237.

1288. Aug. 16. Salem. **Graf Mangold von Nellenburg beurkundet, dass Heinrich von Magenbuch Güter zu Arnoldsberch, mit welchen dieser von ihm, er selbst von König Rudolf belehnt war, mit seiner Zustimmung an das Kloster Heggbach verkauft habe.** 742.

Manegoldus, dei gratia comes de Nellenburch, universis hanc paginam inspecturis rei geste noticiam cum salute. Ne contractus bone fidei consensu mutuo celebrati per processum temporis a memoria recedant humana, dictis testium et literarum indiciis debent tenaci et incommutabili memorie commendari. Eapropter noverint universi tam posteri quam presentes, quod Hainricus strennuus miles dictus de Magenbv̊ch possessiones sitas in Arnolzberch universas, quas a nobis in pheodum tenuit et possedit, nos vero a serenissimo domino R(ûdolfo), dei gratia Romanorum rege, cum omnibus suis pertinenciis, agris scilicet cultis et incultis, viis, inviis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, aquis, aqueductibus, curtibus et omnibus aliis iuribus tam corporalibus quam incorporalibus eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, consensu nostro pleno et expresso, Rûdegeri fratris sui aliorumque omnium, [235] quorum interat, concurrente, venerabilibus domine . . abbatisse et conventui monasterii de Heggebach, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, receptis ab eis viginti tribus

Digitized by Google

marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quas se recepisse profitetur et in usus proprios convertisse, iusto venditionis titulo tradidit et donavit possidendas in perpetuum pacifice et quiete, adhibitis in premissis per nos et eum verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et conswetis, renuncians pro se suisque heredibus universis omni actioni, impeticioni, defensioni non adhibite sollempnitatis, beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, omni conswetudini tam loci quam patrie et omnibus aliis tam in genere quam in specie, per que dictus contractus posset in posterum quovis ingenio violari, ad prestandam nichilominus werandiam de omnibus et singulis premissis et ad faciendum omnia, que ad ratificationem eiusdem contractus predictis de Heggebach fore necessaria videbuntur, ubicumque, coram quocumque judice, quandocumque fuerit requisitus, iuramento se obligans corporali. Ut autem ea, que premissa sunt, rata permaneant, presens instrumentum super hoc confectum conscribi fecimus et sigillo nostro videlicet et Hainrici prefati, universitatis civium in Mângen, Burcardi clerici de Laiterberc, rectoris ecclesie in Ineringin, prefatis de Heggebach porreximus communitum. Actum apud Salem anno domini M° CC° LXXXVIII°. XVII°. kalendas septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, strennuis viris videlicet Hainrico ministro de Phullendorf, Hainrico dicto Grâmelich, militibus, Rûdegero dicto Rȗprecht, cive in Ezzelingin, Walthero de Rinderbach, Ziutelmanno de Niurtingin juniore, Hainrico dicto Ohsobach, Eggehardo de Ostrah, Walthero et Burcardo dictis de Wûluelingin, Hainrico de Swarzah, Ortolfo de Buwenburc, Cûnrado de Talhain, Wernhero dicto Hannebiz, Cûnrado de Brâmin, Wernhero dicto Arzat, Cûnrado dicto der Locherâr, Ber(htoldo) dicto Schȗheli, Hartmanno et Ůlrico dictis Durnâr, Berhtoldo de Landoẅ, [236] civibus in Mângen, de fratribus vero de Salem Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore de Ysni, Hainrico de Ilmense, Burcardo de Burctor, monachis aliisque pluribus probis viris. Ego H(ainricus) prefatus de Magenbȗch omnia et singula premissa, prout premissa sunt, esse vera profiteor et per me facta, renuncians, ut prescriptum est, pro me meisque heredibus universis omni iuri, quod mihi in predictis possessionibus competebat vel competere videbatur, ad prestandum weran-

Digitized by Google

diam et ad faciendum omnia, ratificationi sepedicti contractus necessaria, sub appensione sigillorum predictorum et mei, ut dictum est, iuramento me obligans corporali. Nos quoque Waltherus de Incsteten totaque universitas civium in Mângen omnia et singula premissa vera esse profitemur et ad petitionem partium nostrum sigillum huic appendimus instrumento pro testimonio et cautela omnium premissorum, presertim cum dilecti in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem sepefatas possessiones ab eodem H(ainrico) de Magenbv̊ch voluissent antea comparasse et, ipsis non valentibus eas iuste et pacifice possidere, idem H(ainricus) ipsas possessiones iuste et legaliter, ut dictum est, in monasterium de Heggebach transtulisset. Ego quoque Burcardus prenotatus de Laiterberc renuncio pro me meisque heredibus universis omni iuri, si quod in eisdem possessionibus habere videbar, et ad desistendum in posterum ab impetitione sepedictarum possessionum iuramento me corporali astrinxisse profiteor per presentes, meo sigillo hanc literam muniendo pro cautela.

Cod. Sal. III, 234 No. CXCII. Ueberschrift (roth) Super possessionibus in Arnoltsperc, quas H. miles de Maginbv̊ch vendidit dominabus in Heggebach, que, quia regio instrumento munite sunt, quo nos caremus, ius suum, quantum ad istud instrumentum, nobis contulerunt pro reconpensa. Regest: Ztschr. 1, 79.

1288. Aug. 22. Pfullendorf. Sept. 4. Salem. Rûdolfus miles et Burcardus de Ramsperch germani et Rûdolfus, filius quondam Bur(cardi) militis de Ettenberch übertragen, auf Bitten des H. von Wintersulgen, Bürgers in Pfullendorf, alle ihre Rechte an den zwei Theilen des grossen und kleinen Zehnten in Cragenrieth und des Zehnten in Egge mit den dort gelegenen Aeckern (ad culturam duorum boum se extendentes), welche derselbe von ihnen zu Lehen trägt, an das Kloster Salem. Actum apud Phullendorf anno domini M° CC° [LXXX] VIII°. IX kalendas septembris, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet viro strennuo H(ainrico) dicto Gramelich, Rûdolfo de Nuwenhusen, H(ainrico) dicto Ohsobach, Bur(cardo) de Wûlvelingen, Alberto de Ertingen aliisque pluribus fide dignis, consumatum vero in Salem anno predicto pridie nonas mensis eiusdem. 743.

Cod. Sal. II, 251.

Digitized by Google

1288. Aug. 27. Salem. Wernherus de Raderaj dictus Gniftinc verkauft an das Kloster Salem die Besitzungen zu Hegebahc, genannt *Renhartes gůt*, welche Hainricus de Hegebahc von ihm zu Lehen trug, nach erfolgter Resignation desselben um ein Pfund Pfennig, welche er von dem genannten erhalten. Actum apud Salem anno domini M° CC° octogesimo octavo, sexto kalendas septembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet discretis viris Arnoldo de Merspurc, Hainrico de Ankenrůte, Cůnrado dicto Reschell, Berhtoldo ministro in Martorf, Hainrico cellerario, Hainrico Mèdelingo, Dèthelmo de Riethusen, honorabili viro plebano de Witenhouen, Eber(hardo) Ůl(rico) de Bodemin, fratre Eber(hardo) de Steggeboron, monacho in Salem, Manegoldo dicto Tumbe, Eber(hardo) magistro hospitum, conversis ibidem aliisque pluribus probis viris. 744.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 564. (Rückseite etwas erhöht mit 5 Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 117 No. CVIII.

1288. Aug. 29. Markdorf. Ůlricus de Marchdorf übergibt eine Wiese in Niderostenwiller, welche Cunradus dictus Bônte von ihm zu Lehen trägt, an das Kloster Salem um 4½ Pfund Konstanzer Pfennig verkauft und ihm resigniert hat, dem genannten Kloster zu Eigenthum und verpflichtet sich zur Gewährleistung für sich und seinen Bruder, Cunradus, rector ecclesie in Sulgen. Actum apud Marhdorf anno domini M° CC° octogesimo octavo, IIII. kalendas septembris, subnotatis testibus et rogatis, honorabilibus videlicet viris Cuonrado plebano de Wittenhouen, Hainrico plebano de Liukilch, Růdolfo plebano de Waltramswiller, Alberto Pincerna, rectore ecclesie in Bermetingen, strennuis viris Hainrico Pincerna seniore, Cůnrado et Nicolao fratribus de Hermensdorf, Růdolfo de Oberriedern, Cůnrado de Månlishouen, militibus, Hainrico dicto Mosherre, Burcardo de Wiluelingen, Hainrico dicto Stiere, de fratribus vero de Salem Wernhero grangiario, monacho, Hainrico, quondam decano in Ilminse, Dietrico de Bermetingin, noviciis in Salem, aliisque pluribus probis viris. 745.

Perg. Or. Salemer Hand. Das Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 717 (Daumeneindruck). Cod. Sal. I, 317 No. CLXXXVII. Reg. Ztschr. 3, 237.

Digitized by Google

1288. Sept. 3. Ueberlingen. Abt Albert, der Decan und das Capitel zu Reichenau übergeben die Besitzungen zu Bambergen (Bamberch), welche der Ueberlinger Bürger Heinrich Ahusær von ihnen gegen einen Jahreszins von $^1/_2$ Viertel Wachs inne hatte und mit Zustimmung seiner Ehefrau Hylthe und seiner Kinder Rudolf und Adilhaidis um 60 Mark Silber an das Kloster Salem verkaufte, an das genannte Kloster zu vollem Eigenthum, im weiteren Verlauf der Abzahlung für ein Haus in Ulm.[1] Actum apud Vberlingen, anno domini M° CC° LXXXVIII°, tercio nonas septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico dicto Grâmlich, milite, cive in Phullendorf, Cûnrado dicto Andemorte, Ûlrico dicto Vogte, Hainrico dicto Shadman, Hainrico seniore dicto Ehingær, Hainrico, filo suo, Berhtoldo dicto Behaim, civibus in Vberlingen, de fratribus vero de Salem Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore, Eberhardo de Stegborun, monachis et fratre Berhtoldo mercatore, converso ibidem aliisque pluribus probis viris. 746.

Perg. Or. Fremde, vermuthlich Reichenauer Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Abtes und des Capitels von Reichenau, bekannt (je mit 1 Daumeneindruck). Cod. Sal. I, 315 No. CCXXXV.

1288. Oct. 8. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz bestätigt den durch die wörtlich inserierte Urkunde des Abts und Convents von Kempten vollzogenen Verkauf der Güter dieses Klosters zu Kirchberg an Salem (No. 739). Datum Constantie VIII. ydus octobris anno supradicto. 747.

Perg. Or. Fremde Hand, aber nicht jene des Kemptener Notars. Das Datum von anderer Hand geschrieben. Das bekannte Siegel des Ausstellers aus Malta hängt an Pergamentstreifen an (3 Daumeneindrücke). Cod. Sal. I, 308. Erwähnt Ztschr. 3, 237.

1288. Dez. 13. Rom. Papst Nicolaus IV. bestätigt alle Rechte und Freiheiten des Klosters Salem. 748.

Nicolaus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii in Salem || Cisterciensis ordinis, Constanciensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, || tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea ||

[1] Vgl. die Urk. No. 511.

Digitized by Google

propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, sive per privilegia seu alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemtiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et | beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem || idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Perg. Or. mit der an rothen und gelben Seidenfäden anhängenden Bleibulle. Avers: alco||laus|| pp. IIII. Revers: die beiden je von einem Nimbus umgebenen Apostelköpfe, dazwischen ein Kreuz, darüber SPA. SPE. Rechts unten auf der Falte p. benet.

1289. Jan. 14. Konstanz. Der von Bischof Rudolf II. als Richter bestellte Keller Heinrich von Konstanz spricht dem Kloster Salem in einem Rechtsstreit gegen das Kloster Petershausen eine Wiese bei Spöck als Eigenthum zu. 749.

H(ainricus) cellerarius ecclesie Constantiensis, judex unicus a venerabili patre ac domino R(ûdolfo), dei gratia eiusdem ecclesie episcopo, specialiter deputatus, omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. In causa, quam dilecti in Christo . . abbas [234] et conventus monasterii de Salem movent et moverunt Eberhardo, ministro honorabilis viri . . abbatis de Petri Domo, super prato dicto *in dem Riet*, sito prope villam Spekke, quod sibi asserebant iure dominii pertinere ex emptione possessionum facta a . . priorissa et sororibus apud pontem Reni Constantie per ipsos cum suis pertinenciis sitarum apud Spekke, quibus dicebant fore annexum ipsum pratum tempore emptionis, interloquendo pronunciavimus, ipsos . . abbatem et conventum admittendos fore ad probandum, quod ipsum pratum annexum fuerit dictis possessionibus tempore venditionis earundem facte . . abbati et conventui memoratis. Et quia termino ad hoc prefixo dicti . . abbas et conventus in hac parte intentionem suam plene pro-

Digitized by Google

baverunt, ipsis diffinitive scriptis presentibus, observato iuris ordine, adiudicamus pratum memoratum, salva ipsis petitione legitima expensarum. Datum Constantie anno domini M° CC° LXXXIX°. XIX°. kalendas februarii.

Cod. Sal. III, 233.

1289. Febr. 4. Rheineck. Hugo, dei gratia comes de Werdenberch et de Sancto Monte, übergibt das Eigenthumsrecht an Besitzungen in Vrikingen et in oppido volgariter dicto Willår prope Vrikingen, welche von ihm Otto miles dictus *von Sant Ains* zu Lehen trug, nachdem dieser sie an das Kloster Salem verkauft und ihm resigniert hatte, dem genannten Kloster. Actum et datum apud Rinegge anno domini M° CC° LXXX° nono, pridie nonas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet strennuis viris domino Eber(hardo) de Vuntenah, Hermanno de Sulzeberc, Wilhelmo de Stainach, militibus, Cûnrado de Ramswach, Wernhero de Raderay, Egelolfo seniore de Altsteten, Dietrico de Nivuron, Hermanno de Stubun, Ûl(rico) fratre ipsius, Hainrico dicto Vinke, Gerungo de Lôbegge, Arnoldo dicto [de] Mettenbûch, Alberto de Berge, Hainrico dicto Mûris, Swigero dicto Boginier, aliisque plûribus probis viris. 750.

Perg. Or. Wohl Salemer Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers, aus Malta, wie an No. 709. Von dem Siegel sind mehrere Stücke abgebröckelt. Umschrift: († s. h)vgonis. com(itis). de. werdenberc(h). Pferd und Lanze ragen in den Schriftrand herein. (Rückseite erhöht mit 3 langen und tiefen schräglaufenden Einschnitten.) Cod. Sal. III, 159 No. CXXXIII.

1289. Feb. 8. Messkirch. Anshelmus nobilis de Wildenstain übergibt das Eigenthumsrecht seiner Besitzungen in Vrikingen, *des Windesgût* genannt, welche Abt und Convent von Salem von dem Ehinger Bürger Zance kauften, dem genannten Kloster. Acta sunt hec apud Messekilch anno domini M° CC° LXXX° nono, VI. ydus februarii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet honorando viro Rûdolfo, capellano dominarum de Walde, Cûnrado sacerdote, socio plebani de Messekilh, Johanne de Rehenowe, Burchardo de Sprittach, Nordewino, Ûlrico dicto Orhan, Ûlrico Hûrlinch, Walthero de Wûluelingen, Rûdolfo dicto Vrôninch, fratre Hainrico, cellerario

Digitized by Google

maiore, Alberto de Ezzelingen, H(ainrico) de Ylminse, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. 751.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, dreieckschildförmig, 40:30 mm (IV A 2), im Schild der Stufenschnitt. Umschrift: † s. **ansheimi. ivnioris. de. ivstingen.** (Daumeneindruck.) Das Siegel ergibt, dass der Aussteller, ein Angehöriger des Geschlechtes der Justingen, sich nach seinem Wohnsitze von Wildenstein nennt. Cod. Sal. III, 154.

1289. Febr. 8. Messkirch. Derselbe übergibt eine Mühle zu Vrikingen und Güter daselbst sowie in Willær (opido prope Vrikingen), welche strennuus miles Otto dictus *von Sant Ains* und andere Güter in Vrikingen, welche Rudolf Vrôninch von ihm zu Lehen trugen und ihm resignierten, an das Kloster Salem. Actum und Zeugen wie in der vorigen Urkunde No. 751. Am Schlusse des Zeugenkatalogs nach den Salemer Mönchen noch: Hermanno de Aicheshain, H. servo cellerarii maioris. 752.

Perg. Or. Die nämliche Hand und die gleiche Besiegelung wie No. 751. Cod. Sal. III, 155.

1289. Febr. 13. Werdenberg. Hugo, dei gracia comes de Werdenberc et de Sancto Monte, übergibt auf Bitten strennui viri Ůlrici de Marhtorf, sui dilecti, dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Mühle zu Altenbeuren (Altenbůron) und der dortigen Güter, welche die von ihm mit denselben belehnten Cůnradus et Berhtoldus germani dicti Rôbesvanz ihm resignierten und um 20 Mark Silber an das genannte Kloster verkauft hatten. Actum et datum in Werdenberc anno domini M° CC° LXXX° nono, idus februarii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet strennuis viris Hermanno de Sulzeberc, Willehelmo de Stainahc, militibus, Ůlrico de Martorf, Wernhero de Raderai, Dietrico de Nůvron, Růdolfo de Roschahc, Hainrico dicto Steir, Johanne de Arlai, Egelolfo de Altsteten aliisque pluribus probis viris. 753.

Perg. Or. Salemer Hand von conceptartigem Charakter. Actum und Datum von anderer Hand und mit anderer Tinte beigefügt, so dass anzunehmen ist, dass der bis dahin reichende Theil des Textes fertig nach Werdenberg mitgebracht wurde. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 709. Rückseite (glatt) sehr wohl erhalten. Cod. Sal. III, 152.

Digitized by Google

1289. Feb. 26. Justingen. Anshelmus nobilis de Justingen übergibt die in No. 751 aufgeführten Besitzungen in Frickingen[1] dem Kloster Salem. Actum apud Justingen anno domini M° CC° LXXX° nono, quarto kalendas marcii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet nobili viro Anshelmo de Justingen iuniore, Cûnrado de Yncsteten, Isengrin de Kvngesegge, fratre Hainrico cellerario maiore, monacho in Salem, fratre Gerungo dicto Eggehart, converso ibidem aliisque pluribus probis viris. 754.

Perg. Or. Die gleiche Hand wie No. 751 und 752. Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen aus Malta wie an No. 703 (Rückseite durch Fingerdruck erhöht). Der Aussteller ist demnach Anselm der ältere von Justingen und der unter den Zeugen genannte Anselm der jüngere von Justingen ist identisch mit dem Anselm von Wildenstein, Aussteller der Urk. No. 751 und 752. Das Actum ist von anderer Hand und mit anderer Tinte geschrieben. Es gilt also auch für diese Urkunde die Bemerkung zu No. 753. Cod. Sal. III, 158.

1289. Apr. 21. Konstanz. Heinrich, der Keller zu Konstanz, von Bischof Rudolf als Richter bestellt, entscheidet einen Rechtsstreit über Leibeigene zu Stetten zwischen Wolfram von Bernhausen und dessen Neffen einer- und dem Kloster Salem anderseits zu Gunsten des Klosters. 755.

Nos Hainricus, cellerarius ecclesie Constantiensis, judex unicus a venerabili in Christo patre ac domino R(ûdolfo), dei || gratia episcopo eiusdem ecclesie, specialiter deputatus et cetera. In causa mota inter . . abbatem et conventum monasterii || de Salem ex una et Wolframum militem de Bernhusen necnon Wolframum et Marquardum fra||tres, filios Wolframi militis predicti, ex parte altera, lite legitime contestata, prestitoque iuramento calumpnie et testibus receptis, ipsorumque depositionibus in actis redactis et sollempniter publicatis omnibusque aliis rite et legittime observatis, quia constitit nobis, quod Hiltrudis, uxor legittima Walthëri dicti de Steten necnon . . uxor legittima Otthonis de Steten, fratris Walteri predicti, unâ cum liberis et natis utriusque sexus, ad monasterium prelibatum iure servitutis pertineant, et quod prefatus Wolframus eiusque filii predicti predictos homines monasterio in Salem pertinentes impediant, ne . . abbati et conventui predictis nomine monasterii sui consweta et debita possint servicia ex-

[1] Hier heisst es in opido volgariter dicto *ze dem Willer* prope Vrikingen.

Digitized by Google

hibere, nos, omnibus coram nobis actis diligenter perspectis, sapientum communicato consilio et dei nomine invocato, sentencialiter diffinimus, prefatos . . abbatem et conventum monasterii memorati non esse ulterius impediendos per Wolframum prenominatum et eius filios, ne servicia consweta et debita a prememoratis Hiltrude, uxore legittima Walteri de Steten, et . . uxore legittima Otthonis de Steten et eorum natis et liberis utriusque sexus ipsis . . abbati et conventui exhibeantur nomine monasterii antedicti. Reservamus etiam predictis . . abbati et conventui expensas milite factas, per nos taxandas vel per ipsorum procuratorem legittime obtinendas. Datum Constantie anno domini M° CC° LXXXIX°. XI. kalendas maii, indictione II^a.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers befestigt wie an No. 432, aus Malta, dasselbe Siegel wie an No. 476, wo der Aussteller sich in der Urkunde Hainricus dictus de Wigoltingen, canonicus Constantiensis nennt.

1289. Apr. 27. Raderach. Wernherus de Raderay übergibt dem Kloster Weissenau (conventui Minoris Augie) das Eigenthumsrecht der Güter in Witenhouen, welche Heinrich Raschelin von Markdorf (Marchdorf) von ihm wie von seinen Vorfahren zu Lehen trägt. Er selbst, seine Gattin Adelheid und ihre etwaigen Kinder sollen indess auf Lehensdauer im Besitze der Güter bleiben. Datum in Raderay anno domini M° CC° LXXXIX°. V. kalendas maii, indictione II. 756.

Cod. Sal. II, 249 No. CCXLV. Das Kloster Weissenau übertrug dieses Eigenthumsrecht im Jahre 1294 an Salem.

1289. Mai 23. Munderkingen. Waltherus miles et Rûdolfus dicti de Amarchingen übergeben alle Güter in Betenbrunnen, welche Hainrich von Wintersulgen, Bürger zu Pfullendorf, von ihnen zu Lehen trug und ihnen resignierte, dem Kloster Salem zu Eigenthum Actum apud Mundrichingen anno domini M° CC° LXXXIX°. IX. kalendas junii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet[1] sculteto dicto Stôphe de Mundrichingen, Jacobo et Wern(hero), servis domine [de] Kvngesegge, relicte quondam H(ainrici) militis de Anmarchingen, fratre Gerungo dicto Eggehart, fratre in Salem, Cûnrado, servo ipsius, dicto Honberch aliisque pluribus probis viris. 757.

[1] Lücke im Or.

Digitized by Google

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel an Pergamentstreifen aus Wachs: 1. des Walther von Emerkingen, rund, 40 mm (IV A 2) im Dreieckschild der in den Schriftrand mit seinen Ecken hereinragt, ein Doppelhaken. Umschrift: † s. **waltheri. de. anemerkīgen.** (durch Fingerdruck erhöht), — 2. des Rudolf von Emerkingen, dreieckschildförmig, 40:30 mm (IV A 2), im Schilde das gleiche Wappenbild. Umschrift (in der [herald.] rechten oberen Ecke beginnend) † s. **rvdol. de. anmergingen.** (Daumeneindruck.) Nach dem Wappenbilde gehören die Aussteller zu der in erster Reihe durch die Schenken von Schmaleck vertretenen, ausgebreiteten Familie. Cod. Sal. III, 286 No. CCXXXV. Reg. Ztschr. 3, 238.

1289. Juni 15. Konstanz. Juni 20. Rheineck. Dietrich, ein Ritter und Walther, sein Sohn, von Altstetten, genannt Maier, beurkunden den Verkauf von Gütern zwischen Montlingen und Blatten, Lehen von St. Gallen, an das Kloster Salem. 758.

Universis hanc litteram inspecturis, Dietricus miles de Altstetten senior et Waltherus, filius ipsius, dicti Villici noticiam rei geste. Noverint universi tam || posteri, quam presentes, quod cum nos possessiones sitas inter Mvntigel et Blattvn, dictas vulgariter *daz gůt zem Raine*, universas, quas ego Dietricus a || reverendo domino dei gratia . . abbate Sancti Galli iure tenui feodali, emptioni decrevissemus exponendas, et cum inter alios ad emptionem procedere volentes venerabiles in Christo dominus abbas et conventus monasterii de Salem utilius nobis et melius pretium obtulissent, easdem possessiones cum omni iure suo et attinentiis universis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis et omnibus aliis tacitis et expressis antedictis possessionibus intus et extra pertinentibus, de consensu pleno et expresso Ůdelhilt, uxoris mee, videlicet Dietrici prefati, et aliorum omnium, quorum intererat, predictis de Salem, receptis ab eis iam ad manum decem marcis et dimidia puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, vendidimus, tradidimus et donavimus, ab ipsis ipsorumque monasterio sine cuiusvis obice contradictionis inperpetuum libere possidendas, hac condicione adiecta, quod si nos ius proprietatis possessionum prefatarum a domino . . abbate predicto Sancti Galli vel successore, qui tunc pro tempore prefuerit, de consensu sui capituli a festo Sancti Galli proximo venturo infra biennium eisdem de Salem et ipsorum monasterio conquisierimus bona fide, ipsi extunc nobis tres marcas et dimidiam teneantur integraliter assignare; sin autem nos ius proprietatis ipsarum possessionum,

Digitized by Google

ut dictum est, de manu domini sepedicti et sui capituli conquirere non valuerimus, iidem de Salem de solutione trium marcarum et dimidia libere absolvantur et ius proprietatis prenominatum sibi conquirant, prout ipsis visum fuerit expedire. Profitemur insuper presentium per tenorem, nos pecuniam prenotatam, decem marcas videlicet et dimidiam, recepisse et in usus proprios contulisse, et quod nos possessiones sepedictas, ad cavendum indempnitati eorundem de Salem, Cûnrado dicto Goldast, Cûnrado dicto Tottenaicher, Ber(htoldo) dicto Schallenberg et Hainrico dicto Vederli, civibus Constantiensibus, nomine dictorum de Salem concessimus titulo feodali libere possidendas, obligantes nos, fide prestita nomine iuramenti, ad faciendum omnia, que ad ratificationem predicti contractus sepefatis de Salem visa fuerint expedire, videlicet ad resignandum, ad prestandum warandiam et ad faciendum generaliter et specialiter omnia, que ipsis placuerint, ubicunque, quocienscumque, coram quocumque iudice fuerimus requisiti, adhibitis in premissis omnibus et singulis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Renunciamus igitur circa omnia premissa et quodlibet ex eisdem omni actioni, impeticioni, defensioni non adhibite sollempnitatis, beneficio restitutionis in integrum, omni consuetudini tam loci quam patrie et omnibus aliis tam in genere, quam in specie, per que predictus contractus in posterum posset quovis ingenio violari, pro nobis nostrisque heredibus universis. In cuius itaque evidentiam presens instrumentum sepedictis . . abbati et conventui de Salem nostrorum sigillorum porreximus communitum. Actum apud Constantiam anno domini M° CC° LXXX° IX°. XVII°. kalendas julii, presentibus hiis testibus, videlicet nobili domino Ůlrico de Guttingen, Hugone dicto *in der Bînde*, Rûd(olfo) dicto Hopper, . . dicto Schalritter, fratre H(ainrico) de Isenina, cellerario maiore et fratre Eber(hardo) dicto de Stekboron, monachis in Salem. Consumatum vero aput Rinegge eodem anno XII. kalendas julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Ůlrico de Guttingen predicto, honorabili viro sacerdote dicto de Bol, viris strennuis Cûnrado seniore, Cûnrado filio suo, dictis de Grimmenstain, Bur(cardo) [et] H(ainrico) Advocatis dictis de Wartense, germanis, militibus, Cûnrado dicto Alte, Ber(htoldo) dicto Slôzer, Wern(hero), civibus in Rinegge, aliisque pluribus fidedignis.

Digitized by Google

Ego[1] Udelhilt prefata omnia et singula premissa sub sigillis . . mariti mei et filii prefatorum profiteor esse vera, renuncians omni iuri, quod mihi in possessionibus sepedictis quacumque ex causa vel quocumque modo competebat vel competere videbatur.

Perg. Or. Vermuthlich Salemer Hand. Die letzten Zeilen von Actum an enger und kleiner — aber von derselben Hand — geschrieben, wohl aus Rücksicht auf die Grösse des Pergamentes. Zwei Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Dietrich von Altstetten, rund, 40 mm (IV A 2) der in den Schriftrand hereinragende Dreieckschild fünfmal getheilt. Umschrift: † s. **dietrici. de. altste(tte)n.** (durch Fingerdruck erhöht). — 2. des Walther von Altstetten, rund, 44 mm (IV A 2) das Siegelfeld damasciert, der Dreieckschild fünfmal getheilt. Umschrift: † **s. waltheri. de. altstetten.** (durch Fingerdruck erhöht mit 2 tiefen Einkerbungen). Cod. Sal. III, 240. Druck: Ztschr. 11, 36. Vgl. unten die Urk. v. 1291 Jun. 21.

1289. Juli o. T. Salem. Hainricus miles dictus de Nûvron verzichtet auf das ihm zustehende Recht an den Gütern zu Mittelstenweiler (Metemostenwiler), welche er im Namen des Rudolf Swende von der Aebtissin des Klosters Lindau zu Lehen trug und welche diese an das Kloster Salem verkauft hat, in die Hände des Priors R(udolf) und des Großkellers H(einrich). Datum et actum apud Salem anno domini M° CC° octogesimo nono, mense julio, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet dominis Ûlrico de Schellenberch, Hainrico dicto Gremelich, ministro de Phullendorf, militibus, de fratribus autem de Salem Rûperto priore, Hainrico cellerario maiore, Dietrico de Bermetingin, monachis aliisque pluribus probis viris. 759.

Perg. Or. Salemer Hand. An einem sehr langen Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 560 (2 Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 266.

1289. Juli 27. Ueberlingen. Oct. 1. Rickertsweiler. Goswin und Burkard von Hohenfels schlichten einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Heinrich Bletz und dessen Ehefrau Willeburgis über Güter in Rickertsweiler. 760.

Universis presentis pagine inspectoribus Gôswinus miles et Burcardus germani de Hohenuelse noticiam rei geste. || Ne lites decise per concordiam recidivent, litterarum debent testimoniis perhennari. Noverint igitur universi, ad quos pre||sentes

[1] Auch im Or. a linea.

Digitized by Google

pervenerint, quod cum inter venerabiles in Christo . . abbatem et conventum monasterii de Salem ex una, Hainricum dictum || Bletz et Willeburgim, uxorem ipsius, ex parte altera super possessionibus sitis in Rigerswiler, omnibus ecclesie in Wildorf pertinentibus questio verteretur, tandem ex parte prefatorum de Salem in viros strennuos Burchardum de Heggelnbach et Fridericum de Mænlishouen milites, ex parte vero Hainrici, famuli nostri, et . . uxoris sue prefatorum in Rû-d(olfum) de Wolfurt et . . dictum Lôber milites extitit compromissum, tamquam in veros arbitros, illi vero virum strennuum Hainricum, ministrum de Phullendorf, dictum Gremlich eligentes pro medio et communi, fuerunt concorditer arbitrati, quod Hainricus et Willeburgis predicti possessiones easdem a rectore ecclesie in Wildorf in feodum se habere probarent, ut asserebant, per vivos testes vel per publicum instrumentum concessionem continens et nomen rectoris ecclesie sepedicte, quod cum facere se non posse profiterentur, iidem arbitri per medium, quem assumpserant, prefatos de Salem nomine ecclesie memorate ab impeticione Hainrici et Willeburgis antedictorum denunciaverunt publice absolutos, possessiones prenotatas ipsi ecclesie adiudicantes iusticia mediante. Actum apud Vberlingen anno domini M° CC° LXXX° nono, VI. kalendas augusti, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet viro religioso fratre Helwigo de domo hospitalis Sancti Johannis, viris discretis Ûlrico dicto Vogt, Hainrico Ehingario seniore, H. filio ipsius, Alberto de Hôdorf, Ber(htoldo) dicto Rôber, Jo(hanne) filio ipsius, H. dicto Gabel, H(ainrico) cellerario maiore in Salem, H(ainrico) de Ilmense monacho ibidem, aliisque pluribus fide dignis. Verum quia H(ainricus) et Willeburgis sepefati iuri, siquid habebant in ipsis possessionibus, secundum premissum arbitrium renunciare contempserunt, per eosdem de Salem excommunicationis fuerunt vinculis innodati, tandemque ut absolutionis beneficium consequi valerent, iuri, si quid habebant vel habere videbantur, renunciare sunt compulsi ad manus Gebzonis, viceplebani in Wildorf, in loco prenotato videlicet in Rigerswiler, hiis testibus presentibus, eodem anno kalendis octobris, videlicet C. dicto Haldener, C. Crumphar, C. dicto Albreht, Ortolfo dicto Segener, C. dicto Simeler, R. Pergamenario, Gerungo dicto Ekhart, fratribus conversis in Salem, aliisque pluribus probis viris. In horum igitur om-

Digitized by Google

nium evidenciam hanc litteram predictis domino abbati et conventui nostris sigillis porreximus communitam. Nos H(ainricus) et Willeburgis prenotati omnia et singula premissa vera esse profitentes, sub appensione sigillorum dominorum nostrorum de Hohenuelse prefatorum, renunciamus omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis in possessionibus sepedictis competebat vel competere videbatur pro nobis nostrisque heredibus universis.

Perg. Or. Fremde Hand. Mit den wie an No. 432 befestigten Siegeln der Aussteller aus Malta, wie an No. 722 (je mit einem Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 246 No. CCII.

1289. Sept. 18. Markdorf. Der Landrichter Swigger von Deggenhausen beurkundet, dass Cûnradus dictus Gattenhaimer, famulus monasterii de Salem, mit Zustimmung seiner Ehefrau Cristine, alle seine Besitzungen in Vizzenwiler, genannt *Vizzenhaimsgût*, die ihm eigenthümlich gehören, sowie einen Obstgarten (pomerium) daselbst und eine Wiese in Wengelingen, genannt *der brûle*, welchen er von dem genannten Kloster als Zinslehen besitzt, demselben zu Eigenthum übertragen habe. Actum apud Martorf, anno domini. M° CC° LXXXIX°. XIIII. kalendas octobris, hiis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris Alberto rectore ecclesie in Vrnôwe, Ber(htoldo) socio ipsius, dicto Sahse, Bur(cardo) viceplebano in Bŷnde, sacerdotibus, Hainrico edituo, H. dicto Wattenberch, clericis, H. dicto Pauai, Ber(htoldo) ministro, Ja(cobo) de Bermetingen, Nycolao de Bunkouen, H. dicto Zolner, H. dicto Schûlle, civibus in Martorf aliisque pluribus probis viris. 761.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen wie an No. 621 (gratartig erhöht mit 3 Einkerbungen). Cod. Sal. III, 232 No. CLXXXIX.

1289. Oct. 2. Seefelden. Dekan uud Capitel der Domkirche zu Konstanz beurkunden einen mit dem Kloster Salem vollzogenen Tausch von Gütern und Zehnten zu Kaltbrunn und Gerboltsweiler. 762.

In nomine domini amen. Nos R. decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis profitemur publice per presentes, quod nos | de communi consilio et assensu, dilectorum in Christo domini . . abbatis et conventus monasterii de Salem postulacionibus inclinati, || duos agros sitos aput Kaltenbrunnen, quorum unum excoluit Cûnradus dictus Ziphel, alter autem

Digitized by Google

possessionibus dictis || vulgariter *des gût von Tannenvels* pertinebat, et pratum situm ibidem in vivario, quod iidem de Salem construxerunt, pro tribus aliis agris, uno vulgariter dicto *daz lant uf Blaichun*, altero, qui possessionibus, quas excolit Ulricus de Watte, pertinere dinoscitur, tercio[1] vero possessionibus dicti vulgariter Schrodel attinenti, predictis de Salem nomine commutationis seu concambii dedimus, ab ipsis ipsorumque monasterio in perpetuum libere possidenda, presertim cum Burcardus dictus Hûg de V̂ldingen, Cûnradus de Gerboltswiler, Ůlricus dictus Vederli, C. dictus Hŏbet, Ber(htoldus) de Nusdorf, H. dictus Aigelli, quibus nos in predictam commutationem, ut ecclesia nostra indempnis permaneret, commisimus vices nostras, iuramento firmaverint corporali, quod agri prenotati, quos a prefatis de Salem in commutationem recepimus, melioris conditionis sint, quam agri et pratum, que nos ipsis dedimus pro eisdem. Preterea decimam feni, quam de pratis quibusdam in vivario constitutis percipere deberemus, annuatim ad unum solidum per predictos viros estimatam, et unam karratam feni, quam iure decime in Kaltenbrunnen hactenus percepimus, eisdem de Salem cum iure, quod nobis ibi pertinebat, pro iure advocatie in Gerboltswiler, quod ipsis unum modium avene et quinque solidos denariorum annis singulis persolvebat, etiam nomine commutationis et concambii dedimus et in ipsos ipsorumque monasterium transtulimus et transferimus per presentes. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque, qui pro tempore fuerint, successoribus omni iuri, quod nobis in agris et decimis prenominatis competebat vel competere videbatur. In cuius facti evidentiam et robur perpetue firmitatis presentem literam sigillo nostri capituli sepedictis de Salem porreximus communitam. Actum apud Seuelt anno domini M° CC° LXXXIX°. VI. nonas octobris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet H. dicto Buggensegel C. dicto Schv̂ler, C. dicto Waibel, Bur(cardo) dicto de Grasebůrron, C. Fabro, Ber(htoldo) de Langenowe, H. dicto Itun sun, Hermanno Villico, Ber(htoldo) dicto Burst, aliisque pluribus probis viris.

Perg. Or. Fremde, wohl Konstanzer Hand. Siegel des Domcapitels bekannt, aus Malta, an Pergamentstreifen (Rückseite durch Fingerdruck erhöht, mit 3 ganz kurzen Einschnitten). Cod. Sal. III, 243 No. CXCVIIII.

[1] Von hier an andere Tinte.

Digitized by Google

1289. Oct. 28. Mengen. Hainricus[1] advocatus dictus de Hettelingen et consules civitatis in Mangen beurkunden, dass die Brüder Heinrich und Hermann Golenze, nachdem sie in einem Streite mit dem Kloster Salem über gewisse der Kirche zu Weildorf (Wildorf) gehörige Güter in Rickertsweiler (Riggerswilar) übereingekommen waren, die Entscheidung dem Kirchrector Cuno in Mengen und dem dortigen Bürger Berchtold zu überlassen, auf deren Ausspruch hin gegen eine Summe von 2 Pfund und 5 Schilling Konstanzer Pfennige allen ihren Rechten an die genannten Güter eidlich (prestita iuratoria cautione) und unter dem Siegel der Stadt entsagten. Actum apud Mangen anno domini M° CC° LXXX° nono, quinto kalendas novembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet discretis viris Hainrico de Swarzach, Cůnrado dicto Schŵheli, Werhero dicto der Arzat, Hainrico Bezeli, Ůlrico Precone, Burchardo Sutore, Ůlrico de Haigingen, Werhero Gerbot, civibus in Mangen, aliisque pluribus fidedignis. 763.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel der Stadt Mengen aus Malta, an Pergamentstreifen, dreieckschildförmig, 45:35 mm (IV A 2), im Schilde ein nach rechts aufsteigender Löwe, links von demselben ein stehender Mond (?). Umschrift: † s. **vniversitatis. civivm. i. mangen.** (Rückseite gratartig erhöht mit 3 kurzen Einschnitten.) Cod. Sal. III, 247 No. CCIII.

1289. Oct. 31. Otterswang. Hermannus Pincerna de Otelzwanch genehmigt, dass Hainricus de Diepolzwiller seine Besitzungen in Sigemarsruti und in Diepolzwillår (ad culturam duorum boum se extendentes) an das Kloster Salem verkaufe. Actum apud[2] Otelswanch anno domini M° CC° LXXXIX° pridie kalendas novembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Gerungo dicto der Wirte, . . dicto Stegeli, fratre H(ainrico) de Ilminse, monacho in Salem, H. dicto Cläffeli, servo ipsius, aliisque pluribus fide dignis. 764.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, wie an No. 545. (Rückseite stark erhöht, mit 3 tiefen Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 277 No. CCXXVII.

1289. Nov. 14. Ehingen. Ůlricus comes de Berge überlässt dem Kloster Salem die drei Theile des grossen und kleinen Zehnten in opido dicto Staingunstetten, der im Ganzen nur

[1] Der Name von anderer Hand mit anderer Tinte nachgetragen. — [2] Von hier an grössere Schrift und andere Tinte.

Digitized by Google

vier Theile umfasst, welche der von ihm mit demselben belehnte Cůnradus dictus Tattan de Swainhusen um 14 Pfund Heller demselben verkauft und ihm resigniert hatte, diesem Kloster zu rechtem Eigenthum. Actum apud Ehingen anno domini M° CC° LXXX° nono, XVIII. kalendas decembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Cůnrado de Volkershain, Hainrico dicto Craft, viris discretis Cůnrado ministro dicto Zæhe, Bertoldo dicto Kindeler, Cůnrado Fabro de Haigingen, Hainrico medio cellerarjo in Salem dicto Gehůrne, aliisque pluribus probis viris. 765.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen, rund, 60 mm, im damascierten Siegelfeld der fünfmal schräggetheilte Schild. Umschrift: † **sigillvm. wlrici. comitis. de. berge.** (drei Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 255 No. CCXI. Reg. Ztschr. 3, 482.

1289. Dez. 12. Buchhorn. Hugo, dei gracia comes de Werdenberch et de Sancto Monte, übergibt auf Bitten Friderici militis de Mænlishouen das Eigenthumsrecht der Besitzungen in loco dicto volgariter *zem Wiler ob Frikingen*, welche dieser von ihm zu Lehen trug und seither einer Namens *der Lange* baute, dem Kloster Salem. Actum apud Bůchorn anno domini M° CC° LXXX° nono, II. idus decembris, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet nobili viro domino Hainrico de Belmunt, strennuis viris Hainrico de Mænlishouen, Her(manno) dicto Schambeler, Hainrico dicto Můris, Ottone de Santains, militibus, Her(manno) dicto Loser, Ar(noldo) de Mettenbůch, Her(manno) de Lŏbegge, H. Můris seniore, H. de Wachingen et Her(manno) dicto Witzige aliisque pluribus fidedignis. 766.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an einem schmalen und sehr langen Pergamentstreifen, verkehrt anhängend, ziemlich beschädigt, wie an No. 750 (3 Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 256. Reg. Ztschr. 3, 238.

1290. Jan. 1. Wendlingen. März 28. Markdorf. Hugo Graf von Werdenberg und Heiligenberg beurkundet den Verkauf von Gütern zu Wendlingen durch Hermann Vinke, den Einsiedler, an das Kloster Salem. 767.

Omnibus hanc literam inspecturis Hugo de Werdenberch et de Sancto Monte comes rei geste noticiam cum salute. Vergentis in senium seculi corruptela ad || lites et calumpnias facilis et proclivis monet ea, que inter homines rationabiliter

Digitized by Google

peraguntur, dictis testium et literarum serie perhennari. Noverint igitur universi tam || posteri quam presentes, quod Hermannus dictus Vinke, heremita, possessiones suas sitas in Wengelingen universas in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, || viis, inviis, aquis, aqueductibus, bannis, iurisdictionibus et omnibus aliis appendiciis et iuribus universis, possessionibus antedictis intus et extra pertinentibus tacitis et expressis, que quidem possessiones venerabilibus in Christo domino abbati et conventui monasterii de Salem iure proprietario omnes et singule pertinebant, de consensu pleno et expresso Mæhthildis coniugis sue, Agnetis, Cristine, Engelburgis, Burkardi et Hermanni, liberorum suorum, quibus Hermannus prenotatus easdem possessiones omnes et singulas specialiter deputavit, et de consensu Hermanni dicti Vinke, fratruelis Hermanni heremite iamdicti, qui nomine Mæhthildis prenotate et liberorum suorum prefatorum easdem possessiones tamquam fidelis portator gerebat, aliorumque omnium, quorum intererat, prefatis de Salem, receptis ab eis triginta quinque marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, quas se recepisse et in utilitatem suam et coniugis ac liberorum prefatorum suorum convertisse scriptis presentibus profitetur, iuste vendicionis titulo vendidit, tradidit et donavit ab ipsis ipsorumque monasterio in perpetuum libere possidendas et in quemcunque locum seu quascumque personas voluerint transferendas, renuncians pro se suisque heredibus universis omni iuri, tam in genere quam in specie, quod sibi in possessionibus sepedictis competebat vel competere videbatur. In huius igitur rei evidenciam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum ad peticionem parcium nostri sigilli munimine fecimus communiri pro testimonio omnium premissorum. Actum aput Wengelingen anno domini M° CC° nonagesimo, kalendis januarii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet Burcardo milite dicto Vinke, Johanne de Riêthusen, Hainrico ministro dicto Moseherre, H. dicto Vinke fabro, Cûnrado dicto Walther de Wengelingen. Consumatum vero aput Martorf eodem anno V. kalendas aprilis, hiis presentibus, videlicet honorabilibus viris Cûnrado de Martorf clerico, C. de Teggenhusen iuniore, C. plebano de Wittenhouen, Ja(cobo) dicto Bartholome, Hainrico dicto Zolner seniore, H. filio ipsius, Ber(toldo) ministro in Martorf aliisque pluribus

Digitized by Google

fidedignis. Nos Hermannus heremita, Mæht(hildis), Agnes, Cristina, Engelburgis, Burkardus et Her(mannus) prenotati omnia et singula premissa vera esse profitentes, renunciamus pro nobis nostrisque heredibus universis omni actioni, impeticioni, defensioni non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, beneficio restitucionis in integrum et generaliter omnibus, per que dictus contractus posset quovis ingenio in posterum violari. Et ad prestandum warandiam ego Hermannus heremita sepedictus me obligo per presentes, quocienscumque ab eisdem de Salem fuero requisitus. Ego quoque Hermannus, fratruelis Hermanni iamdicti, profiteor, me resignasse easdem possessiones et renunciasse iuri, quod michi causa gestacionis predicte vel alio modo competebat in possessionibus sepedictis. Et quia sigillis propriis non utimur, sigillo nobilis viri domini Hugonis de Werdenberch prenotati usi sumus pro testimonio omnium premissorum.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, an schmalem Pergamentstreifen anhängend, wie an No. 750 (3 Daumeneindrücke). Cod. Sal. III, 280 No. CCXXX mit der unrichtigen, durch ein Schreibversehen zu erklärenden Jahrzahl M° CC° IX°.

1290. Jan. 4. Hasenstein und Hasenweiler. Cûnradus et Ortolfus de Hasenstain milites, germani, Hainricus miles et Ortolfus de Hasenwillâr, fratrueles predictorum übergeben die Güter, welche von ihnen Hainricus de Diepolzwiller in Diepolzwiller und Sigemârsruti[1] zu Lehen trug und ihnen resignierte, gegen Bezahlung von 6 Schilling Pfennig Konstanzer Münze an jeden von ihnen seitens des genannten Heinrich, an das Kloster Salem zu rechtem Eigenthum. Für des verstorbenen Burchard von Hasenstain, Ritter, minderjährigen Sohn Burchard, für den ebenfalls 6 Schill. Pfennig bezahlt sind, gibt sein Vormund (tutor seu curator) Quittung bezw. Verzichterklärung. Actum[2] pro me Cûnrado prenominato apud Hasenstain anno domini M° CC° LXXXX°. pridie nonas januarii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Hainrico, filio Ortolfi de Hasenwiller, Ber(tholdo) servo meo, Dietrico de Hasenstain, fratre H(ainrico) de Ilminse, monacho in Salem, fratre Alberto

[1] Hierzu bemerkt Cod. Sal. III, 276: Sigmarsrûti hând die von Wingarten kouft umb apt Berchtolten. (Berthold II. war Abt 1358—72.) — [2] Von hier an grössere Schrift (von der gleichen Hand) und andere Tinte.

Digitized by Google

de Diepolzwiller, converso ibidem, H. dicto Clâffeli, pro nobis vero Hainrico et Ortolfo prenotatis apud Hasenwiller, hiis testibus presentibus, anno prenotato et eodem die, videlicet H. dicto Winterbach, H. dicto Aggenbach, converso, H., servo meo, scilicet Ortolfi, fratre H(ainrico) de Ilminse, fratre Alberto converso de Salem predictis aliisque pluribus probis viris. 768.

Perg. Or. Salemer Hand. Von 6 Siegeln ist das 4. (das des Ortolf von Hasenstein) abgefallen. Die 6 Siegel waren bezw. sind mit nur 3 Pergamentstreifen an der Urkunde befestigt, so dass nicht die beiden Enden eines Streifens durch das Siegel gezogen sind, sondern immer nur je ein Ende. Von den Siegeln sind 1, 2, 3 u. 5 aus Malta, 6 aus Wachs. 1. des (minderjährigen) Burkard von Hasenstain, dreieckschildförmig 40:34 mm (IV A 2), unten ein Stückchen abgebröckelt, im Schilde der Doppelhaken. Umschrift: † **s. bvrcardi. d(e). hasenstain.** — 2. des (verstorbenen) Burkard von Hasenstain wie an No. 737. — 3. des Konrad von Hasenstein wie an No. 699. — 5. des Heinrich von Hasenweiler wie an No. 544 und 6. des Ortolf von Hasenweiler wie an No. 737. (Die Rückseiten sehr roh behandelt mit ungleichmässigen Daumeneindrücken. Nur bei No. 5 ist die Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einschnitten.) Als bemerkenswerth ist zu notieren das Anhängen der Siegel eines Minderjährigen (1) und eines Verstorbenen (2). Ueber die nachträgliche Eintragung des Actum vergl. die Bemerkung zu No. 737. Cod. Sal. III, 276 No. CCXXVI. Reg. Ztschr. 3, 238.

1290. Jan. 21. Salem. Hainricus Pincerna senior dictus de Schmalnegge beurkundet, dass Cûnradus miles dictus de Wiler, Hainricus et Ûlricus, germani, fratrueles ipsius, einen an den Hof zu Kilchperch anstossenden Acker und einen Obstgarten (pomerium) in Enehouen, welche dem Kloster Salem eigenthümlich zustehen, um 30 Schilling Konstanzer Pfennig demselben verkauft und übergeben und dass ferner die obgenannten Heinrich und Ulrich den sechszehnten Theil des Waldes *zem langen Raine* mit Grund und Boden, der an die Besitzungen in Hagenôwe anstösst, vergabt haben, und besiegelt den Brief auf Bitten der vorgenannten von Weiler. Actum apud Salem anno domini M° CC° XC°. XII. kalendas februarii, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet strennuis Her(manno) de Sulzperch, Fr(iderico) de Mænlishouen, militibus, Friderico, filio predicti de Mænlishouen, Hainrico cellerario maiore, H(ainrico) de Ilmense, monachis in Salem, Ber(tholdo) mercatore, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. 769.

Digitized by Google

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an Pergamentstreifen anhängend, wie an No. 390. (Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 250 No. CCVI.

1290. Jan. 28. Levertsweiler. Ortolfus de Laitherberch, rector ecclesie *ze dem Woluarns* verfügt, dass alle seine Besitzungen in Levertsweiler (Låphiswiller), welche er vor einigen Jahren testamentarisch dem Kloster Salem vermachte, deren Nutzniessung auf Lebenszeit er sich jedoch gegen Entrichtung eines Jahreszinses vorbehalten hatte, schon jetzt völlig und ungeschmälert in das Eigenthum des genannten Klosters übergehen sollen. Actum apud Låphiswiller anno domini M° CC° XC°. V^to^ kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris . . viceplebano de Ostrach, . . capellano dominarum de Habstal, Rûperto priore, Wern(hero) grangiario, H(ainrico) medio cellerario dicto Gehûrne, H. de Schafusa, Alberto Pistore, H(ainrico) de Ylminse, fratribus monachis in Salem, Gerungo dicto Eggehart, H. dicto Wekshit, conversis ibidem aliisque pluribus probis viris 770.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 573, befestigt wie an No. 432 (Rückseite etwas erhöht mit 5 Einschnitten). Vgl. die Urkunden No. 490, 573, 576 und 577.

1290. Febr. 14. Pfullendorf. Abt Ulrich und die Sammlung zu Salem kaufen von Rudolf von Tannheim und seiner Hausfrau Demut den Hof zu Kalkofen mit allen dazu gehörigen Gütern. 771.

In dem namen dez vater unde dez suns unde dez hailigin gaistis. Wir der abt Ûlrich unde diu samenunge von Salmanswiller, dez ordins von Zitels, kûndent allen den, die || disen brief lesent alder horent lesen: Do der herre Rûdolf von Tanhain, ain ritter, unde sin husvrowe, vro Diemût us uf gabent unde ledic liezzent den hof ze Kalcouen unde alles daz, || das darzû horet, unde daz gût ze Owingen unde daz ze Bruggenvelt unde daz ze Vrikingen unde die wingarten, die darzû horent, unde daz gût an den Staigun unde daz ze Riggârs||ruti mit allem dem, daz ze disen vorgenenten gûtirn allen horet in akirn, en wison, en holt unde en velde, bi wasen unde en zwige, gesûchte unde ungesûchte, diu er unde sin husvrowe von ûs hettunt, umbe ainen iarigen zins, dez waz ain halb phunt wahsez, daz wir do gelobtun, in baiden,

Digitized by Google

im unde siner husvrowun, vron Diemût alliu iare ze gende unze an ir beder tot, ze sant Martins mis niunzehen malter veso bi den besten unde niunzehen maltir habirn oh bi den besten Ubirlingârs mez unde viunfthalp phunt phennenge Kostenzâr unde vierhundert gancvische unde vier kaze der grozzo unde vier bolstirshûhe unde ain phunt phennenge fur aiger unde fur hûnr, diu diu vorgenemptiu gût gultent, unde ain fûdir wines us dem garten ze Muron, Vberlingâr messes. Unde wil er gen Kostenz sich ziehen ze wesende, swenne er daz tûn wil unde us daz vor sant Johannis mis des tôfars ainen manot vor seit, so sulen wir im unde siner husfrowun der zwaige huser, diu wir haben bi vron Hailun hus der Kuphersmidinun, ains lihen, swedrez er wil. Wil er aber da nit mit wesen sin, so sigent wir im umbe diu huser niuz gebunden. Wir sûlent och im unde siner husvrowun daz vorgenant korn unde win unde phennenge one allen sinen shadin antwurten ze dem vorgenemtem zil ze Kostenz alde ze Vberlingen alde ze Phullendorf, in swele er will dirre drige stette. Beshiht oh daz, daz sin husvrowe, diu davor genemmet ist, in ubirlebt, wil si denne ainen andirn man nemen, so sulent wir ir niuz gebunden sin ze gende, weder korn, noch win, noch phennenge, noch niuttes, dez hievor geshriben ist. Unde darumbe daz diz stâte belibe unde er alde sin husvrowe an disem gehaisse, den wir in getan han, niemmer beswâret werdent, so geben wir in baiden dise hantveste, besigilt mit unsirs herren, dez bischoffez Rûdolfis von Kostenz, insigil unde mit usirs gaishliches vatirs, des abtes von Lúzela, insigil unde mit dem, daz wir, der abt unde diu samenunge von Salmanswiller habent, unde bindent ús unde alle úsir nahkomen mit disem brieve unde mit den insigiln, diu hievor genemmet sint, in baiden, dem hern Rûdolf von Tanhain unde siner vrowun, ze laistende mit ganzen truwon, daz wir hievor gelobt habent. Diz, daz hievor geshriben ist. daz geshach ze Phullendorf, do von gottis gebúrte waren thusent unde zwaihundert unde niunzic iare, an sant Valentins tac. Unde warent da bi dize geziuge: dir herre Hainrich Grámlich, ain ritter, der amman ze Phullendorf, Albreh der Gûdâr, Vriderich an dem Graben, Rûdolf Grámlich, Rûdolf Zimilich, burgar von Phullendorf, brûdir Rûpreht, dir briol von Salmanswillâr, unde brûdir Hainrich von Ilminse unde andir biderb lúte.

Digitized by Google

Wir[1] Rûdolf von gottis gnaden, der bischof von Kostenz, unde Nicolaus, der abt von Luzela, viriehen, daz daz ware ist, daz an disem brieve stat, unde ze ainem úrkunde so henkent wir úsir insigil an disen brief durch die bette iewedirs tails der hievor genemmet ist.

Wir[1] Rûdolf von Tanhain, ain ritter, unde Diemût, sin husvrowe, vergehen offenliche, swaz an disem brieve geschriben ist unde daz wir habin uf gegeben diu gût alliu, diu davor genemmet sint, unde swaz dazû hóret, useren herren von Salmanswillâr, unde verzihen ús allez dez rehtez, daz wir an dem gûte allem heton, fur uns unde fur alle usir erben, unde binde ih Rûdolf mich, wer ze sinde ain ganzes iare unde númme fúr alle die, die diz gût ansprechen went. Unde ze ainem úrkúnde allir dirre dinge, so han ich gebetten disen brief sigiln mit mines herren dez bischoffis Rûdolfis insigil von Kostenz, und hen oh minen herren von Salmanswiller min insigil dar an gehenket, daz ez iemmer me state si. Wir, dir abt unde diu saminunge davor genemmte, viriehent oh, daz wir daz vor geshriben korn, win unde phenninge unde daz andir hern Rûdolf sulent gen gánzelich, stirbt vro Diemût, und sulent oh ir gen, daz da genemmet ist, gánzelichen, stirbt er.

Perg. Or. Salemer Hand. 4 Siegel aus Malta an schmalen Pergamentstreifen: 1—3 des Bischofs Rudolf von Konstanz, der Aebte von Lützel und Salem, bekannt, — 4. des Rudolf von Tannheim, dreieckschildförmig, 35:24 mm, (IV A 2) im Dreieckschild ein Tannenbaum. Umschrift: † s'. **rv̂dol'. militis. de. tanhain.** (1 mit 3 Daumeneindrücken, 2 glatt, 3 und 4 mit je 1 Daumeneindruck). Cod. Sal. III, 267. No. CCXVIII.

1290. Febr. 22. Konstanz. Johannes von Bodman und Hermann von Sulzberg leisten dem Kloster Salem Bürgschaft für die richtige Abtretung der von Ulrich von Bodman erkauften Besitzungen bei Langenrain und Kaltbrunn. 772.

Omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis Johannes de Bodemen necnon Hermannus de Sulzberc milites noticiam subscriptorum. Ad evitandam in posterum calumpniandi materiam expedit, ea, que geruntur, scripturarum testimoniis perhennari. Cum in contractu emptionis celebrate rite et legittime de possessionibus proprietariis dictis *uf der Egge*, sitis iuxta Langenrain, ac pratis sitis in Kaltenbrunnen cum omnibus suis pertinenciis, quocumque nomine censeantur, inter

[1] Auch im Or. a linea.

Digitized by Google

honorabiles in Christo . . abbatem et conventum monasterii in Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, emptores et virum strennuum Ůlricum de Bodemen, militem, venditorem, iidem . . abbas et conventus monasterii de Salem oportunum et necessarium sibi estiment in premisso contractu, consensum honeste domine . . matris eiusdem domini Ůlrici militis, necnon consensum et ratificationem domini Ůlrici, rectoris ecclesie in Veltkilch, fratris Ůlrici militis prelibati, pro cautela habundanti, ad petitionem sepedicti militis Ůlrici de Bodemen bona fide nos scriptis presentibus obligamus ad procurandum cum effectu, quod tam ipsa domina mater eiusdem Ůlrici militis infra mensem proximum, quam etiam dominus Ůlricus, rector prenotatus, qui iam gratia studiorum in alienis partibus moram trahit, similiter infra spacium unius mensis, cum primum a studio ad partes istas reversus fuerit, consensum expressum et ratificationem contractui emptionis de possessionibus memoratis *uf der Egge* ac pratis in Kaltenbrunnen adhibebunt, difficultate qualibet non obstante, ratificando [265] nichilominus ea expresse, ipsa domina ipsoque rectore, que in instrumento emptionis super hoc confecto plenius continentur; ad hec bona fide nos obligamus ad reddendum prefatos . . abbatem et conventum monasterii de Salem indempnes, si in dictis possessionibus emptis in posterum eosdem suumve monasterium pati contigerit in toto vel in parte gravamen, detrimentum aliquod vel iacturam. Subiunctum est etiam per nos, quod si premissa de consensu videlicet ratificatione et alia in instrumento emptionis contenta per memoratam dominam et Ůlricum rectorem fieri et ratificari cum effectu non procuravimus, ut est premissum, infra tempora superius prenotata, tam tempus mensis proximi quam etiam mensis, cum primum ipse dominus Ůl(ricus) rector a studio reversus fuerit, in obstagium nos sub iuramento recipiemus in civitate Constantia ad monitionem . . abbatis et conventus monasterii de Salem more obsidum unâ cum nobili viro H. de Gv̊ttingin, H. de Tetingin, C. Villico de Lv̊tgeringin, militibus, Walthero advocato in Constantia, Jo(hanne) et Jo(hanne) dictis de Hof, filiis eiusdem, Wal(thero) Gozzone, filiastro ipsius, Wal(thero) et Ber(tholdo) dicto Schallenberc, civibus Constantiensis civitatis, qui se similiter ut obsides in obstagium recipiendum in civitate Constantia obligant per presentes. Si omnia et singula

Digitized by Google

de consensu et ratificatione ac alia infra tempora supra designata procurata per nos non fuerint cum effectu, donec fuerint in totum salubriter consummata, et si aliquem de obsidibus supra positis vel alterum ex nobis cedere vel decedere contigerit, alter eque ydoneus in locum illius infra mensis spacium subrogabitur, alioquin nos unâ cum aliis obsidibus predictis in obstagium recipere nos tenemur in civitate Constantia, commoniti, ut est predictum, inde non recedendo ac obstagium observando, quousque alter eque bonus fuerit subrogatus. In evidentiam autem omnium et singulorum premissorum, cessante omni imploratione iuris canonici, civilis, municipalis seu consuetudinarii, qua mediante premissa possent in toto vel in parte violari, sigilla nostra, item nos H. de Gȳtingin, nobilis, [266] H. de Tetingin, Villicus de Lȳtgeringin, milites, sigilla nostra, ego quoque Waltherus advocatus in Constantia sigillum meum, quo et nos Johannes et Johannes de Houen, filii eiusdem, Waltherus Gǒzzo, filiaster predicti Waltheri, et Ber(tholdus) dictus Schallenberch, cives Constantienses, utimur in presenti, appendimus presentibus unâ cum appensione sigilli domini Ůl(rici) de Bodemen militis pro incommutabili observancia premissorum. Datum Constantie, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet fratre Eberhardo dicto de Stekboran, monacho in Salem, H. dicto Schilter, Bur(cardo) *vnder Schophe* et aliis quam pluribus fidedignis, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, VIII°. kalendas martii, indictione III^{a}.

Cod. Sal. III, 264 No. CCXVI. Erwähnt Ztschr. 3, 235. Vgl. No. 773 und 791.

1290. März 1. Arbon. Ůdelhildis, relicta quondam Růdolfi militis de Bodemen, verzichtet auf die ihr für ihre Lebensdauer zur Nutzniessung überwiesenen Besitzungen bei Langenrain und Kaltbrunn, welche ihre Söhne an das Kloster Salem verkauft haben, nachdem sie in nachstehender Weise durch ihre Söhne entschädigt worden: cum duabus curiis sitis in Môse et earum attinenciis universis et redditibus 18 solidorum *an der Tumphůbe* et duabus libris et dimidia de schůpoza in Obernsumbri. Actum apud Arbonam anno domini M° CC° XC°. kalendis martii, hiis testibus presentibus et ad hoc vocatis, scilicet honorandis viris Hainrico incurato in Bernanch,

Digitized by Google

Walthero, socio . . decani in Arbona, H. dicto Behaim, Nycolao dicto Nepheli, Rûd(olfo) de Roggewiler, H. Vrithoue, Burcardo Bodenzaph, Ůlrico Schaffer, Ůlrico Crůteli, Cůnrado, ministro de Lůtkilch, R. dicto *der Wirt* in Arbona, H. dicto Happenmůli, fratre Eberhardo de Stecboran, monacho in Salem, fratre Cůnrado dicto Hohegerůt, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. 773.

Cod. Sal. III, 262 No. CCXV. Vgl. No. 772 u. 791.

1290. März 1. Konstanz. Bischof Rudolf II. von Konstanz genehmigt den Verkauf des Fischereirechtes auf einer Strecke des Rheins bei Konstanz durch die Brüder von Castell an das Kloster Salem. 774.

Rûd(olfus)[1], dei gracia episcopus ecclesie Constanciensis, omnibus presentes literas inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Cum summa sit ratio, que pro religione facit, expedit ea, que sine gravi detrimento ecclesiarum || religiosis locis imperpetuum conceduntur, scripturarum indiciis tenaci et inconmutabili memorie conmendari. Noverint itaque universi, tam posteri quam presentes, quod cum viri discreti Dietegeno et Cůnradus milites de Castello || germani, Waltherus, Hainricus et Eblinus, fratres eorundem, ecclesie nostre ministeriales, ad emptionem castri in Nůwenberg cum suis pertinentiis universis ob communem ecclesie nostre[2] et ob suam privatam utilitatem procedere voluissent || et eandem emptionem sine vendicione suarum possessionum et reddituum, quos a nobis tenuerunt in feodum et possederunt, consumare nullatenus potuissent, cumque honorabiles in Christo divina permissione . . abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, nostre dyocesis, militibus et fratribus antedictis pro redditibus decem et quinque milium ac centum tantum numero piscium aridorum, qui wlgariter dicuntur *gangvische*, et pro iure capiendi eosdem pisces et alios, et pro duobus instrumentis[3], que wlgariter dicuntur *trahtan*, et pro locis, qui wlgo *gewelstet* dicuntur, ac pro iure ducendi instrumenta eadem et capiendi pisces in locis predictis et piscandi cum eisdem ac fundis, dictis instrumentis et locis annexis et aliis pertinentiis ac iuribus universis, cum quibusdam feodis dictis instrumentis et juribus pertinentibus, quos quidem redditus

[1] Verzierte Initiale. — [2] nostre ist über der Zeile eingeschaltet. — [3] Or. hat instrumtis.

Digitized by Google

cum instrumentis, locis, fundis et juribus predictis dicti milites et fratres ipsorum habuerunt et possederunt in superiori parte Reni fluminis prope civitatem Constanciensem, incipiente ab alia parte vinee . . abbatis et conventus monasterii de Petri domo in parte superiori pontis Reni et se extendente ad ea loca fluminis Reni, que dicti milites et fratres ab Alberto, quondam patre ipsorum, milite supra et infra et circumquaque usque ad hec tempora tenuerunt et pacifice possederunt, de quibus etiam dictorum piscium redditus exsolvi debent annis singulis, ut est premissum, eisdem militibus et fratribus, dum ea, que predicta sunt, omnia et singula cum omni iure, quod in partibus et locis predictis ac fundis iidem milites et fratres hucusque possederunt, excepto dumtaxat banno piscium, qui dicuntur *stůban*, non capiendorum, exponerentur venditioni, maius et utilius precium obtulissent, prefati milites et fratres, receptis centum et tredecim marcis argenti puri et legalis ponderis Constanciensis a predictis . . abbate et conventu monasterii de Salem, quas se ab ipsis recepisse et in utilitatem evidentem ipsorum ac per consequens ecclesie nostre, videlicet in emptionem predicti castri in Nůwenberg cum suis pertinentiis universis, factam per eos a nobili viro Ůlrico de Clingen seniore de castro antiquo dicto Klingen jure proprietatis seu allodii fore conversas, in nostri presentia recognoverunt, antedicti milites et fratres de Castello nobis humiliter supplicarunt, quatenus, recepta ab eis resignatione omnium et singulorum premissorum, eadem cum redditibus piscium prefatorum, fundis, locis et instrumentis et usu eorundem, prout superius sunt expressa, transferremus in . . abbatem et conventum sepedictos de Salem ipsorumque monasterium possidenda perpetuo titulo proprietatis pacifice et quiete. Nos itaque, considerantes, quod ecclesie nostre per emptionem castri predicti cum suis pertinentiis factam per dictos de Castello milites et fratres et per traditionem proprietatis eiusdem cum suis pertinentiis universis ipsis factam a dicto nobili de Clingen, sit sufficiens reconpensa, cum dictum castrum cum suis attinentiis sepedicti de Castello transferre nequeant in personas aliquas sue conditionis non existentes sine nostra manu et licentia speciali, omnia et singula supradicta redditusque piscium prefatorum cum locis, fundis et instrumentis ac omni jure tam in genere quam in specie, prout superius est ex-

Digitized by Google

pressum, accedente consensu et voluntate nostri capituli, libera et expressa ipsorumque approbatione et ratificatione intervenientibus, excepto dumtaxat jure et consuetudine banni seu prohibitionis piscium, qui wlgariter dicuntur *stíban*, non capiendorum, quod quidem jus tam banni quam prohibitionis dicti milites et fratres de Castello sibi retinuerunt specialiter et reservarunt, prefatis . . abbati et conventui de Salem ipsorumque monasterio contulimus et scriptis presentibus conferimus, proprietatis ac allodii titulo per ipsos ipsorumque monasterium habenda et possidenda eo jure eaque consuetudine, quibus dicti fratres a quondam . . patre ipsorum prenotato ea, que predicta sunt, omnia et singula cum redditibus piscium memoratorum hucusque tenuerunt et possederunt, imperpetuum pacifice et quiete, sine cuiusvis obice contradictionis. Et ad subeundum warandiam sub forma eadem dicti milites et fratres, ubicumque id de iure faciendum fuerit, in hiis, que sunt premissa, omnibus et singulis se suosque heredes memoratis . . abbati et conventui obligarunt. Ut autem ea, que premissa sunt, ac quodlibet eorundem sub stabilitate incommutabili perseverent, renunciamus circa ipsa et ipsorum quodlibet, tam pro nobis quam pro nostra ecclesia Constanciensi, de consensu expresso nostri capituli, beneficio restitutionis in integrum, literis a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, defensioni non adhibite sollempnitatis, omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis, auxilio consuetudinis generalis et particularis, omni remedio legum et canonum et generaliter omni suffragio tam in genere quam in specie, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum quodcumque ullo unquam possent tempore violari. Et in evidentiam premissorum et robur perpetuum presens instrumentum sepefatis . . abbati et conventui de Salem tradimus, sigillorum nostri et capituli ecclesie nostre necnon militum predictorum robore conmunitum. Nos . . prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Constanciensis, Dietegeno et Cũnradus, germani, milites de Castello supra nominati, recognoscentes et profitentes publice per presentes omnia et singula supradicta, prout premissa sunt, per nos et de nostro consensu pleno et expresso rite et legittime fore peracta, ad firmitatem inconmutabilem eorundem nostra sigilla huic appendimus instrumento. Actum apud Constanciam anno domini

Digitized by Google

M° CC° LXXXX°, kalendis marcii, indictione III^a, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet honorando viro magistro C(ůnrado) dicto Phefferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis Constanciensis, strenuo viro Dietegeno milite dicto de Haidelberg, Jo(hanne) dicto Phefferhart, germano magistri C(ůnradi) prenominati, Hermanno dicto Bősche, Rüd(olfo) dicto Hopper, civibus Constanciensibus, Ůlrico de Argon, Ber(tholdo) filio ipsius, C. dicto *vor Wende*, Petro dicto *an Mvrgassvn*, Cůnrado dicto Mvrer, Eber(hardo) dicto Bodemer, Ůlrico dicto Sipplinger, C. dicto Nesteli, piscatoribus, Hainrico dicto Wilde, R. dicto *in der Mv̊li*, similiter piscatoribus, fratre H(ainrico) maiore cellerario de Salem, fratre Bur(cardo) dicto *ze Bv̊rgtor*, et Hugone dicto *in der Bv̊nde* aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Hand der bischöflichen Kanzlei. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Bischofs Rudolf II., bekannt (3 schräglaufende Einschnitte). - 2. des Domcapitels (eingenäht). — 3. des Dietegen von Castell, dreieckschildförmig, 40:32 mm (IV B 1), im Siegelfelde ein Topfhelm mit daraufgesetztem Eisenhut und Kleinod (2 Flügel). Umschrift: † **sigillvm. dietegeōis. de. castello.** — 4. des Konrad von Castell, dreieckschildförmig 40:35 mm (IV A 2), im gespaltenen Schild ein leopardierter Löwe. Umschrift: † **s.' cv̊nradi. de. kastello. milits.** (3 und 4 mit Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 257 No. CCXIII. Vgl. No. 775, 776 und 784.

1290. März 15. Konstanz. Albertus de Castello, Canonicus ecclesie Constantiensis, Diettegno et Cůnradus, fratres eius, milites, versprechen dem Kloster Salem unter Bezeichnung von drei Personen, die eventuell mit ihnen in Konstanz zum Einlager erscheinen sollen, nämlich Diettegno de Haidelberc, miles, Bartholomeus et Bur(cardus) filii monatarii de Constantia, in Betreff der dem Kloster verkauften Fischereirechte den Verzicht ihrer Brüder Walterus und Epplinus beibringen zu wollen, sobald der erstere nach Hause zurückgekehrt (ad propria remeaverit), der zweite volljährig geworden sein wird. Der Official des Hofes von Konstanz besiegelt auf Bitten der Aussteller die Urkunde. Datum et actum Constantie in curia dictorum abbatis et conventus (sc. de Salem) anno domini M° CC° LXXXX°. idus marcii, indictione tercia, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino H(ainrico) dicto Zwicke, sacerdote, magistro Phefferhart, canonico ecclesie

Digitized by Google

Sancti Johannis Constantie, . . priore et cellerario monasterii de Salem, fratre Bur(cardo) dicto *ze Burgitor*, monacho ibidem, domino Diethelmo de Stainegge, milite et aliis pluribus fidedignis. 775.

Perg. Or. Salemer Hand. 4 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials, wie an No. 671. — 2. des Albert von Castell, spitzoval 40:26 mm (III A 2c in Verb. mit II B), die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter kniend ein Kleriker. Umschrift: † **s. alberti. de. castello. can. costacien.** — 3. des Dietegno und 4. des Konrad von Castell wie an No. 774 (je 1 Daumeneindruck). Vgl. No. 774, 776 und 784.

1290. März 15. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet die erfolgte Auszahlung des Kaufschillings für die von den Brüdern von Castell an das Kloster Salem verkaufte Fischereigerechtigkeit. 776.

. . Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. Noverint universi presentium in|spectores, quod constituti coram nobis dominus Diettẽgeno et dominus Cũnradus fratres et milites dicti de Castello in figura iudicii recognoverunt || se pagatos esse in centum et 13 marcas argenti ponderis Constantiensis a dilectis in Christo . . abbate et conventu monasterii in Salem pro quibusdam || redditibus piscium et pro quodam iure piscandi, de quo ipsi redditus proveniunt, predictis abbati et conventui venditis, prout in instrumento super hoc confecto sub sigillis reverendi in Christo patris ac domini R(ũdolfi), dei gracia episcopi, et capituli ecclesie Constantiensis et predictorum fratrum Diettegenonis et Cũnradi plenius continetur. Confessique sunt coram nobis, quod de predictis centum et 13 marcis argenti sepedicti fratres de Castello receperunt personaliter centum marcas argenti ponderis supradicti, et quod ad iussum eorundem fratrum magister Cũn(radus) dictus Phefferhart, canonicus ecclesie Sancti Johannis in Constantia, pagatus fuerit in octo marcas argenti predicti ponderis, et Judeus dictus Sanwel de V̊berlingen in quinque marcas ponderis iam sepedicti. In cuius rei evidentiam et testimonium premissorum ad petitionem predictorum . . abbatis et conventus monasterii de Salem sepedictorumque fratrum militum de Castello nos . . officialis curie Constantiensis memoratus et ego magister Cũn(radus) dictus Phefferhart, canonicus Sancti Johannis supradictus, sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Datum Constantie et actum anno domini M° CC°

Digitized by Google

LXXXX°., idus marcii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Hainrico dicto Ziwich, sacerdote, magistro Cûn(rado) dicto Phefferhart prenotato, . . priore et . . cellerario maiore monasterii in Salem, fratre Burcardo dicto *ze Bv̊rctor*, monacho ibidem, domino Dietṫegenone milite dicto de Haidelberc, Johanne dicto de Hove seniore, filio advocati in Constantia, Bartholomeo filio monetarii Constantiensis, Cûnrado dicto Goldast, H. dicto Vêderli, Cûn(rado) dicto Schirm, Cûn(rado) dicto Tottnacher, Burcardo dicto Hvser, civibus Constantiensibus, et aliis pluribus fidedignis, indictione tercia.

Perg. Or. Fremde Hand, wohl des Konstanzer Officials. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials wie an No. 671 (Daumeneindruck). — 2. des Canonicus Konrad Pfefferhart, spitzoval 42:26 mm, II B. in dem mit Rankenarabesken verzierten Siegelfelde ein Kelch, auf demselben liegend das mit einem Nimbus umgebene Haupt Johannes des Täufers. Umschrift: † s. magr̄i. cvnr. c(an)oic̄i. sci. ioh'. ostn̄. (Rückseite glatt.) Vgl. No. 774, 775 und 784.

1290. Apr. 5. Munderkingen. Ůlricus et Berhtoldus germani milites de Kv̊ngesegge beurkunden, dass ihre Schwester Margareta, relicta quondam Hainrici de Ånmarchingen, den halben Hof in Stadion (Stadgun), welchen H. Salzman baut und welcher ihr von ihrem verstorbenen Ehemann als Morgengabe verschrieben worden (nomine allodii, sub ratione donationis propter nuptias, que volgarite dicitur *morgengabe*), mit aller Zubehör dem Kloster Salem vergabt habe unter der Bedingung der Nutzniessung auf Lebenszeit gegen einen jährlich auf Martini fälligen Zins von einem halben Pfund Wachs. Actum apud Munderchingen, anno domini M° CC° XC°[1] nonis aprilis, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet Anshelmo dicto *vom Stain*, H. dicto Stûphe, Jacobo ministro domine Margarete antedicte, Wern(hero) cellerario eiusdem, fratre H(ainrico) dicto Gehvrne de Salem, fratre Gerungo dicto Eggehart, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. Es siegeln für sich und ihre Schwester die Aussteller. 777.

Cod. Sal. II, 222 No. CLXXXIX. Reg. Ztschr. 3, 238.

1290. Apr. 9. Wettingen. Abt Volker von Wettingen beurkundet die von Johann von Luzern gemachte Pitanzstiftung und die hinsichtlich derselben dem Visitator des Klosters Wettingen, dem Abt von Salem, gemachte Auflage und dafür ausgesetzte Gebühr. 778.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis

[1] CX ist nachträglich am Rande beigefügt.

Digitized by Google

frater Volkerus abbas totusque conventus monasterii || in Wethingen salutem et presentium cognoscere veritatem. Laudabile est scriptum, quod modernorum facta fideli serie || transmittit memorie posterorum. Noverint igitur, quos noscere fuerit oportunum, quod Johannes de Lucerna, amicus noster in domino || specialis, in augmentum suorum meritorum et subscriptarum salutem animarum nobis nostroque monasterio sexaginta libras denariorum iusto donationis titulo contulit, cum quibus quinque librarum redditus in valle Vranie comparavimus, quater in anno nostro conventui taliter distribuendos, ut in diebus anniversariorum videlicet patris predicti Johannis et matris et sue uxoris necnon sui, cum morte decesserit, una libra conventui die qualibet per cellerarium domus nostre, qui pro tempore fuerit, pro pitantia ministretur, que anniversaria in libro nostro anniversali conscribi debent et in nostro capitulo pronunciari. Idem etiam Johannes in nostro cimiterio ob sui memoriam et ibidem sepultorum reverentiam lumen erexit, statuans et ordinans, ut una libra de predictis quinque libris in eiusdem luminis usum die noctuque ardentis sine fraude per antedictum cellerarium expendatur. Et ne tam pia ordinatio frustretur in posterum, diligentie visitatoris nostri de Salem sepedictus Johannes duxit taliter committendum, ut in singulis suis visitationibus inquirat, si illo anno ordinatio prehabita sit servata, et quotiens ipsam neglectam invenerit, tot libre denariorum sibi dari debent, conventui de Salem pro pitantia ministranda. Et ut ipse visitator ad faciendam inquisitionem huiusmodi moneatur, ordinavit sepedictus Johannes, ut in singulis visitationibus sibi duo solidi denariorum per sepedictum cellerarium largiantur. In cuius ordinationis conservationem et executionem sigillum nostrum, quo et nos conventus utimur, presenti littere duximus appendendum. Datum Wethingen anno domini M° CC° LXXXX° in octava pasche.

Perg. Or. Fremde, wohl Wettinger Hand. Von dem Siegel des Abtes (aus Wachs, befestigt wie an No. 432, II B) hängt nur noch ein Fragment an der Urkunde.

1290. Apr. 13. Dettingen. Heinrich von Dettingen, Ritter, verkauft an das Kloster Salem Besitzungen genannter Eigenleute in Kalkreuthe, die er durch Güter in Wahlwies entschädigt. 779.

Universis hanc litteram inspecturis Hainricus miles de

Digitized by Google

Thetingin noticiam rei geste. Noverint universi, ad quos presentes pervenerint, quod ego possessiones sitas in Galgrûti universas cum omnibus suis attinenciis, dictas vulgariter *Kûnratzgût von den Vurholzen unde Hermans Abelins*, de consensu pleno et expresso hominum subscriptorum michi pertinencium, videlicet Cûnradi dicti de Vurholzun, Elizabet et Hermanni dicti Abeli, filii ipsius Elizabet, Aidilhaidis, sororis eiusdem Elizabet, et Hainrici, filii Aidilhaidis prefate, quibus possessiones antedicte iure proprietario pertinebant, venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii de Salem, receptis ab eis septem libris denariorum Constantiensis monete, quas me recepisse profiteor et in utilitatem evidentem, videlicet exonerationem debitorum meorum, convertisse, vendidi iuste venditionis titulo, tradidi et donavi in perpetuum libere possidendas nomine allodii, consensu nichilominus aliorum omnium, quorum intererat, accedente, facta etiam per me recompensatione hominibus meis prefatis cum shûposa sita in Walwis, possessionibus dictis vulgariter *des Tutwangersgût* de Bodeme attinenti, meliori vel equivalenti possessionibus sepedictis in Galgrûti, et renunciantibus hominibus meis sepefatis ad manus fratris Eberhardi de Stegborun, monachi in Salem, nomine ipsius monasterii, pro se suisque heredibus universis omni iuri tam in genere, quam in specie, quod ipsis in possessionibus memoratis in Galgrûti competebat vel competere videbatur. Ut igitur ea, que premissa sunt, rata permaneant, obligo me per presentes ad prestandum warandiam super contractu premisso, quocienscumque, ubicumque, coram quocumque iudice a sepedictis de Salem [279] fuero requisitus, et in evidentiam eorundem hanc litteram eisdem, domino . . abbati et conventui meo sigillo tradidi communitam. Actum apud Thetingin anno domini M° CC° XC° idus apprilis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet fratribus Cûnrado de Lomays et Willehelmo de Stain, ordinis predicatorum, Berhtoldo de Stopheln milite iuniore, Burcardo de Thetingin, socero ipsius, Bur(cardo) de Rast, fratre Eberhardo de Wolmûtingin, fratre Eberhardo de Stegboron, monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. Nos Cûnradus dictus de Vurholzen, Elizabet et Hermannus dictus Abeli, Aidilhaidis et H(ainricus), filius eius, prenotati, omnia et singula premissa vera esse profitentes, nobisque consentientibus et per

Digitized by Google

nos facta, renunciamus pro nobis nostrisque heredibus universis, ut dictum est, et renunciasse nos profitemur omni iuri tam in genere quam in specie, sub appensione sigilli domini nostri prefati, quod nobis in possessionibus memoratis quocumque modo competebat vel competere videbatur.

Cod. Sal. III, 278 No. CCXXVIII. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Apr. 16. Tamberg. Eberhardus de Hæggelnbach übergibt drei Aecker bei Hirschlanden (iuxta opidum Hirslanden prope rivum, qui dicitur *Krumbenbach*, extendentes se ad tria iugera) und drei Wiesen ebendaselbst und bei Homberg (duo videlicet, dicta M$\mathring{v}$ron, apud predictum opidum sita, tercium [sc. pratum] vero apud Honberch, in loco dicto *ze den Hursten*), die ihm eigenthümlich gehören, dem Kloster Salem für 3 1/2 Pfund und 4 Schill. Konstanzer Pfennig. Datum et actum in Thahenberch, anno domini M° CC° XC°, sexto decimo kalendas maii, presentibus testibus subnotatis, videlicet Bertoldo magistro grangie in Raitenhaslahe et H., socio suo, ibidem, fratribus in Salem, C. dicto Vmberr$\mathring{v}$hte, H. dicto Brune, Ůl(rico) de Hirslanden et C. de Husen aliisque pluribus fidedignis. 780.

Cod. Sal. II, 248 No. CCXLIII.

1290. Apr. 17. Villingen. Hainricus, plebanus ecclesie in Herzogenwiler, vergabt an das Kloster Salem sein Haus in Vöhrenbach (Vernbach, cum cellario eiusdem domus, sitam prope domum Berhtoldi, textoris, dicti *Gebv̊ttel*), bedingt sich aber auf Lebenszeit die Nutzniessung aus gegen einen Jahreszins von 6 Pfennig Breisgauer Münze. Testes huius traditionis et donationis sunt: Ber(tholdus), quondam decanus in Vilingen, H. Sollo, Walterus Lachelerius, Otto Patruus et Hugo Stehellinus, cives in Vilingen. Datum Vilingen anno domini M° CC° LXXXX°. XV. kalendas maii. 781.

Perg. Or. Fremde Hand. Von den 2 Siegeln hängt das des Ausstellers an schmalem Pergamentstreifen an, aus Wachs, spitzoval, 40:24 mm, (III A 2a) ein Priester mit Buch und Ferula (undeutlich, Umschrift unleserlich, Daumeneindruck) — das Siegel der Stadt Villingen (universitatis civium de Vilingen) ist abgefallen. Cod. Sal. II, 416 No. CCCCXXII.

1290. Mai 2. Konstanz. Bischof Rudolf II. und das Domcapitel zu Konstanz ertheilen dem Verkauf eines Hofes

Digitized by Google

zu Enahofen (Einehoven) durch Hainricus dictus Zwiche, subcustos ecclesie Constantiensis, an das Kloster Salem um 16 Mark Silber gegen Entrichtung eines Jahreszinses von einem Viertel Wachs, fällig an Mariä Verkündigung, ihre Zustimmung. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° LXXXX°. VI. nonas maii, indictione III^a, presentibus R. decano Constantiense, Ber(toldo) dicto Zwiche, Hainrico et Bur(cardo), famulis Hainrici cellerarii, dicti de Wigoltingen, aliisque quam pluribus fide dignis. 782

Perg. Or. Fremde, vermuthlich Konstanzer Hand. 2 bekannte Siegel an Pergamentstreifen, aus Wachs, des Bischofs (3 schräge Einschnitte) und des Domcapitels (Daumeneindruck). Cod. Sal. II. 218 No. CLXXXL. Vgl. No. 568 und 572.

1290. Mai 7. Schloss Wirtemberg. Graf Eberhard von Wirtemberg gestattet seinem Ministerialen, Berthold von Wermshausen, Ritter, näher beschriebene Güter an das Kloster Salem zu verkaufen. 783.

Nos Eberhardus comes de Wirtenberc tenore presencium constare volumus universis litteras has inspecturis, quod Ber(tholdus) miles dictus de Wermshvsen[1], ministerialis noster, supplicavit nobis attente, ut esset de consensus nostri licentia, quod bona subscripta, que titulo proprietatis ac dominii sibi asserit pertinere, videlicet 8 iugera agrorum, sita in territorio Wermshvsen[1], que contingit ex uno latere confines agrorum ville Nellingen, item unam peciam[2] silve, que dicitur *Aichholze*, sitam infra stratam et ripam, item totam partem, que sibi pertinebat in bonis, que quondam colebat dictus Wamseler apud Niwenhvsen, de quibus bonis nomine census dantur singulis annis 53 solidi hallensium et 6 hallenses, item 3 mensure papaveris, que vulgariter dicuntur *sumerin* [304] et 16 pulli, venerabilibus in Christo, abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, venderet ac venditionis titulo traderet ac donaret. Nos, sue peticioni benignum prebentes assensum, sibi prescripta bona, si ipsorum bonorum dominium et proprietas nobis non pertinebat, in prefatos abbatem et conventum monasterii de Salem titulo vendicionis transferendi plenam per presentes concedimus facultatem. Testes huius rei sunt, Wolframus miles de Bernhvsen iunior, Fr(idericus) de Hohinhain, C. de Laiterberc, R. quondam advocatus in

[1] Kann auch Wernishusen heissen. — [2] pecia = fragmentum.

Digitized by Google

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

Digitized by Google

Digitized by Google

143

144

145

146

147

148

149

Digitized by Google

Digitized by Google

150

151

152

153

154

155

156

157

Digitized by Google

Digitized by Google

Erläuterungen

zu den Siegel-Abbildungen.

Taf. XXII. No. 133. Prior der Prediger in Konstanz 1287 No. 715.
No. 134. Albert von Castell, Canonikus in Konstanz 1290 No. 775.
No. 135. Guta, Aebtissin zu Lindau 1288 No. 726.
No. 136. Berthold v. Stoffeln, Kirchherr in Weiterdingen 1288 No. 652.
No. 137. Konrad Pfefferhart, Canonicus in Konstanz 1290 No. 776.
No. 138. Official des Hofes zu Konstanz 1284 No. 671.
No. 139. Rudolf von Tannheim 1290 No. 771.
No. 140. Stadt Mengen 1289 No. 763.
No. 141. Konrad Fürst, von Konzenberg 1290 No. 798.*)
No. 142. Friedrich von Gotha, Deutschordensprovincial in Elsass und Burgund 1290 No. 780.*)
Taf. XXIII. No. 143. Johannes von Bodman 1285 No. 686.
No. 144. Hugo Graf von Werdenberg und Heiligenberg 1290 No. 767.
No. 145. Konrad Schenk von Belhenburg 1284 No. 668.
No. 146. Burkart von Tobel 1288 No. 650.
No. 147. Burkart von Hendorf 1288 No. 730.
No. 148. Werner von Riedhausen 1287 No. 714.
No. 149. Konrad von Hasenstein 1289 No. 656.
Taf. XXIV. No. 150. Heinrich von Neufrach 1284 No. 651.
No. 151. Nicolaus von Helmsdorf 1288 No. 667.
No. 152. Swicker von Gundelfingen 1289 No. 658.
No. 153. Konrad von Mohlishofen 1288 No. 667.
No. 154. Ulrich von Königsegg 1286 No. 724.
No. 155. Dietrich von Altstetten 1290 No. 768.
No. 156. Berthold von Fronhofen 1288 No. 724.
No. 157. Walther von Altstetten 1290 No. 768.

*) Diese Urkunden werden in der 2. Lieferung erscheinen.

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX DIPLOMATICUS SALEMITANUS.

URKUNDENBUCH
DER
CISTERZIENSERABTEI SALEM

HERAUSGEGEBEN
VON

DR. FRIEDRICH VON WEECH
GROSSH. BAD. KAMMERHERRN UND DIREKTOR DES GENERAL-LANDESARCHIVES.

8. LIEFERUNG
II. BAND 4. LIEFERUNG.
1290—1296.

BODL. LIBR
FOREIGN
PROCH

HIERZU 5 TAFELN MIT SIEGELABBILDUNGEN
AUS DER HOF-LICHTDRUCK-ANSTALT VON J. BAECKMANN IN KARLSRUHE.

KARLSRUHE.
DRUCK UND VERLAG DER G. BRAUN'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.
1886.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vrach, C., notarius noster publicus, et alii quam plures fidedigni. Et ne super premissis lis in posterum possit suboriri, presentes litteras sigilli nostri munimine una cum sigillo civium de Ezsilingen fecimus roborari. Datum et actum in castro Wirtemberc anno domini M° CC° XC°, nonis Maii.

Cod. Sal. III, 303 No. CCLIII. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Mai 15. Konstanz. Waltherus de Castello, filius quondam Alberti de Castello militis, gibt nachträglich seine (vorbehaltene) Zustimmung zum Verkaufe von Fischereirechten durch seine Brüder an das Kloster Salem. Datum Constantie et actum anno domini M° CC° LXXXX°, idus maij, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberhto de Castello, canonico ecclesie Constantiensis, Eberhardo de Stekboran, Burcardo dicto *ze Burctor*, monachis monasterii de Salem, Cûn(rado) de Castello, Dietegonone de Haidelberg, militibus, Hainrico dicto Strîth et Cûnrado dicto Todgnacher, civibus Constantiensibus, aliisque pluribus fidedignis, indictione tercia. 784.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials von Konstanz, wie an No. 671 (auf der Rückseite tiefer kreuzförmiger Einschnitt). — 2. des Walther von Castel, dreieckschildförmig 40:32 mm (IV A 2), unten abgebröckelt, im gespaltenen Schild ein leopardierter Löwe. Umschrift: † **s. walther(i. d)e. castello.** (2 Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 288 No. CCXXXVII. Vgl. No. 774—776.

1290. Mai 30. Konstanz. Bischof Rudolf II. und das Domcapitel zu Konstanz überlassen den von ihnen zu Lehen rührenden Hof zu Oberrieden, welchen Rudolf von Oberrieden an das Kloster Salem verkauft hatte, diesem Kloster gegen einen Wachszins. 785.

Rûdolfus, dei gracia episcopus, Cûnradus prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Constantiensis omnibus hanc paginam || inspecturis noticiam subscriptorum cum salute. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod cum Rûdolfus de Obriedern || miles, ecclesie nostre ministerialis, gravi esset debitorum onere pregravatus, curiam suam in Obriedern, quam a nobis iure tenuit feodali, vendicioni || decrevisset exponendam, et inter alios ad emptionem procedere cupientibus dilecti in Christo . . abbas et conventus monasterii in Salem, ordinis Cyster(ciensis), nostre dyocesis, sibi maius et utilius precium obtulissent, idem Rûdolfus predictis . . abbati et con-

Digitized by Google

ventui monasterii predicti nomine monasterii eorundem supradictam curiam cum agris, pratis, pascuis, silvis, virgultis, viis, inviis ac omnibus iuribus aliis, quocumque nomine censeantur, necnon cum Johanne, filio quondam Cûnradi villici de Obriedern, receptis ab eis quadraginta marcis argenti puri et legalis, ponderis Constantiensis, adhibitis omnibus sollempnitatibus verborum et gestuum, que in huiusmodi contractibus de iure vel consuetudine adhiberi solent, vendidit, petens a nobis humiliter et devote, quatenus predictam curiam cum omnibus suis pertinentiis sepedictis abbati et conventui monasterii de Salem traderemus pro annuo censu, videlicet dimidia libra cere, nostre camere in die purificationis annis singulis assignanda, perpetuo possidendam, nos vero, ipsius peticionibus favorabiliter inclinati, predictam curiam, recepta resignatione eiusdem militis, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis universis sepedictis abbati et conventui monasterii pretaxati necnon Johannem prenotatum, servum militis memorati, tradimus perpetuo libere possidendos. Et ut ea, que premissa sunt, a nullo unquam valeant aliquatenus irritari, sepedictus miles renuntiavit omni actioni, exceptioni, inplorationi, officio iudicis, literis a sede apostolica vel aliunde iam impetratis aut impetrandis, defensioni non adhibitis sollempnitatibus, omni remedio legum et canonum et generaliter omni suffragio, quo mediante ea, que premissa sunt, vel ipsorum aliquid ullo unquam possent tempore violari. Et in evidentiam omnium premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presens instrumentum memoratis abbati et conventui sigillo nostro et capituli ecclesie nostre, necnon sigillis militis prefati et Ůlrici fratris sui militis tradimus communitum. Ego Rûdolfus sepefatus miles, recognoscens omnia et singula supradicta per me et de meo consensu expresso rite et legitime fore peracta, prout superius est expressum, ad firmitatem omnium predictorum incommutabilem presentibus appendo sigillum meum, obligans[1] nichilominus me meosque heredes per stipulationem sollempnem ad prestandum warandiam curie predicte et servi mei quondam Johannis sepedicti, venditi[2] per me abbati et conventui memoratis. Actum Turegi, et Constantie consummatum anno domini M° CC° XC°. III kalendas iunii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet dilecto in Christo ab-

[1] Von hier an andere Tinte. — [2] Or. hat venditis.

Digitized by Google

bate monasterii predicti in Salem, magistro Walthero dicto de Schafusa, canonico ecclesie Sancti Stephani in Constantia, . . dicto de Rordorf, monacho monasterii in Wettingen, fratre Burcardo dicto *ze Bůrctor*, monasterii monacho predicti in Salem et aliis pluribus fidedignis, indictione III[a].

Perg. Or. Fremde Hand. 3 Siegel aus Malta an sehr schmalen Pergamentstreifen: 1. des Bischofs Rudolf von Konstanz (Daumeneindruck). — 2. des Domcapitels (2 schräglaufende Einschnitte), beide bekannt. — 3. des Ulrich von Oberrieden, schildförmig, 40:35 mm (IV A 2), im Schild ein Kahn mit 2 Rudern (vgl. Züricher Wappenrolle No. 436). Umschrift: † **s.' vlrici. de. obernrieder. militis.** (2 Fingereindrücke.) Das 4. Siegel ist abgefallen. Cod. Sal. III, 283 No. CCXXXII. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Mai 31. Mainau. Friedrich von Gotha, Deutschordensprovinzial in Elsass und Burgund bestätigt den Verkauf von Besitzungen in Jettenhausen, deren Eigenthumsrecht dem Hause Mainau zusteht, durch die Töchter weil. Burkards Vink an das Kloster Salem. 786.

Universis hanc literam inspecturis Fridericus, divina permissione provincialis fratrum Theutonicorum per Alsaciam || et Burgundiam, dictus de Gota, fidem presentibus adhibere. Noverint universi, ad quos presentes || pervenerint, quod cum dilecte in Christo Christina, Willeburgis et Adilhaidis, sorores, filie Burcardi quondam militis || dicti Vinken, possessiones sitas in Hittenhûs universas, que iure proprietario domui de Maigenŏwe pertinebant, venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui de Salem, receptis ab eis sex marcis et uno fertone puri et legalis argenti, iuste et legaliter vendidissent, consensu unanimi omnium, quorum intererat, accedente, nec ista vendicio sine nostro consensu et ratificatione fieri potuisset, et cum fratres Rûdolfus, commendator domus in Alshusen, et Hiltpoldus de Stekboron ad inducendum nos, ut consensum nostrum venditioni predicte adhiberemus, se sub pena refusionis sex marcarum antedictarum predictis de Salem per suas literas obligassent, nos, ob dilectionem predictarum dominarum et absolutionem fratrum predictorum, ratificationem et consensum nostrum vendicioni predicte adhibemus, ius proprietatis possessionum prefatarum in prefatos de Salem ipsorumque monasterium transferendo, pleno iure ab ipsis in perpetuum libere possidendum. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque, qui pro tempore fuerint, successoribus et pro domo in Maigenowe omni iuri tam in genere quam in specie, quod

Digitized by Google

nobis seu dicte domui in ipsis possessionibus competebat, et omnibus generaliter et specialiter, per que dicta donatio et ratificatio posset in posterum quovis ingenio violari. In cuius facti evidenciam presentem literam sepedictis de Salem nostro sigillo porreximus communitam. Datum et actum in Maigenôwe, anno domini M° CC° XC°. II. kalendas junii.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, befestigt wie an No. 432, rund, 35 mm (III A 2c in Verb. mit II B), im Siegelfelde der gekreuzigte Heiland, zu seiner Seite Maria und Johannes, darunter, unter einem Rundbogen kniend, eine den Siegler darstellende Figur. Umschrift: † s.' **comendatoris. de. alsacia. et. bvrgvndia.** (Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 282 No. CCXXXI. Reg. Ztschr. 3, 239.

1290. Juni 2. Konstanz. Bertholdus comes de Sancto Monte, canonicus Sancti Johannis Constantie, verzichtet auf alle ihm etwa noch zustehenden Rechte an dem Hofe zu Leustetten (Lehsteten), genannt *Shadmanshove*, welchen er und sein verstorbener Bruder Cûnradus comes de Sancto Monte an Hainricus dictus Shadman, civis in Vberlingen zu rechtem Eigenthum verkauften und den nunmehr dieser, zu seinem und seiner Ehefrau Adilhaidis Seelenheil, mit Zustimmung des Sohnes seiner Schwester, Hainricus dictus Notarius, civis in Vberlingen, dem Kloster Salem vergabt hat. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° nonagesimo, III. nonas junii, presentibus hiis testibus et rogatis, videlicet magistro Hainrico de Phin, Cûnrado de Mânlishouen, milite, Cûnrado de Denkingen, Ûlrico dicto Ângeli, civibus Constantiensibus, Philippo Scriba, Hainrico Shadman, Hermanno Pannicida, civibus in Vberlingen, Hâbchelino, servo memorati Shadman, Bari, servo comitis de Sancto Monte antedicti, Johanne dicto Phlumârren, Cûnrado dicto Veterre de Rotwil, Burchardo Shallenberc et Walthero de Ysnina, fratribus et monachis in Salem. 787.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta an schmalem Pergamentstreifen, wie an No. 554. (Daumeneindruck.) Vgl. die dort gemachte Bemerkung. Cod. Sal. III, 290 No. CCXXXIX.

1290. Juni 8. Wirtemberg. Graf Eberhard von Wirtemberg genehmigt den Verkauf näher bezeichneter Güter zu Wermshausen durch den Ritter Berthold von Wermshausen an das Kloster Salem. 788.

Eberhardus comes de Wirtenberc presencium inspectoribus universis salutem cum noticia subscriptorum. Noverint igitur ||

Digitized by Google

presencium inspectores universi, quod Berhtoldus miles de Wermshusen, dictus *Spizichirn*, ministerialis noster, supplicavit nobis || attente, ut esset de consensus nostri licentia, quod undecim iugera agrorum, apud Wermshusen sita, super nemus, quod dicitur *Aichach*, item decem iugera agrorum ex utraque parte strate site versus Husen, item quinque iugera, que dicuntur *Krummenacker*, item duo iugera, que dicuntur *Mittelstucke*, item tria iugera, que dicuntur *diu lange Vurch*, et domum venatoris in Wermshusen cum suis attinentiis venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salêm venderet ac vendicionis tytulo traderet ac donaret. Nos, sue peticioni benignum prebentes assensum, sibi bona prescripta, si ipsa bona a nobis tytulo feodi non possedit, in prefatos . . abbatem et conventum de Salem venditionis tytulo transferendi plenam per presentes concedimus facultatem. Testes huius rei sunt: Wolfr(amus) miles de Bernhusen iunior, Fridericus de Hohenhain, Cunradus Rupertus, civis in Ezselingen, Cunradus, notarius noster publicus, et alii quamplures fide digni. Et ne aliqua lis super premissis in posterum possit suboriri, presentes literas in evidens testimonium premissorum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Wirtenberc anno domini M° CC° LXXXX°. VI^to. idus iunii.

Perg. Or. Fremde Hand. Fragment des Siegels des Ausstellers aus Wachs wie an No. 631. (Tiefer Daumeneindruck.) Cod. Sal. III, 303 No. CCLII.

1290. Jun. 11. Esslingen. Bertholdus miles de Nyphen nobilis übergibt das Eigenthumsrecht seiner Besitzungen in Binhusen (ad culturam quatuor boum se extendentium, que dicuntur *des Sattels gût*), welche Bertoldus dictus Mochentaler baut, dem Kloster Salem. Actum apud Esselingen, anno domini M° CC° nonagesimo, III. idus junii, hiis testibus presentibus, videlicet strennuis viris Cûnrado et Hainrico fratribus dictis Schilhinch, militibus, Bertoldo dicto Hôpt, Rûdegero dicto Rûpreht, Cûnrado dicto Crûci, civibus in Esselingen, fratre Gerungo dicto Ekhart, converso in Salem, aliisque pluribus probis viris. 789.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, wie an No. 617. (Drei Einkerbungen.) Cod. Sal. III, 287 No. CCXXXVI. Reg. Ztschr. 3, 240.

Digitized by Google

1290. Jan. 13. Esslingen. **Gelphrad, Kirchherr in Sulz, und sein Bruder Werner, Ritter, genannt von Neuhausen beurkunden die dem Kloster Salem bezüglich der Immission in den Besitz von Gütern zu Wermshausen und Neuhausen gegebenen Bürgschaften. 790.**

Gelphradus, rector ecclesie in Sulze, ac Wernherus, frater suus, miles, dicti de Niwenhusen, presentium literam inspectoribus salutem et credere subnotatis. Cum strennuus vir Berhtoldus miles, dictus *Spicichirn*, de Wermshusen devoto[1] viro, fratri Cûnrado, magistro et provisori curie in Esselingen, que dicitur *Salmanswiler hôf*, nomine venerabilium virorum, abbatis et conventus in Salem, undecim iugera apud Wermshusen, sita super nemus, quod dicitur *Aishach*, et decem iugera, sita ex utraque strate parte ducentis versus Hvsen, necnon quinque iugera, que dicuntur *Krummaker*, ac duo iugera, que dicuntur *Mittelstuke*, triaque iugera agrorum, que dicuntur *diu lange Vurh*, octo quoque iugera agrorum, que attingunt ex uno latere confinis agrorum ville Nallingen, et octo iugera nemoris, quod dicitur *Aichelholz*[2], situm infra stratam et ripam et aqueductum eiusdem ripe, item totam partem, que sibi pertinebat in bonis, que quondam colebat dictus Wamseler apud Niwenhusen, de quibus bonis nomine census [224] dantur singulis annis quinque solidi hallensium et sex hallenses et tria sumerina papaveris et sedecim pulli, legali venditionis titulo vendiderit pro certe pecunie quantitate, nos talem, ad petitionem predicti Bertholdi militis, eidem fratri Cûnrado ac abbati et conventui prehabitis fideiussionem in hiis scriptis recognoscimus interposuisse, quod si infra tempus usualis prescriptionis pretacti, frater Cûnradus, abbas et conventus in ius a quocumque, occasione prelibatorum bonorum, vocati fuerint, vel dicta bona ipsis abiudicata vel aliqualiter occupata, tunc nos, una cum Berth(oldo) milite principali, cum de hoc requisiti fuerimus, apud Esselingen verum obstagium observabimus, inde non recessuri, donec abiudicata bona secundum arbitrium proborum virorum ad hoc a partibus, cum necesse fuerit, eligendorum aut per equivalentia bona immobilia vel mobilia cum dampnis interesse sepedictis abbati et conventui totaliter resarcientur et in melius recompensentur. Denique cum heredes prenarrati Berth(oldi) militis legittimos devenerint ad annos, premissa[3] bona resignare moneantur.

[1] Cod. hat dovoto. — [2] Cod. hat Aichchelholz. — [3] Cod. hat premissos.

Digitized by Google

Quod si noluerint et contra venditionem hanc venire presumpserint, superius expressum obstagium observabimus, quam diu prehabita bona contradixerint resignare. Si vero medio tempore alter nostrum ab hac vita migraverit, superstes fideiussor et ipse Ber(tholdus) principalis pretactum obstagium ingredi tenentur, ibidem manentes, quousque eque ydoneus fideiussor loco defuncti in forma prehabita fideiussionis sepedicto abbati et conventui substituatur. In cuius rei evidenciam presentem paginam nostrorum sigillorum duximus munimine roborandam. Datum et actum apud Esselingen in domo Geroldi prope pontem, presentibus H. sculteto, Hugone Nallingario, R. dicto Hasenzagel, et seniore Ruperto, C(ûnrado), Rudegero, fratribus suis, Friderico de Hallis et aliis fidedignis, anno domini M° CC° XC° idus iunii, indictione tercia.

Cod. Sal. II, 223 No. CXC.

1290. Juli 9. Konstanz. Ůlricus de Bodeme, rector ecclesie in Veltkilh, ertheilt nachträglich seine Zustimmung zu dem von seinem Bruder vollzogenen Verkauf von Gütern *uf der Egge* bei Langenrain und in Kaltbrunnen an das Kloster Salem. Datum Constantie et actum anno domini M° CC° LXXXX°. VII°. idus julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet comite Berhtoldo Sancti Montis, canonico ecclesie Curiensis, Ůlrico dicto Spůl, canonico ecclesie Sancti Stephani in Constantia, Eberhardo de Stekboran, Bur(cardo) dicto *ze Bůrctor*, Hainrico de Ilmense, monachis monasterii in Salem, Ůlrico de Bodeme, milite, R. de Bermetingin, servo suo, Ůlrico ministro civitatis Constantiensis, Cûnrado monetario civitatis eiusdem aliisque pluribus, indictione tercia. 791.

Cod. Sal. III, 289 No. CCXXXVIII.

Durch ein Versehen ist die Haupturkunde des Ůlricus de Bodemen, miles Constantiensis dyocesis, über diesen Verkauf — d. d. 1288. März 1. Konstanz — im Druck weggelassen worden. Ueber den Inhalt geben die Urkunden No. 772, 773, und 791 hinreichend Auskunft. Die Zeugen sind folgende: Magister Cûnradus dictus Phefferhart, canonicus ecclesie Sancti Johannis in Constantia, et Hainricus scolaris suus, clericus de Vberlingin, frater Eberhardus dictus de Stecboran, monachus in Salem, Hainricus de Gůtingin, Johannes de Bodemen, Hermannus de Sulzberch, milites, Waltherus, advocatus Constantiensis necnon sui filii Johannes et Johannes et filiaster suus Gotfridus, Hainricus dictus Schilter, Burcardus dictus Underschoph, cives Constantienses et alii plures fidedigni, anno domini M° CC° LXXXVIII° kalendis martii, indictione tercia. Cod. Sal. III, 260 No. CCXIIII. Reg. Ztschr. 3, 235.

Digitized by Google

1290. Juli 20. Pfullendorf. Hainricus dictus Græmelich, minister et universitas civium in Phullendorf beurkunden, dass in einem Streit zwischen dem Kloster Salem einerseits und Bertold Houespitz und dessen Söhnen Rudeger und Walter anderseits über Besitzungen zu Sol, über die das Eigenthumsrecht dem genannten Kloster zusteht, nach dem Rath ehrbarer Männer (de proborum virorum consilio) eine Vereinbarung dahin getroffen wurde, dass Bertold und seine Söhne gegen eine Abfindung von 2 Malter Weizen auf ihre Rechte an diesen Besitzungen verzichten. Actum apud Phullendorf, anno domini M° CC° nonagesimo, XIIII. kalendas augusti, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorandis viris Hainrico, rectore ecclesie in Capelle, Rûd(olfo) et H(ainrico) dicto Yler, sociis eiusdem, Rûd(olfo) milite de Tanhain, Cûnrado filio Hainrici ministri dicti Græmelich, Friderico *am Graben*, Waltero de Wuluelingen, Rûd(olfo) et H(ainrico) dictis Græmelich, civibus in Phullendorf, aliisque pluribus fidedignis. 792.

Perg. Or. mit dem Siegel der Stadt Pfullendorf, das an einem Pergamentstreifen anhängt (in ein Säckchen eingenäht). In dem fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv zu Regensburg. Cod. Sal. III, 285 No. CCXXXIV.

1290. Juli 22. Pfullendorf. Der Amman Heinrich und die Gesammtheit der Bürger zu Pfullendorf beurkunden die Schenkung eines Hauses daselbst durch Heinrich Uiler und seine Ehefrau Maechtild an das Kloster Salem. 793.

Universis hanc literam inspecturis Hainricus minister et universitas civium in Phullendorf, noticiam rei geste. || Noverint universi tam posteri quam presentes, quod Hainricus dictus Viler et Mæhtildis uxor sua, saluti animarum suarum consulere || cupientes, domum suam sitam in Phullendorf infra muros et pratum situm prope pontem, dictum *Schûttelunbrugge* || de consensu Cûnradi, patris ipsius Hainrici et Adilheidis, matris eiusdem, aliorumque omnium, quorum intererat, per sollempnem donacionem venerabilibus in Christo domino . . abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, donaverunt simpliciter propter deum, ita quod iidem de Salem domum et pratum andedictum eisdem Hainrico et Mæhtildi et liberis, si quos ipsi ambo procreaverint, pro annuo censu, videlicet uno fertone cere in festo beati Martini suo monasterio annis singulis persolvendo, concedant pos-

Digitized by Google

sidenda pacifice et quiete, salvo eodem iure heredibus liberorum ipsorum, si quos eos, ut dictum est, contigerit procreare. Hiis nichilominus condicionibus adiectis, videlicet quod si alter ipsorum, Hainricus videlicet aut Mæhtildis, rebus humanis exemptus fuerit, et ille, qui super vixerit, ad alia matrimonii vota voluerit transvolare, medietas domus et prati antedictorum ad prefatos de Salem libere devolvatur, reliqua medietate ei, qui superstes fuerit, reservata, dumtaxat pro tempore vite sue, quo ex hac luce migrante, reliqua medietas domus et prati sepedictorum reverti debebit libere ad monasterium antedictum, nec . . liberi, si quos ex alio matrimonio susceperit seu quicumque heredes illius, qui superſtes fuerit, quicquam sibi iuris vendicabunt aliquatenus in eisdem. In cuius facti evidenciam presentem literam eisdem abbati et conventui ad peticionem Hainrici et Mæhtildis sepedictorum sigillo nostre civitatis porreximus communitam. Actum apud Phullendorf in cymiterio, anno domini M° CC° nonagesimo, XI. kalendas augusti, indictione III^a, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico ministro in Phullendorf prenotato, Alberto de Ertingen, militibus, Alberto filio Alberti, Cûnrado, filio Hainrici ministri antedicti, Alberto dicto Gûder et Ber(toldo) fratre suo, Ber(toldo) dicto Hoppe, C. dicto Horne, Rûd(olfo) precone, H. de Mambûrron, H. de Winterlingen, Cûnrado Mvlli et aliis quam pluribus probis viris.

Perg. Or. Siegel abgefallen. Im Fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv in Regensburg.

1290. Aug. 20. Schattbuch. Swiggerus de Teggenhusen, judex provincialis in comitatu Sancti Montis, beurkundet, dass Fridericus de Phlegelberch im Verlaufe eines Streites mit dem Kloster Salem über Besitzungen in Wanzenwiler, welche weiland Fridericus de Phlegelberch miles, patruus ipsius Friderici et uxor sua Salome dem genannten Kloster vergabten[1], öffentlich vor ihm erklärt habe, dass ihm an diesen Besitzungen kein Recht zustehe. Actum apud Schattebûch anno domini M° CC° nonagesimo, XIII. kalendas septembris, indictione III^a, presentibus testibus, videlicet viris strennuis H(ainrico) Pincerna de Smalnegge, Fr(iderico) de Mænlishouen, H(ainrico) dicto Græmelich, militibus, Hainrico cellerario maiore, H(ain-

[1] S. d. Urk. d. d. 1252 o. T. No. 277.

Digitized by Google

rico) de Ilmense, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis. 794.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 621, befestigt wie an No. 432. (3 Einschnitte.) Cod. Sal. II, 226 No. CXCIII.

1290. Aug. 22. Nellenburg. Heinrich, ein Ritter, und Konrad von Homburg, Brüder, übertragen im Verlaufe eines Rechtsstreites zwischen dem Kloster Salem und den Brüdern Romer über Besitzungen zu Hirschlanden, die ihnen an einzelnen derselben zustehenden Rechte auf das genannte Kloster. 795.

Universis hanc literam inspecturis Hainricus miles et Cûnradus germani de Honburch fidem presentibus adhibere. Noverint universi, || ad quos presentes pervenerint, quod cum inter venerabiles in Christo . . abbatem et conventum in Salem ex una et Hainricum ac Johannem || dictos Rômer ex parte altera super possessionibus sitis in Hirzlanden, quas felicis recordationis Hainricus, avus noster, eisdem de Salem donavit, questio verteretur, tandem ex parte dictorum de Salem in nobilem virum Swigerum de Deggenhusen et Fridricum de Mænlinshouen militem, ex parte vero dictorum Rômer in . . virum strennuum de Randeg et Cûnradum de Stain, tamquam in veros arbitros, extitit compromissum, illi autem, Fridricum dictum Knusser, militem, eligentes medium et communem, fuerunt concorditer arbitrati, quod frater Hainricus, cellerarius maior in Salem, cum duobus aliis probis viris omni exceptione maioribus iuramento corporali firmaret, monasterium de Salem possessiones antedictas per duodecim annos pacifice possedisse; quod cum idem cellerarius fecisset, iidem arbitri possessiones sepedictas unâ cum medio et communi, quem elegerant, monasterio de Salem adiudicaverunt iusticia mediante, ab impeticione dictorum germanorum Romer pronunciantes eosdem de Salem libere absolutos. Actum apud Bodemen anno domini M° CC° LXXX°. IX°. octavo kalendas decembris[1], presentibus viris strennuis Rudolfo de Sulzberch, Hainrico de Niuvron, Hainrico dicto Graemelich militibus. Verum quia sepedicti Hainricus et Johannes in Hirzlanden quasdam alias possessiones preter predictas, quas avus noster, ut dictum est, illis de Salem donavit, habere noscuntur, ad redditus octo solidorum et dimidii se extendentes, quas etiam a nobis in feo-

[1] 1289 Nov. 24.

Digitized by Google

dum tenuerunt, sepedictis de Salem cum instancia supplicarunt, quatenus ipsi eosdem redditus seu possessiones a dictis fratribus aliqualiter compararent, iidem vero de Salem ad hoc, ut omnis calumpnie seu questionis materia de medio tolleretur et ut sepedicti Romer renunciarent omni iuri, si quid habebant vel habere videbantur in redditibus antedictis seu omnibus possessionibus, quas impetiverunt in Hirzlanden, eosdem redditus, datis eisdem Hainrico et Johanni septem libris denariorum, iuste et legaliter ab ipsis emerunt, renunciantibus nobis omni iuri, quod ratione infeodationis nobis seu nostris heredibus in dictis possessionibus seu redditibus competebat, ac ad petitionem dictorum Romer transferentibus in monasterium prenotatum. In cuius facti evidenciam hanc litteram sigillis nobilis viri Manegoldi comitis de Nellenburch ac meo Hainrici prenotati, quo et ego Cûnradus contentus sum, eisdem de Salem porreximus communitam. Actum in Nellenburch pro nobis anno domini M° CC° LXXXX°. XI. kalendas septembris, presentibus hiis testibus, videlicet viris strennuis, Gôzwino de Hohenvels, dicto Lôber, Luitwrodo de Rordorf, H. germano suo, F. de Mænlinshouen, H. de Naencingen, H. de Hoberch militibus, Bertoldo mercatore et Bertoldo magistro in Raitenhasela, conversis in Salem aliisque pluribus fidedignis. Nos Manegoldus comes de Nellenburch iam dictus omnia et singula premissa vera esse profitentes ac nobis procuratoribus facta, ad peticionem partium presens instrumentum nostro fecimus sigillo communiri. Nos quoque Hainricus et Johannes prenotati omnia et singula premissa vera esse profitentes ac pecuniam memoratam nos recepisse, renunciamus pro nobis nostrisque heredibus universis omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis in possessionibus omnibus sitis in Hirzlanden competebat vel competere videbatur, et in evidenciam premissorum sigillis dominorum nostrorum predictorum de Nellenburch et de Honburch hanc petivimus literam communiri.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Mangold von Nellenburg wie an No. 736 (3 schräge Einschnitte). — 2. des Heinrich von Homburg, dreieckschildförmig, 42:33 mm (IV A 2), im Schild ein Hirschgeweih. Umschrift: † s.' **hainrici. de. honbvrch.** (Rückseite gratartig erhöht). Im Cod. Sal. befindet sich keine Abschrift dieser Urkunde, wohl aber (III, 222 No. CLXXXI) eine Notiz über den Schiedsspruch in dem Streit zwischen Salem und den Brüdern Romer, jedoch in Actum und Zeugenreihe von der betreffenden Stelle der

Digitized by Google

vorliegenden Urkunde abweichend. Es heisst dort: Actum apud Bodemen anno domini M° CC° LXXXIX° in vigilia beati Andree, hiis testibus presentibus: R. de Sulzeberch, H. de Nv̊fron, H. de Waltstaige, H. dicto Grâmelich, ministro in Phullendorf, militibus, H. ministro de V̊berlingin, H. Rasore, H. Marsbv̊rrer, C. Gothaim, H. Herrer.

1290. Oct. 18. Salem. Ulrich und Marquard von Schellenberg, Heinrich von Neufrach, Hermann von Sulzberg und Heinrich Grämlich, entscheiden als Schiedsrichter einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Dietrich von Neufrach über einen Hof in Neufrach. 796.

Omnibus presentis pagine inspectoribus Ůlricus et Marquardus de Schellenberch, serenissimi R(ůdolfi), dei gracia Romanorum regis, vicem gerentes, Hainricus || de Nůfron, Hermannus de Sulzperch, Hainricus dictus Græmelich, minister in Phullendorf, milites, noticiam rei geste. Ne lites decise per || concordiam recidivent, expedit, ut forme decisionum literarum indiciis tenaci memorie commendentur. Eapropter noverint universi tam posteri quam presentes, quod || cum inter venerabiles in Christo . . abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, super curia sita in Nůfron, quam excolit Cůnradus dictus de Rauenspurch, iure proprietario memoratis de Salem pertinente, ex una, et Dietricum de Nůfron ex parte altera questio verteretur, tandem in nos a partibus, tanquam in veros arbitros, extitit conpromissum, nos vero pro bono pacis et concordie, suscepto in nos arbitrio, concorditer fuimus arbitrati, quod prefati de Salem, receptis a Dietrico antedicto triginta novem marcis argenti ponderis Constantiensis, quas iidem sibi antea pro ipsa curia iuste vendicionis titulo donaverunt, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, eandem curiam cum omnibus suis appendiciis predicto Dietrico redderent et eum in ipsius possessionem mitterent corporalem pacifice et quiete, hiis tamen condicionibus preconceptis, videlicet quod ipse eandem curiam a prefatis de Salem pro annuo censu, videlicet una libra cere in festo beati Martini ipsis annis singulis persolvenda, in feodum habeat, et si ipsum cedere vel decedere contingat sine heredibus, qui wlgariter *liberben* dicuntur, eadem curia cum omnibus suis attinenciis et iuribus universis ad sepefatos de Salem libere revertatur, nec quisquam heredum ipsius Dietrici aliquid sibi iuris vendicet in eadem. Si etiam ipse Dietricus curiam sepedictam alienare per quem-

Digitized by Google

cumque modum vel quocumque titulo decreverit, quod tamen sine certa et manifesta necessitate facere non debet, sepedictis de Salem eandem curiam, prout nos Marquardus de Schellenberch et Hainricus dictus Græmelich prenotati, quos ad hoc iidem de Salem elegerunt, et vir strennuus Ůlricus de Kůnigesegge et ego Hainricus de Nůfron memoratus, quos Dietricus ad hoc elegit, taxaverimus, dare debet et tradere, contradictione qualibet non obstante. Quod si nos in taxacione seu estimacione nequiverimus concordare, personam mediam seu communem eligere debemus, et ad cuius partis summam in estimacione seu taxacione illa se contulerit, illius debet estimacio seu taxacio rata esse. Verum si aliquis ex nobis, qui ad taxacionem seu estimacionem a partibus sunt electi, viam universe carnis infecto negocio fuerit ingressus, alter loco ipsius a parte, a qua ille electus fuerat, subrogari debet, ut ille cum aliis, qui superstites fuerint, in negocio procedat, secundum quod superius est expressum. In huius igitur rei evidenciam et robur perpetuum presens instrumentum sepedictis de Salem sigillorum nostrorum et Dietrici sepedicti porreximus robore conmunitum. Actum apud Salem anno domini M° CC° nonagesimo, XV. kalendas novembris, indictione IIII^a^, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro Růd(olfo) comite de Sangans, viris strennuis Wolfganch de Walse, Friderico dicto Tumbe de Nůwenburch, Hainrico de Schônenstain, Willehelmo dicto Heller, Nycolao de Hermstorf, Friderico de Mænlishouen, militibus, Cůnrado de Marchtorf, Walt(ero) de Warthusen, Cůnone de Swarzenhorn, Walt(ero) de Homberch, fratre Růperto priore, Hainrico cellerario maiore, Burcardo de Burchtor, Eber(hardo) de Stekboron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. Ego Dietricus de Nůfron prenotatus omnia et singula premissa profiteor esse vera, sigillum meum huic litere appendendo pro testimonio et cautela.

Perg. Or. Salemer Hand. 6 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Ulrich von Schellenberg, rund, 50 mm (IV A 2), der Dreieckschild dreimal getheilt, Umschrift: † **sigillvm. vlrici. de. schellenberch.** (2 schräglaufende tiefe Einschnitte). — 2. des Marquard von Schellenberg, wie an No. 712 (2 unregelmässig geformte tiefe Einschnitte). — 3. des Heinrich von Neufrach wie an No. 651 (3 wagrechte Einschnitte). — 4. des Hermann von Sulzberg, dreieckschildförmig, 43:37 mm (IV A 2), der Schild durch Wellenlinien fünfmal getheilt, Umschrift: † **s'. hermanni.**

Digitized by Google

de. svlzeberch. ivvenis. (Daumeneindruck). — 5. des Dietrich von Neufrach wie an No. 651 (Daumeneindruck). — 6. des Heinrich Grämlich, dreieckschildförmig, 45:38 mm (IV A 2), im Schilde ein nach rechts schauender Steinbock, Umschrift: † s'. **hainrici. gramelich. de. phvlendorf.** (3 Einschnitte).

1290. Oct. 18. Salem. Ůlricus et Marquardus de Schellenberch fratres milites beurkunden, dass sie in einem Streit zwischen dem Kloster Salem und Hainricus de Nůfron, miles über die von dem verstorbenen Kleriker Ortolfus de Laiterberch herrührenden Besitzungen in Levertsweiler (Laifiswiler) und das Patronatsrecht der Kirche daselbst, als Schiedsrichter mit Hermannus de Sulzberch und Hainricus dictus Græmelich, minister in Phullendorf dahin erkannt haben, dass dem Hainricus de Nůfron an denselben kein Recht zustehe, dass aber trotzdem — pro superhabundanti cautela — das Kloster Salem demselben 11 Mark Silber auszahlen soll, wogegen er förmlich allen etwaigen Ansprüchen zu entsagen hat. Gleichzeitig spricht Hainricus de Nůfron diesen Verzicht aus. Actum Salem anno domini M° CC° nonagesimo, XV. kalendas novembris, indictione IIII^a.[1] 797.

Perg. Or. Salemer Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen, des Ulrich und Marquard von Schellenberg wie an No. 796 und des Heinrich von Neufrach wie an No. 651.

1290. Nov. 17. Salem. Cůnradus nobilis dictus *der Fůrst* de Cůnzenberch verzichtet auf das Eigenthumsrecht seiner Besitzungen, genannt *ze Betzenwison*, welche Burcardus dictus de Rischach von ihm, er selbst von Graf Mangold von Nellenburg zu Lehen trägt, zu Gunsten des Klosters Salem. Actum apud Salem anno domini M° CC° nonagesimo, XV. kalendas decembris, presentibus viro strennuo, domino Eber(hardo) milite de Talhain, Hainrico filio suo, item fratribus Hainrico cellerario maiore, Hainrico dicto *der Fůrste*, Růdolfo dicto Jǒheler, B. de Bermetingen iuniore, Cůnrado Katholico, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus probis viris. 798.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta, beschädigt, befestigt wie an No. 432, dreieckschildförmig, 45:40 mm (IV A 1) im Siegelfeld ein Hirsch auf 4 Bergen nach rechts aufwärts springend. Umschrift: † s'. c. **principis. (de. c)onzenberch.** (Daumeneindruck). Cod. Sal. II, 240 No. CCXIIII. Reg. Ztschr. 3, 240.

[1] Die Zeugenreihe wie bei No. 796

Digitized by Google

1290. Nov. 20. Konstanz. Der Official des Hofgerichts zu Konstanz beurkundet, dass er, in einem Streite des Klosters Salem über die von dem verstorbenen Kleriker Ortolfus de Laiterberch herrührenden Besitzungen und das Patronatsrecht der Kirche in Levertsweiler (Lâifiswiler) mit dem Ritter Nycolaus de Hermestorf und dessen Schwiegermutter Engellindis, der Schwester jenes Ortolf, nebst Ůlricus de Richental, canonicus ecclesie Constantiensis, und Růdolfus miles de Sulzperch zum Schiedsrichter bestellt, das Urtheil dahin gefällt habe, dass diesen kein Anspruch auf die genannten Besitzungen zustehe, dass sie jedoch (pro superhabundanti cautela) gegen 5 Mark Silber, die ihnen das Kloster Salem auszahlen soll, förmlich auf jeden etwaigen Anspruch zu verzichten haben. Nicolaus und Enggellindis sprechen diesen Verzicht aus. Actum Constantie anno domini M^{0} CC^{0} nonagesimo, XII. kalendas decembris, indictione IIII^{a}, presentibus subnotatis testibus, videlicet viris strennuis Hainrico, Friderico et Cůnrado, militibus et Alberto, clerico, fratribus de Mænlishouen, item Wernhero, magistro conversorum, Hainrico de Můlhain et Burcardo dicto de Bůrchtor, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis. 799.

Perg. Or. Salemer Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Officials von Konstanz wie an No. 671 (2 tiefe schräge Einschnitte). — 2. des Nicolaus von Helmsdorf wie an No. 667 (durch Fingerdruck erhöht). — 3. der Engellint von Laiterberg, rund, 40 mm (IV A 2), im Dreieckschild eine Leiter auf 3 Bergen. Umschrift: ✱ s'. **engellindis. de. laiterb'c.** (3 wagrechte Einschnitte).

1290. Dez. 22. Konstanz. Konrad von Denkingen, Bürger zu Konstanz und seine Ehefrau Mye vergaben an das Kloster Salem ein Haus in der Stadt Konstanz und erhalten dasselbe auf Lebenszeit wieder zur Nutzniessung gegen einen Jahreszins. 800.

In gottes namen amen. Wan der lúte gehugde zergat — und ir leben schier ain ende hat — so ist nuzze und gůt — swas man dur pesserunge tůt — daz man brieve || schribe — daz ez her na state belibe[1]. — Und dar umbe allen den, die disen gegenwrtigen brief an sehent oder horent lesen, kunden wir Cůnrat von Denkingen, ain burger von || Kostenze, und vro Mye, min elich husvrowe, daz wir dur got und dur unser sel hail unser hus und hofstat und alles daz dar zů

[1] Gereimte Verse.

Digitized by Google

hôrit unz an die rinchmure, da wir || inne waren und ez dar hatton[1] in unser aigenlichen gewer braht und besessen, ane alle ansprache gaben ze kûffen rehte und redeliche dem abitte und den convente von Salmanswiller umbe fiunzich march kostinzer gelôtes, und wrden ouch dez silbers gewert und gaben in und iro shafinerin, brûder Hainriche dem keller, brûder Burkarte ze Bv̂rgetor und brûder Eberharte von Steggeboron, daz aigen uf an dez abtis und an des conventis stat und iro sallûten, die sû dar zû irwalton und namen, daz waz her Hainrich von Tettinchouen der alte, her Cûnrat der Joheler der alte, her Hug in der Bv̂nde und her Hainrich, sin brûder, her Johans von Houe der alte und Cûnrat der Joheler, dez Slehten sun. Disen sallûten gaben wir, die vorgenanten Cûnrat von Denkingen und ich vro Mye, sin husvrowe, daz vorgenande unser hus und hofstat, als ê hie genemmit ist, mit gelerten wortin, als sit und gewonlich ist ze Kostenze, und verzigen uns[2] dar an allez unsers rehten und gaben inen die gewer mit allem rehte und runden in daz aigin dri tage und sehs wochen, alse gewonlich und reht ist. Und dar nah do lihen uns die vorgenanden shaffenerre dez klosters von Salmanswiller mit iro sallûten, die hie vor genemmet sint, an dez conventis stat daz hus und hofstat und swas dar zû hôrit umbe ainen zins, ze dem iare umbe fiunf phunt kostenzer phenninge, alle die will wir leben unde wirs verzinsen mugen oder wellen, und son des zinses geben ie ze der vron fasten fiunf shillinge und ain phunt. Und swas selgerâtes oder jargezite oder sturon von dem huse gat, das son wir ane unsers herren dez abtis und dez conventis schaden geben alle die wile und wir daz aigen haben in unser gewalt. Und do wir daz aigen uf gaben, da waren zegegen Ûlrich und Rûdolf Ângeline, miner husvrowen, vron Myen, brûdire, die verzigen sich ouch an dem selben aigin alles dez rehten, dez sû dar an hatton oder noh gewinnen solten ane alle gevârde. Wir der vorgenande abit und der convente von Salmanswille vergehen an disem brieve, daz wir den vorgenanden hern Cûnrate von Denkingen und vron Myen, sine husvrowen, niemer an dem zinse beswaren, die wile sû lebent oder daz hus han went, und geben in darumbe dez conventis[3] insigil zainem

[1] hatton ist über der Zeile nachgetragen. — [2] uns ist über der Zeile nachgetragen. — [3] Or. hat convetis.

Digitized by Google

ståten urkunde an disen gegenwrtigen brief[1]. Wir die vorgenanden Cunrat von Denkingen und vro Mye, sin husvrowe, vergehen ôch an disem brieve, daz wir unsern zuc ze grûbe, den man da zühet ze den vishen, ôch gaben luterlichen dur got den vorgenanden abte und convente ze Salmanswiller, und beschach daz lange, ê daz dise kouf beschâhe. Und daz diz alles ståte belibe von uns und von allen unseren erbon, alse an disem brieve geurkundet und geschriben ist, dar umbe gaben wir d(ü vor)genanden[2] Cunrat und vro Mye den vorgenanden abte und dem convente[3] von Salmanswiller disen brief und shûfen, daz der vogit, der aman und der rat von Kostenze der stat insigil an disen gegenwrtigen brief ze ainer vestenunge und ze ainem urkünde ainer ganzer warhait hanchton. Diz beschach und wart dise brief geben ze Kostenze, do man zalte von Cristes gebürte zwelfhundert und nunzic iare an de nâhsten tage nah sant Thomans tage dez botten. Und waren dar an, die ez sahen und horten, maister Ûlrich von Denkingen, chor herre ze Sant Johanne, brûder Hainrich der keller von Salmanswille, brûder Burkart ze Bürgetor und brûder Eberhart von Steggeboron, münche ze Salmanswille, her Walther der vogit und her Ûlrich der amman von Konstenze, her Friderich in dem Tvrne, der ritter, her Jacob von Rogwiller, her Hainrich ze Bvrgetor, her Johans Swârteli, her Ûlrich und her Rudolf, sin brûder, Angelline, her Ûlrich der Harzer, her Herman Bôsche, her Cûnrat Shrm, her Hainrich Verderlin, burger ze Kostenze, und ander biderbe lüte genüge.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel der Stadt Konstanz aus Malta an grün und rosa Wolllitzen, wie an No. 231 (2 Daumeneindrücke).

1290. Dez. 23. Zürich. Rudolf, der Thesaurarius der Domkirche zu Konstanz, Kirchher zu Hagnau, gestattet mit Genehmigung des Bischofs von Konstanz, den Weinbauern, deren Aecker zum Widum seiner Kirche gehören, ihre Weingärten in Erblehenweise und nach Meersburger Marktrecht zu bauen. 801.

Rûd(olfus), thesaurarius ecclesie Constantiensis, rector ecclesie in Hagenowe, omnibus || presentium inspectoribus noticiam subscriptorum cum salute. Noveritis, quod, conside-

[1] Dasselbe hängt indess nicht an, es ist auch keine Spur an der Urkunde vorhanden, wonach es jemals an derselben gehängt hätte. — [2] Ein Loch in der Urkunde. — [3] Or. hat convete.

Digitized by Google

rata || utilitate ecclesie mee in Hagenowe prenotate, de consensu et consilio venerabilis patris et || domini, . . dei gratia Constantiensis episcopi, cui in eadem ius pertinet patronatus, universis et singulis colonis vinearum, sitarum in agris dictis *Gebreite* et *Vogelsanch*[1] spectante doti ecclesie mee prelibate, indulsi et indulgeo per presentes, ut easdem vineas colant cum sollicitudine ampliori, quod ipsas iure emphitheotico et specialiter eo iure, quod vulgo dicitur *marchtrehte*, sub conswetudine et nomine apud Merspurg actenus approbata colant et possideant, in futurum promittens ipsis, quod eos deinceps contra ius et conswetudinem prescriptarum in rebus aut personis de cetero non gravabo. Et in huius rei testimonium presentem cedulam predicti domini episcopi et mei sigillis tradidi sigillatam. Nos R(ûdolfus), dei gratia Constantiensis episcopus antedictus, ad petitionem sepedicti rectoris dicte ordinationi nostrum consensum adhibuimus et presentibus adhibemus, sigillum nostrum in robur predicte ordinationis appendentes. Datum Thuregi anno domini M° CC° LXXXX°. X°. kalendas ianuarii, indictione IIII^a.

Perg. Or. Fremde Hand. 2 Siegel aus Wachs, an sehr schmalen Pergamentstreifen anhängend: 1. des Bischofs Rudolf von Konstanz, bekannt (3 etwas schräg laufende Einschnitte). – 2. des Thesaurarius Rudolf, spitzoval, 52:33 mm (II B), St. Petrus mit dem Schlüssel, zu beiden Seiten je ein Stern. Umschrift: † **s. r. thesaur. ecc̄e. constancien̄.** (drei schräglaufende Einschnitte).

1291. o. T. Schattbuch. **Der Landrichter Swicker von Deggenhausen entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Salem und dem Ritter Konrad Burst über Güter in Mühlhofen. 802.**

Universis hanc literam inspecturis Swiggerus de Teggenhusen, judex provincialis || in comitatu Sanctimontis, noticiam rei geste. Noverint universi, ad quos pervenerint presen||tes, quod cum inter venerabiles in Christo . abbatem et conventum monasterii de Salem ex una et virum || strennuum C(ûnradum) dictum Burst, militem, nomine Bartholomei, fratruelis quondam C(ûnradi) de Milnhoven, ex parte altera super possessionibus sitis in Milnhouen, quas iidem de Salem a Cûn(rado) prefato cum omnibus suis attinentiis conparaverunt, questio verteretur, tandem, partibus in nostra presentia constitutis, possessiones

[1] Von anderer Hand mit anderer Tinte nachgetragen.

Digitized by Google

antedicte cum omnibus suis attinentiis, preter duo prata, unum situm in loco dicto Dorfspach, alterum *in dem Rieth*, et silvam cum fundo sitam in loco vulgariter dicto *hinder Saeltenberch*, per proborum vivorum sentencias adiudicate fuerunt iusticia mediante, ita quod Bartholomeus antefatus nichil sibi debet ulterius iuris in eisdem possessionibus vendicare. Ad maiorem autem cautelam C(ůnradus) miles antedictus obligavit se nomine veri warandi ad subeundum omne periculum evictionis seu cuiuscunque dampni, quod prefatos de Salem in possessionibus sepe dictis contingerit sustinere, quousque Bartholomeus antedictus renunciaverit iuri, si quid habebat vel habere videbatur in predictis possessionibus, casu quolibet contingente. In cuius facti evidenciam hanc literam predictis domino abbati et conventui sigillo nostro porreximus conmunitam. Actum apud Schattebůch anno domini M° CC° nonagesimo primo, presentibus hiis testibus, videlicet viris strennuis Her(manno) de Sulcberch, H(ainrico) dicto Græmelich, Rů(dolfo) de Bermetingen, militibus, H(ainrico) dicto Stier, C(ůnrado) dicto Hæcheler, H(ainrico), cellerario maiore, H(ainrico) de Ilmense, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. Ego C(ůnradus) dictus Burst, miles prenotatus, omnia premissa profiteor esse vera et ad exequendum ea, in quantum me contingunt, me, ut dictum est, obligo per presentes, et in evidenciam eorundem hanc literam petivi sigillo prefati judicis conmuniri.

Perg. Or. Fremde Hand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta, wie an No. 621 (Daumeneindruck). Cod. Sal. II, 416 No. CCCCXXIII.

1291. Jan. 1. Esslingen. Wolframus senior de Bernhusen, Wolframus iunior, milites, necnon Marquardus de Bernhusen, filii eiusdem, unterwerfen sich einem Schiedsspruch des Decans von Esslingen und des Rudeger Rupphert, Bürger daselbst, betr. einen Streit mit dem Kloster Salem über Eigenleute und Weingärten in *Hostaige* und *Hartuncsrůti* zu Gunsten des Klosters. Der Dekan besiegelt auf Bitten der Herren von Bernhausen und mit Zustimmung des Rudeger Ruphert (seines coarbiter) die Urkunde. Acta sunt hec anno domini M° CC° XCI°. kalendas januarii in cimiterio Esselingensi, presentibus testibus subscriptis, videlicet presbitero Růggero de

Digitized by Google

Esselingen, camerario de Sighalmingen, fratre Gerungo de Salem et aliis pluribus fidedignis. 803.

Cod. Sal. II, 244 No. CCXXII.

Perg. Or., wohl Salemer Hand. An Pergamentstreifen hängen 9 Siegel an der Urkunde, 1–8 aus Malta, 9 aus Wachs: 1. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. — 2. des Truchsessen Friedrich von Messkirch, rund, 45 mm, IV A 2, im Dreieckschild 3 leopardierte Löwen. Umschrift: † **s.' friderici. dapiferi. de. rordorf.** — 3. des Burkart von Hohenfels wie an No. 722. — 4. des Walther von Warthausen wie an No. 561. — 5. des Hermann von Sulzberg wie an No. 796. — 6. des Albert von Birchberg, rund, 40 mm, im Dreieckschild ein Birkenast auf drei Bergen. Umschrift: † **s. alberti. de birchberch.** — 7. des Nicolaus von Helmsdorf wie an No 667. — 8. des Konrad von Mehlishofen wie an No. 667. — 9. des Ulrich von Weiler, rund, 39 mm, IV A 2, in dem eingegitterten Siegelfelde der Dreieckschild, in diesem von rechts nach links ein geschachter Schrägbalken. Umschrift: † **sigillvm. vlrici. de. wiler.** Auf den Rückseiten sämmtlicher Siegel Daumeneindrücke, nur bei 5 ist dieselbe gratartig erhöht mit 2 Einschnitten. Vgl. No. 868.

1294. Febr. 25. Konstanz. Hainricus, dei gracia electus et confirmatus in episcopum ecclesie Constantiensis, überläßt mit Zustimmung seines Capitels dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht (directum dominium seu proprietatem) des in der voraufgehenden Urkunde näher bezeichneten Hofes zu Frickingen gegen Entrichtung eines jährlich an Mariä Geburt fälligen Zinses von 1 Pfund Wachs. Acta sunt hec Constancie presentibus honorandis viris R. decano, R. thesaurario, Alberto de Castello, Cůnrado de Clingenberch, canonicis ecclesie Constantiensis, . . de Clingen, rectore ecclesie in Hiltzingen, magistro C(ůnrado) Phefferhart, canonico ecclesie Sancti Johannis Constanciensis, magistro R. de Aerzingen, magistro Her(manno) de Vtwile, Swigero, rectore ecclesie in Alshain, Ůl(rico) Schællenberch, clericis, Hermanno de Sulzperch, Friderico in Turri, Nycolao de Hermstorf, C. et Petro dictis Ratgeben, militibus, Ůl(rico) dicto Vbeli, R. dicto *vf dem Houe*,

Digitized by Google

civibus Constanciensibus, Ber(toldo) ministro de Martorf, Rûperto priore, Ůl(rico) de Sol, C. Bawaro, C. Katholico, sacerdotibus et Eber(hardo) de Stekboron, monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis, anno domini M° CC° nonagesimo quarto, V. kalendas marcii, indictione VII^a. 868.

Perg. Or. Hand der bischöflich Konstanzischen Kanzlei. 3 Siegel an Pergamentstreifen aus Malta: 1. des erwählten und bestätigten Bischofs Heinrich von Konstanz, spitzoval, 70:45 mm, III A 2b, im Siegelfelde auf einem Stuhl mit gothischer Lehne ein sitzender Cleriker, die Rechte auf ein in der Linken gehaltenes Buch gelegt. Unterhalb des Stuhles ein Zweig mit 3 Blüthen oder Dolden. Umschrift: † s.' **haīr. dī. gra. elcī. et. ɔfirmati. Ī. epm. constanc̄.** Rückseite: Daumeneindruck. — 2. des Domcapitels, bekannt, Rückseite: 2 Daumeneindrücke. — 3. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. Rückseite durch Fingerdruck erhöht. Cod. Sal. II, 245 No. CCXXIIII. Regest: Ztschr. 3, 244. Vgl. No. 867.

1294. März 14. Ulm. Graf Eberhard von Wirtemberg und Abt Ulrich von Salem einigen sich auf ein Schiedsgericht zur Schlichtung ihrer Streitigkeiten über Besitzungen und Rechte zu Nürtingen. 869.

Universis hanc litteram inspecturis Eberhardus comes de Wirtenberch fidem presentibus adhibere. Puniri debet minus aspere, qui se recogitat deliquisse nec reverti desiderat ad pacem. Eapropter presentes noverint et futuri, || quod cum inter nos ex una et venerabiles in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis ex parte altera super possessionibus sitis in Nvîrtingen, vulgariter dictis *die gebraiten*, et iure fori || iudicialis, quo ad homines super bonis dicti monasterii ibidem residentes questio verteretur nosque eosdem de Salem in aliis suis possessionibus sitis ibidem ac alibi multipliciter gravassemus et ob hoc ad instanciam eorundem gravibus fuissemus excomuni||cacionis sentenciis innodati, tandem nobis ad cor reversis questio taliter est sopita, quod nos de communi consensu unâ cum predictis de Salem super questione fori iudicialis predicta seu iure standi iudicio coram sculteto a nobis constituto, quod nobis pertinere asseruimus in predictis possessionibus et hominibus monasterii supradicti, in nobilem virum Swiggerum de Gvndelvingen, dictum *der Lange*, virum strennuum Wolframum, dictum *von dem Staine*, militem, in viros providos Marquardum, capitaneum civitatis in Ezzelingen, Rûdegerum Rvpertum, civem ibidem, quibus venerabilem in Christo dominum abbatem in Bebenhvsen aut honorandum

Digitized by Google

virum dominum . . decanum in Ezzelingen, vel fratrem Zvtelmannum, novicium in Bebenhvsen, sociare debemus, conpromisimus bona fide, ita quod illi quinque in tota vicinia a fidedignis inquirant sub debito iuramenti, quid iuris felicis recordacionis quondam nobilis vir Bertoldus comes de Vrach et nobiles viri domini de Niphen, quibus possessiones predicte cum hominibus in ipsis residentibus pertinebant, ipsorumque progenitores in homines seu colonos possessionum earundem in Nvirtingen habuerint a retroactis temporibus, et quid nostri progenitores iuris ibidem habuerint, similiter inquirant et post inquisicionem, si in nostram partem et sentenciam omnes quatuor vel tres ex eisdem consenserint, ius fori iudicialis predicti in hominibus seu colonis possessionum omnium, quas dicti de Salem a nobili viro domino de Niphen antedicto in Nvirtingen conpararant, nobis sit salvum. Si vero predicti omnes quatuor vel tres ex eisdem iuramento firmaverint, quod predictum ius fori, secundum quod ex relatione fidedignorum acceperunt, comiti Ber(toldo) prenotato seu dominis de Niphen pertinuerit, homines seu coloni predictorum de Salem in dicta villa coram nostro sculteto super quacumque causa iuri stare de cetero nullatenus conpellantur, sed sint liberi sicut et possessiones ipse, quibus nos presentibus libertatis ius recognoscimus plena fide. Super expensis etiam, quas dicti de Salem in lite fecerunt et interesse in venerabilem in Christo dominum abbatem de Cesarea et nobilem virum Swiggerum de Gvndelvingen predictum conpromisimus concorditer, ita quod illi, inspectis laboribus et expensis, quod bonum esse secundum claritatis sue consilium ordinarent. Illi vero arbitrati fuerunt, quod nos sepedictis de Salem in refusionem expensarum suarum et interesse in festo beati Galli unam carratam vini de vino, quod nobis crescit in vinea dicta Criegesberch, daremus, quod et nos facturos promittimus per presentes. Verum super dampnis ipsis vel hominibus seu[1] colonis possessionum sepedictarum per nos vel nostros a tempore cepte litis illatis in partibus transalpinis, virum strennuum Wolframum, Marquardum et Rûdegerum Rûpertum predictos unâ cum predicto domino abbate ad hoc elegimus, quod illi dampnis sibi illatis debite declaratis tempus solucionis nobis[2] constituant, et si omnes tres consentire in tempore non potuerint, duorum sen-

[1] Or. hat se. — [2] Or. hat uobis.

Digitized by Google

tencia, si concordaverint, maneat inconcussa. Et ne de predictis, videlicet arbitrio super foro iudiciali facto, super refusione expensarum iam dicta et solucione dampnorum in terminis constitutis per prefatos arbitros aliquid inmutetur, viros strennuos Wolframum de Ebersperch, Eberhardum de Stôffeln, Bertoldum *von dem Steine*, Ûlricum dictum Spâte, milites, et Cûnradum de Liebenowe, nobilem prefatis de Salem fideiussores constituimus, ita quod si nos aliquid de predictis inmutaverimus et tres fideiussores, videlicet sepedictum Wolframum *von dem Steine* et duos cives de Ezzelingen ydoneos iam dictis fideiussoribus non associaverimus infra mensem et si litteram post inquisicionem super iure fori iudicialis factam, si tamen predicti inquisitores eis ius fori recognoverint, ut dictum est, ipsis sub nostro sigillo non dederimus, in obstagium se recipiant in Ezzelingen, in Gamvndiam, in Rvtelingen vel in Kilchain aut alibi, de licentia tamen abbatis sepedicti, nunquam inde recessuri donec impedimentum, quod ipsis in quocumque predictorum articulorum emerserit, de medio sit sublatum. Si etiam aliquis de predictis fideiussoribus ex iusta et legittima causa per aliquot dies absentare se voluerit, unum eque ydoneum in locum suum subrogabit, et si aliquis ex eis, quod absit,[1] viam universe carnis ingressus fuerit aut cesserit, alium infra mensem in locum illius subrogare debemus eque bonum, alioquin duo ex hiis, qui superstites fuerint, in obstagium se recipere tenebuntur in aliquo predictorum locorum, nunquam inde recessuri, donec id effectui fuerit mancipatum quod et se facturos promiserunt iuramento prestito corporali, fraude ac dolo circumscriptis penitus in premissis. Adiectum est etiam, quod quamdiu arbitri supradicti super iure fori iudicialis non fuerint arbitrati, tamdiu homines sepedictorum de Salem in possessionibus sepefatis residentes iuri stare coram nostro sculteto nullatenus conpellantur aut per nostros aliquatenus molestentur. Renunciamus preterea ex superhabundanti omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis ratione communitatis in possessionibus sepedictis in Nvirtingen, quas iidem de Salem a domino de Niphen conpararunt, conpetebat vel conpetere videbatur, pro nobis nostrisque heredibus universis, promittentes bona fide, quod possessiones ibidem, quas cum eis communes habemus, infra men-

[1] ex — absit am Rande nachgetragen.

Digitized by Google

sem dividamus, salvo tamen nobis iure arandi in eisdem agris hactenus observato, exceptis dumtaxat hominibus seu colonis dominorum de Salem, quia servicio arandi liberi esse debent, et quod litteras, quas coram serenissimo R(ûdolfo), dei gratia felicis recordacionis rege Romanorum, obtinuimus et quas coram serenissimo Adolfo, eadem gratia nunc rege Romanorum, obtinuimus, reddamus, nunquam ipsos de cetero ibi vel alibi gravaturi. In cuius facti evidenciam hanc litteram sigillo nostro et sigillo domini abbatis sepefati fecimus communiri. Actum in Vlma anno domini M° CC° LXXXX quarto, dominica qua cantatur Reminiscere, indictione quarta, hiis testibus presentibus, videlicet nobili viro Burchardo comite de Hohenberch, viro strennuo Walthero de Vrbach, milite, Echardo de Hôbach, milite, Alberto plebano de Râms, Cûnrado de Barchvsen, notario, Burchardo de Campidona, Ûlrico de Vberlingen, Dietrico de Bermetingen, monachis in Salem, fratre Cûnrado, converso ibidem aliisque pluribus fidedignis. Nos frater Ûlricus, abbas et conventus de Salem prenotati omnia premissa vera esse profitentes, obligamus nos, quod si venerabilis in Christo pater dominus abbas Cesariensis, qui vice nostra domino de Wirtenberch promisit, quod nos, si arbitri sepedicti ius fori iudicialis sibi dixerint pertinere, super hoc sibi litteram nostram demus, cesserit vel decesserit, antequam ipsi fuerint arbitrati, quod nos statim pronunciacione facta, si litteram non dederimus, cellerarium nostrum maiorem in Ezzelingen mittamus, nunquam inde recessurum, donec id per nos fuerit adimpletum. Et in evidenciam premissorum sigillum nostrum huic appendimus instrumento. Hoc etiam adiecto, quod predicti tres, in quos super dampnis conpromissum est, infra mensem proximum de dampnis inquirere et terminos solucionis et tempus constituere teneantur. Alioquin fideiussores predicti, si per nos comitem Eberhardum predictum steterint[1] moniti, in obstagium, ut dictum est supra, se recipere teneantur. Datum anno et die prenotatis.

Perg. Or. im kgl. Staatsarchiv zu Stuttgart. An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Grafen Eberhard von Wirtemberg, rund, von Wachs (IV A 2): im Dreieckschild die 3 Hirschstangen, im Siegelfelde oberhalb des Schildes eine sechsblättrige Rose, zu beiden Seiten desselben je eine Lilie. Die Umschrift ist zum grössten Theil abgebröckelt. Das Siegel des Abtes von Salem hing niemals an der Urkunde.

[1] Or. steterit.

Digitized by Google

1294. Apr. 6. Schattbuch. **Rudolf von Güttingen, Richter in der Grafschaft Heiligenberg, beurkundet eine eidliche Kundschaft darüber, dass das Salem'sche Gut zu Wirrensegel ein Hohenberg'sches Lehen sei.** 870.

Wir Rûdolf von Giuttingen, rihter in der graveschaft ze dem Hailigen[1] Berge an graven Huges stat von Werdenberg, tûgen allen den kunt, die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz herre Hainrich von Ebersperg, her Niclaus von Hermstorf, ritter, und herre Swigger von Teggenhusen, den wir fûr uns gebutten von der herron wegen des abtes unde der samenunge von Salmanswiller, daz si ain warhait saitin umbe daz gût ze Wirrensegel, daz die vorgenanten herren von Cûnrat von Hermstorf an gevallen waz, wannan daz lehen ware, do saiton si, die vorgenanten herren, her Hainrich von Ebersperg, her Niclaus von Hermstorf, ritter, und her Swigger von Teggenhusen, uf ir aide, daz das vorgeschriben gût ze Wirrisegel von graven Albreht von Hohenberg lehin si von allem reht. Dis geschach an dem lantage ze Schattebvch an dem naehsten [280] dunstag nach sant Ambrosien tage, do von gottes gebûrt warent tusent zwai hundert unde vierû und nûnzech jar.

Cod. Sal. II, 279 No. CCLXVIII.

1294. Apr. 12. Markdorf. Hainricus Pincerna senior de Smalnegge überträgt das Eigenthumsrecht zweier Schuposen (schûpoze) in Urnau (Vrnowe), genannt *in der gassun*, welche Heinrich Ehinger, Bürger zu Markdorf von ihm kaufte, auf dessen Bitten an das Kloster Salem. Datum et actum apud Martorf anno domini M° CC° XCIIII°. II idus aprilis, indictione VII^a, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Cûnrado de Martorf, Ber(toldo) ministro suo, Her(manno) dicto Loser, Alberto de Birchperch, H. Stier, H. dicto Schûlle aliisque pluribus fidedignis. 871.

Perg. Or. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Malta wie an No. 390. Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einschnitten. Cod. Sal. II, 233 No. CCV.

1294. Apr. 14. Salem. Swigerus de Teggenhusen nobilis beurkundet, dass H. dictus Gunthalm et Gunthalmus frater suus de Lælewanch, seine Eigenleute, vier Aecker, genannt *zem jûche, in hûhfurt, uf ebnôdi* und *ze wîdum*, zusammen

[1] Or. hat haligen.

Digitized by Google

3 Juchert gross und eine Wiese, genannt *ze Egelbrunnen*, bei Lellwangen (Lælewanch) gelegen, welche die genannten Brüder von ihm zu Lehen trugen, an Siggo de Lælewanch um 3 Pfund Pfennig verkauften und überträgt das Eigenthumsrecht dieser Güter an das Kloster Salem. Datum et actum in Salem anno domini M° CC° nonagesimo quarto, XVIII. kalendas maii, indictione VII^a, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet C. de Altenbûrron, H. de Aphelowe et Bur(cardo) dicto Haîman, Hainrico cellerario maiore, D. de Bermatingen seniore, monachis in Salem et fratre H. vinitore, converso dicti monasterii de Salem aliisque pluribus fidedignis. 872.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 621, befestigt wie an No. 432. Rückseite: zwei Daumeneindrücke. Cod. Sal. III, 330 No. CCXC.

1294. Apr. 21. Hoßkirch. Ûlricus miles de Kûnegsegge überlässt alle seine Besitzungen in Hegheim (Hegehain), nachdem er, von Schulden überlastet, sie einem Verkauf ausgesetzt hatte, dem Kloster Salem, als dem Meistbietenden, um 25 Mark Silber mit Zustimmung seines Sohnes Ulrich. Da dieselben indess der Ehefrau dieses Sohnes, Elisabeth[1], als Morgengabe zugewiesen waren, ersetzt er sie durch entsprechende Güter in Wolfartsreute (Wolfratrûti), wogegen Elisabeth auf Geltendmachung von Ansprüchen auf die Hegheimer Güter bei Vermeidung einer Buße von 40 Mark Silber verzichtet. Hiefür werden nachstehende Bürgen gestellt, die eventuell in Saulgau (Sulgen) oder Ravensburg (Ravenspurch) sich in's Einlager (in obstagium) begeben sollen: Cûnradus de Stuben miles, Fridericus de Richenbach, R. dictus Wehter. Es siegeln der Aussteller, nobilis vir Anshelmus de Justingen und Johannes Dapifer de Walpurch. Actum in Hussekilch anno domini M° CC° XCIIII°. XI kalendas maii, indictione VII^a, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris Friderico dicto Stæbeli, rectore ecclesie in Bachôpten, Ûlrico, viceplebano in Hussekilch, H. dicto Schvterût, milite, Friderico ministro, Ekhardo de Ostrach dicto Isengrin seniore, Gerungo, mercatore, Ûlrico, magistro in Bachôpten, conversis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 873.

Cod. Sal. II, 253 No. CCXXVI.

[1] Wie aus der Siegelformel hervorgeht, einer Schwester des Johannes Truchsess von Waldburg.

Digitized by Google

1294. Mai 14. Salem. Aebtissin und Convent des Benedictinerinnenklosters zu Lindau übertragen das Eigenthumsrecht an einer Wiese bei Niederstenweiler (Nyderostenwiler) genannt *Isenbühel*, 3 *mannemat* groß, welche der Diener des Klosters Heinrich Strazer geschenkt hatte, auf dessen Bitten an Abt und Convent von Salem gegen Entrichtung eines auf Martini fälligen Jahreszinses von $^1/_2$ Viertel (dimidium fertonem) Wachs. Datum et actum in Salem anno domini M° CC° nonagesimo quarto, II. idus maii, indictione VII^a. 874.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel der Aebtissin Guta aus Wachs wie an No. 726, befestigt wie an No. 432. Rückseite: Daumencindruck.

1294. Juni 1. Sandegg. Abt Albert und der Convent von Reichenau übertragen Besitzungen zu Neufrach, mit denen von ihnen die Herren von Gundelfingen, von diesen die Ueberlinger Bürger Besserer belehnt waren, zu rechtem Eigenthum an das Kloster Salem. 875.

Universis hanc paginam[1] Albertus, dei gracia abbas, . . decanus totusque conventus monasterii Augie Maioris || subscriptorum noticiam cum salute. Vita cunctorum instabilis et memoria hominum labilis et infirma || monent, gesta temporum perennari serie literarum. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum venerabiles || et in Christo dilecti . . abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constanciensis dyocesis, possessiones universas sitas in Nůfron, quas . . dicti Besserer, cives in Vberlingen, a viro strennuo Hainrico quondam milite de Nůfron in feodum tenuerunt, quasque dictus Hainricus a nobilibus viris Swigero, Bertholdo et Cůnrado militibus germanis, . . dicto Burger et Hainrico fratribus, et iamdicti nobiles a nobis nostroque monasterio iure tenuerunt feodali, cum omnibus iuribus et appendiciis suis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, areis, curtis, curtilibus, pascuis, silvis, nemoribus ac aliis universis tacitis et expressis, quocumque nomine censeantur, a prefatis civibus dictis Besserer iuste empcionis titulo omnium, quorum intererat, consensu concurrente, conpararint pro certa pecunie quantitate, verborum ac gestuum sollempnitate adhibita debita et consueta, nos easdem possessiones universas cum omnibus iuribus et attinenciis suis intus et extra eisdem pertinentibus, recepta resignacione earundem possessionum ad manus nostras per manus viri providi et discreti H. dicti Vrige, civis Constan-

[1] Es fehlt im Or. das im Cod. Sal. II, 260 ergänzte Wort inspecturis.

Digitized by Google

ciensis, ad hoc per predictos nobiles ad nos transmissi, qui a nobis et a Swigero de Gundeluingen suprascripto infeodatus est, et ob hoc, cum in hac parte equalis condicionis predictis nobilibus existat, ipsi nobiles per eundem Hainricum prefatas possessiones nobis resignare de iure et consuetudine poterunt, ipsas possessiones in predictum monasterium de Salem transtulimus et tenore presencium transferimus, iure proprietatis in perpetuum possidendas, maxime cum ad quadraginta mansuum nostro monasterio pertinencium donacionem in reconpensationem domus in Vlma predicto monasterio de Salem, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur[1], longe ante fuerimus obligati. Renunciamus igitur pro nobis ac dictis nobilibus de Gundeluingen, maxime cum antedictus H. Vrige ab ipsis nobilibus plenum mandatum habuerit dictas possessiones ad manus nostras resignandi, omni actioni, excepcioni, defensioni, restitucioni in integrum, omni iuri canonico et civili, omni consuetudini tam loci quam patrie et generaliter ac specialiter omnibus tacitis et expressis, per que predicta possent in posterum quocumque modo quacumque occasione retractari vel in irritum revocari. In cuius facti evidenciam et robur perpetue firmitatis presens instrumentum sepedicto monasterio de Salem tradidimus sigillorum nostrorum robore conmunitum. Datum et actum in Sandegge anno domini M° CC° nonagesimo quarto, kalendas junii, indictione VII^a., presentibus testibus subnotatis, videlicet domino Diethalmo, rectore ecclesie in Vlma, domino H. de Rinowe, capellano, C. de Salunstain, Egeberto dicto Rot de Scafusa, militibus, Nycolao de Badewegen, Ůl(rico) de Frůtwiler, Jo(hanne) de Badewegen et aliis quampluribus fidedignis.

Perg. Or. Reichenauer Hand. An Pergamentstreifen die bekannten Siegel des Abtes Albert und des Convents von Reichenau aus Malta, die Rückseite des ersteren mit 2 Einschnitten, des zweiten mit 2 Daumeneindrücken. Cod. Sal. II, 260 No. CCXXXVI. Regest: Ztschr. 3, 245.

1294. Juni 1. Konstanz. Juni 21. Leustetten. Konrad von Markdorf verkauft das Dorf Einhart an Heinrich und Rudolf Grämlich zu Pfullendorf und Ulrich von Homberg und verpflichtet sich durch Stellung von Leistungsbürgen, zu diesem Verkauf seiner Zeit die Zustimmung seines minderjährigen Neffen Ulrich Oswald von Markdorf beizubringen. 876.

Allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, kůnde

[1] Vgl. No. 511.

Digitized by Google

ich Cûnrat von Marcktorf, daz ich von grozzer gûlte schulden, der ich schuldig waz, han verkôfet reht unde redelich daz dorf, das || da haizet Ynhart, daz lehen ist von ûnserre vrôwon dez gotzhuses ze Kostenze, mit liuten unde mit gûte unde mit allem rehte, so dar zû hôret, es sient vogetliute oder aigenliute, ald swie siu mich || an herton, ez sîent man oder vrôwan, junge oder alt, unde ôch der kilchun satze des selben dorfes Ynhart mit allem reht, mit vogtaie, mit getwink unde mit bân, unde mit allem reht, swie daz genem||met [sie, alse][1] ôch daz vorgenant gût, baidiu mit liuten, swa siu gesezzen sint, die an die vorgenantun kilchun hôrent, unde mit ir libe unde mit ir gût unde mit allem reht dez vorgenanten dorfes unde mit der vorgenanter kilchun satze unde mit allem der kilchun reht als siu her Oswalt von Marcktorf, min vater sâlige, an mich het braht unde als ôch ich siu han gehabet unz an disen hûtigen tag, do dierre kôf geschach, mit akkern, mit wisen, mit velde, mit holze, mit studon, mit bômon, mit bongarton, mit wegon unde mit allem, so druf ald drinne ist ald druf oder drin hôret, hern Hainrich Grâmelich, ritter, amman ze Phulndorf, Rûdolfen Grâmelich, burger ze Phulndorf, unde Ûlrichen von Honberch unde allen ir erbon unde allen iro nachkomenne umbe hundert unde umbe sehzig marck silbers Kostenzer glôtes, ze habenne unde ze besitzenne îemer me ze lehen nach allem iro willen mit allem reht, als da vor geschriben ist. Unde des vorgenanten silbers bin ich ôch von in gar gewert, unde ist ôch in minen und ôch in Ûlrichez-Oswaldes, mins brûders sâligen sun, bekert ze nutze. Unde der vorgenant kôf ist geschehen mit solichen gedingen, diu hienach geschriben sint. Diu gedinge sint also, daz ich, der vorgenant Cûnrat von Marcktorf, han usser den vorgenanten gûtern genomen âlliu manlehen, wan diu wil ich mir selben behalten, unde die vorgenanten kôfer ald ir erben unde ir nachkomenne hent mit den nicht ze tûnne. Unde han ôch usgenomen alle die liute, siu sient man oder vrôwan, iunge oder alt, die iâr unde tag do warent gesezzen uf minen gûtern, swa diu ligent, alde dez tages, do dierre kôf geschach, uf minen gûtern gesezzen alde wesent waren, ane alle gevârde.

[1] Die Worte, welche an brüchigen Stellen der Urkunde stehen und daher theilweise unleserlich sind, wurden herzustellen versucht und in Klammern gesetzt.

Digitized by Google

Uf denselben liuten soll ich hen min vogetreht, unde sol diu [vorgenante] kilche enkain ir reht verlîesen an denselben liuten, die vogtliut sint. Unde ob die liute, die ich, der vorgenant Cûnrat von Marcktorf, han usgenommen, haint gewibot alde gemannot mit ir ungenoszami, alde ob siu übernossen sint, da von sol ich enkain kumber alde nôt han von den vorgenanten kŏfern noch von ir erbon, unde [son] dez die vorgenanten kŏfer unde ir erben wern sin, unde haint ŏch dis gesworn. Ŏch sol ich, der vorgenant Cûnrat von Marcktorf, unde alle min erben, unde ŏch min ŏhaimen, her Walther, Druhsâze von Warthusen unde her Friderich, Druhsâze von Rordorf, ritter unde Burchart unde Eberhart von Hohinvels, gebrûder, wir alle mit aînandern iemer me weren sin des vorgenanten gûtes unde liuton, swenne unde swa ez die vorgenanten kŏfer [ald ir] erben ald ir nachkomenne bedurfent. ane allen iro schaden gegen alremânlichen nach reht, unde ŏch wir die vorgenanten Cûnrat von Marcktorf unde mine erben unde her Walther unde her Friderich, Druhsâzen unde Burchart unde Eberhart von Hohinvels son die vorgenanten kŏfer unde ir erben unde alle ir nachkomenne iemer me verstan vor allen gerihten, gaislichen unde weltelichen, nach rehte ane allen iro schaden. Unde swenne Ůlrichoswalt der vorgenant kumpt ze sinen tagen, so son wir, die vorgenanten Cûnrat von Marcktorf unde mine erben, unde her Walther, her Friderich, Druhsâzen, Burchart unde Eberhart von Hohenvels schaffon mit ganzen trûwon ane alle gevârde, [daz er] sich verzihe alles des rehtes, daz er het alder îemer môhte gewinnen an den vorgenanten gûtern unde liuten unde ir gût unde kilchunsatz unde an allem dem reht, als da vor geschriben ist, als ŏch ich, der vorgenant Cûnrat, han verzigen an der vorgenanter kŏfer hant, unde daz der vorgenant Ůlrichoswalt daz vorgenant gût mit allem sime reht unde ŏch die liute unde den kilchunsatz uf gebe mit allem reht, als ŏch ich, der vorgenant Cûnrat, han getan mit ganzen trûwen ane alle gevârde an der vorgenanter kŏfer hant unde ir erbon unde an ains ainweligen bischŏfes hant von Kostenz, es sie min herre bisschŏf Hainrich, der îeze ist bisschŏf ze Kostenz, ald an ains andern bisschŏfes hant von Kostenz, unde daz derselbe ainwelige bisschŏf von Kostenz die vorgenanten liute unde ŏch âlliu diu vorgenanten gûter unde den kilchunsatz lihe ze

Digitized by Google

rehtem lehen den vorgesprochen kŏfern unde ir erbon unde allen iro nachkomenne ane allen stôz. Unde daz ŏch der vorgenant Ůlrichoswalt, so er ze sinen tagen kumpt, bestâte mit hantvestinon, besigelten mit sinem ingesigel unde mit anderen ingesigeln, den vorgenanten kŏf mit allen dingen, als ez die vorgesprochen kŏfer unde ir erben bedurfent, als ŏch ich, der vorgenant Cûnrat, han getan. Unde daz ich, der vorgenant Cûnrat von Marcktorf, alde min erben, ob ich enwâre, ze vert bringe unde gar verrihte, als da vorgeschriben ist, so der vorgesprochen Ůlrichoswalt erst ze sinen tagen kumpt, da von so han ich Cûnrat ze bůrgen gen den vorgenanten kŏfern unde allen ir erbon unde iro nachkomenne minen herren graven Hug von Werdenberch, hern Rûdolf von Gẏttingen, vrien, hern Ůlrich unde [hern] Johans von Bodemen, hern Ůlrich von Kẏnigzeg, hern Johans Druhsâze von Diesenhoven, hern Walther von Lŏbegge, hern Ůlrich von Regenoltswiler, hern Berhtolt von Eberhartzwiler, hern Niclaus von Herminstorf, hern Rûdolf von Oberiedern, hern Cûnrat von Mânlishoven unde hern Cûnrat Ẏsinhart, ritter, Wernher von Raderay, Berhtolt von Rordorf unde Hainrich von Hŏdorf; die bůrgen son sich alle antwůrten ze Kostenz oder ze Ůberlingen oder ze Phulndorf [ze rehter gisel]schefte ane alle gevârde, swenne si irmanot werdent von den vorgeschribenen kŏfern ald von ir erbon ald von ir gewizzen botten, nîe mer uzzer der gisel-schaft ze komenne, e daz ich der vorgenant Cûnrat von Marcktorf alde min erben, ob ich enwâre, vollevûren, daz Ůlrichoswalt der vorgeschriben verriht unde bestâte mit ganzen trůwen alles daz, daz da vorgeschriben ist. Beschiht ŏch daz, daz die vorgenanten kŏfer ald ir erben ald ir nachkomen ieman nŏtet, ald an siu îeman dekain ansprach [het umbe] daz vorgenant gůt alde liute, e daz Ůlrichoswalt der vorgenant bestâte unde vollevûre alles, daz da vorgeschriben ist, so son sich die vorgenanten bůrgen alle antwůrten ze rehter giselscheft, als da vorgeschriben ist, unz daz ich, der vorgenant Cûnrat von Marcktorf, ald min erben, ob ich enwâre, verstanden die vor genanten kŏfer unde ir erben vor gaislichem unde vor weltelichem geriht nach recht. Unde verdirbet der vorgenanten bůrgon dekaîner, so sol ich, Cûnrat von Marcktorf, ald min [erben, ob] ich enwâre, gen ie ain andern bůrgen als gewizzen, inront ainem manode dem nâhsten, der hern Niclaus von

Digitized by Google

Herminstorf unde Albrecht den Gůder, burger von Phulndorf, gewis dunket, ald die andern bůrgen son gisel ligen unz ich ald min erben den vorgenanten kǒfern unde ir erbon daz verrihten. Unde swenne Ůlrichoswalt der vorgenant daz het verriht unde beståtet alles, daz da vorgeschriben ist, so sint die bůrgen alle ledig von dîerre burgschaft. Stirbet ǒch der vorgenant Ůlrichoswalt, e daz er ze sinen tagen kumpt, so sint aber denne die bůrgen ledig. Unde swele bůrge nit selbe geligen mack alde enwil, der sol aîn andern gisel legin an sine stat, der als tůre geschehe ane alle gevårde, unde sol die bůrgen enkain [dinck (?)] ierren, siu ligen selb ald ander gisel an ir stat, ane alle gevårde. Unde das dis alles wâr sie unde iemer me ståte belibe, unde daz ich, der vorgenant Cůnrat von Marcktorf, ald min erben niemer hie wider iht getůient, da von so gib ich den vorgenanten kǒfern unde ir erbon unde ir nachkomenne disen brief, besigelt mit minem ingesigel und mit hern Walthers und hern Frideriches, der vorgenanter Druhsåzon, und mit Burcharz unde Eberharz von Hohinvels unde mit der vorgenanton bůrgon aller ingesigel offenlich besigelt ze ainem offenen urkůnde. Wir die vorgenanten her Walther und her Friderich, Druhsåzen unde wir die vorgeschribenne Burchart und Eberhart von Hohenvels unde wir die vorgesprochenne bůrgen alle verîehent, daz es wâr ist alles, [daz da] vorgeschriben ist. Unde ze aînem offen urkůnde und warhaît der vorgeschribenne dinge so henken wir alle ůnser ingesigel an disen brief. Diz geschach ze Kostenz an dem ersten tage ze brachode, unde wart vollevůrt ze Lehsteten an dem [måntage] vor sante Johans tage zůngihten in dem iâr do man zalt von gottes geburt zwelfhundert iâr unde viêriû unde niunzig iâr. Da ze gegen waren her Diethalme von Gv̊ttingen ritter, Bvrchart von Husen, Rûdiger von Magenbûch, Hainrich von Honberch, Cûnrat von Engerdewiler, Walther [von] Nivnbrvnnen, Cûnrat Grâmelich, Albreht Gv̊der, Hainrich von Manbůron, Cûnrat Salzman, Burchart unde Friderich Schônherren, Albreht ob dem Brvnnen, Albreht von Ertingen, Rv̊dolf Kůrnbach unde Benze von ...gen.[1]

Perg. Or. Fremde Hand. Von den 20 Siegeln, die an der Urkunde hingen, sind nur noch 3 erhalten, des Druchsessen Walther und der zwei Herren von Hohenfels. Die Urkunde ist an vielen Stellen schadhaft. In

[1] Loch im Pergament.

Digitized by Google

das Salemer Archiv kam dieselbe, als das (von Wilhelm Gremlich von Jungingen am 21. März 1591 an den Cardinal-Bischof Andreas zu Konstanz verkaufte) Dorf Einhart durch den Bischof Johann Georg am 17. Januar 1603 an Salem verkauft wurde. Die Urkunde muss damals schon in schlechtem Zustande sich befunden haben, denn von den nahezu 7000 Salemer Urkunden, die mir durch die Hand gingen, sind alle, die seit ihrer Ausstellung sich in Verwahrung des Klosters befanden, dank der sorgfältigen Behandlung, die sie dort erfuhren, in bestem Zustande.

1294. Juni 4. Salem. Hainricus Waltherus de Ramswag miles beurkundet, dass sein Diener (dilectus et fidelis famulus) Otto de Blattun senior, der sein und seines Bruders Konrad Eigenmann ist (iure proprietario pertinens) alle seine Besitzungen *in dem Kobelwalde* und zwei Wiesen, *Wiselin* und *Tridunmat* genannt, die dieser von ihm, er selbst vom römimischen Könige zu Lehen trug, an Abt und Convent von Salem um 23 Mark Silber mit seiner Zustimmung und durch seine Hand verkauft habe. Er leistet die gewöhnlichen Verzichte und verspricht auf Ansuchen Ottos ferner, gemeinsam mit Rudolf und Hermann Brüdern von Sulzberg, Rittern und Rudolf, des genannten Rudolf von Sulzberg Sohn, für den vorstehenden Kauf Gewähren zu sein (ad prestandum warandiam) und sowohl bei Konrad von Ramswag als auch bei den jetzt noch minderjährigen Erben des verstorbenen Burkard Dietrich von Ramswag die Genehmigung des Vertrages zu erwirken. Es siegeln Heinrich Walther von Ramswag, Rudolf d. ä. und Hermann von Sulzberg. Datum et actum in Nova Arbona anno domini M° CC° XC° IIII°. II nonas junii, indictione VII^a.

Cod. Sal. II, 252 No. CCLI. Regest: Ztschr. 3, 244. 877.

1294. Juni 8. Esslingen. Hugo von Grubingen, genannt von Oesterreich, verkauft seine Güter zu (Ober-) Ensingen und Köngen an das Kloster Salem. 878.

Presencium literarum inspectoribus universis Hugo de Grvbingen, dictus de Austria, rei noticiam subnotate. Hiis scriptis tamquam in iure confessus || publice recognosco et facio cunctis notorium fidedignis, quod omnia bona mea apud Ensingen et apud Kvningen ubilibet constituta cum omnibus || eorundem bonorum fundis, areis, domibus, horreis, ortis, agris, pratis, plantis, pascuis, silvis, aquis, aquarum usibus, viis et inviis, quin immo cum eorundem || bonorum iuribus, iuris-

Digitized by Google

dictionibus et pertinenciis quibuscumque religioso monasterio de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, de consensu strennui domini mei, Alberti comitis de Lewenstain, cuius ministerialis existo, pro triginta libris denariorum bonorum hallensis monete michi ab eodem monasterio integraliter exsolutis, cum adhibita verborum et gestuum sollempnitate debita et consueta vendidi absolute. Et mittens . . syndicum ipsius monasterii in possessionem predicti venditi corporalem, omnes prelatos et conventus eiusdem monasterii per presentes pariter et futuros facio in predictis rebus bone fidei atque iusti tituli possessores, ita quod non possit esse melior condicio possidentis. Ne autem quicquam in elusionem seu turbationem huius contractus possit quovis ingenio attemptari, non solum pro me et omnibus meis heredibus predictis bonis et cunctis eorum iuribus et pertinenciis renuncio, sed etiam exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti precii, doli, malicie, pacti conventi, actioni, infectioni et generaliter omni exceptioni seu defensioni, ex quibus in iudicio vel extra iudicium memorato monasterio posset directe vel indirecte aliquod preiudicium aliqualiter generari. Sane in omnium premissorum evidenciam presens instrumentum sigillis predicti domini mei de Lewenstain, universitatis civium de Ezzelingen et proprio placuit communiri et virorum discretorum . . dicti Brenmuli, Craftonis de Kirchain, militum, Hugonis et Ruggeri fratrum de Grivbingen, necnon Marquardi capitanei, Rûperti sculteti, Rudolfi dicti Hasenzagel, Hugonis dicti Nallinger, Cûnradi et Rudegeri fratrum dictorum Rupreht, Truhliebi et Friderici de Hallis fratrum, Alberti dicti Gerter et Berhtoldi dicti de Schongowe, iuratorum de Ezzelingen, testimoniis roborari. Actum Ezzelingen anno domini M° CC° LXXXXIIII° VI idus iunii indictione VII[a].

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 Siegel aus Wachs: 1. des Grafen Albert von Löwenstein, erheblich beschädigt, rund, ca. 60 mm, III B 3, ein nach rechts sprengender Reiter, im Schild den Löwen. Von der Umschrift noch lesbar: s. **comitis**. . . . **nstei** . . Rückseite: 2 Daumeneindrücke. — 2. der Stadt Esslingen wie an No. 203. Rückseite: Daumeneindruck. — 3. des Ausstellers, rund, 50 mm, IV A 2, im Dreieckschild ein Ammonshorn. Umschrift: † s.' **hvgonis. de. oavstria** (sic!). Rückseite mässig erhöht mit 3 Einschnitten. Cod. Sal. III, 314.

1294. Juni 13. Bodman. Ber(toldus) et Ûl(ricus) germani filii Ber(toldi) quondam dicti Spekker bekennen, dass

Digitized by Google

sie, nachdem ihr Oheim und Vormund Rûdegerus dictus Spekker die Besitzungen in Spök (Spekke), genannt *des Spekkers gût*, mit denen sie von dem strennuus dominus Johannes de Bodemen belehnt werden sollten, an den verstorbenen H. Zimberman während ihrer Minderjährigkeit verkauft und der genannte ihr Herr von Bodmen und seine verstorbenen Brüder C. und Ulrich auf Zimbermans Bitten das Eigenthumsrecht dieser Güter an das Kloster Salem übertragen und dafür Gewähr geleistet hatten, nunmehr in das gesetzliche Alter gekommen, den Verkauf und die Uebertragung gutheissen und in die Hände ihres Herrn von Bodmen auf alle etwaigen Ansprüche auf die genannten Güter verzichten. Es siegelt Johannes von Bodmen. Datum et actum in Bodmen anno domini M° CC° XC° IIII°, idus junii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet strennuo viro domino Her(manno) de Sulzberg, milite, B. de Gvtmetingen, Petro dicto Burst, H. dicto Kindevatter, C. de Bivrron, Ber(toldo) dicto Fuhs, Jo. Rasore, C. dicto Spilman de Riet, Johanne de Fürholzen, H. carnifice et Bur(cardo) Brenner dicto Zimberman aliisque pluribus fidedignis. 879.

Cod. Sal. II, 304 No CCLXXXVI.

1294. Juni 14. Asselfingen. **Graf Ulrich von Helfenstein gibt ein Gut zu Asselfingen dem Konrad von Elchingen zu rechtem Eigen.** 880.

Wir von gotes gnaden grave Ůlrich von Helfenstain tûn kunt an disem priefe allen den, die lebendic oder || noch kunftig sint, das wir von bete Hartenides von Ramungen, unsers lieben dienares, das gût ze Aslabingen, || das Wêrn gût haisset und von uns ze lehen hete, haben uf gegeben ze rehtem aigen Cûnrad von Alchingen || und siner wirtinne, vrou Agnesen und swem si es gunnen, wan er das selbe gût hat gekôfet umbe Harteniden von Ramunge, der hie vor genemmet ist. Des sint geziuge, die hie pi sint gewesen, her Friderich von Riethain, her Otte von Stetin, die ritter sint, Arnolt von Gerenperc, Ůlrich von Stozzingen, Ůlrich von Aslabingen, Egene sin brûder, Marquart sin brûder, Bernger von Albegge, Bertolt von Ramungen, Ůlrich der Rieter und ander erbare lute. Dis beschach ze Aslabingen an Sante Vîtes abende, do nach Cristes geburte waren tusent iar zwaihundert iar in dem

Digitized by Google

vierden und niẅenzegostem iare. Das daz state belibe unde unzerbrochen, so han wir disen prief haissen fursigelt mit unserm insigel.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Wachs, rund, 53 mm, IV A 2, im Dreieckschild der nach rechts gekehrte Elefant auf vier Bergen. Umschrift: † **s.' vlrici. comitis. de. helfinstain.** Rückseite 3 Eindrücke. Cod Sal. II, 308 No. CCXI.

1294. Juni 16. Pfullendorf. Bertholdus dictus Græmelich, civis in Phullendorf, übergibt geschenkweise dem Abt und Convent zu Salem sein Haus in Pfullendorf zu rechtem Eigenthum (pure ob reverentiam omnipotentis dei). Minister et universitas civitatis in Phullendorf beurkunden, dass diese Schenkung vor ihnen vollzogen worden und besiegeln die Urkunde. Datum et actum apud Phullendorf anno domini M° CC° nonagesimo quarto, XVI kalendas julii, indictione VII^{a}, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorando viro Alber(to) dicto Aebeli, sacerdote, Cûnrado dicto Græmelich, filio . . ministri in Phullendorf, Rûd(olfo) dicto Græmelich, Alber(to) dicto Gûder, Dietrico de Wintersulgen, Hainrico de Manbûrron, H. dicto Buri, civibus in Phullendorf, fratre Dietrico de Bermetingen iuniore, monacho, fratre H(ainrico) de Wintersulgen, converso domus in Salem aliisque pluribus fidedignis. 881.

Perg. Or. mit Siegel, das an Pergamentstreifen anhängt, in ein Säckchen eingenäht. Im fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv zu Regensburg.

1294. Juni 21. Raderach. Wernherus dictus Gniftinch de Raderai überlässt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht von Besitzungen in Jettenhausen (Getenhusen[1]), welche weiland dictus Lôheler de Getenhusen et Eber(hardus) filius eius, von ihm zu Lehen trugen, nachdem er von Cûnradus, filius Eber(hardi) dicti Eppe de Getenhusen 30 Schilling Konstanzer Pfennig erhalten. Der Aussteller siegelt. Actum apud Raderai anno domini M° CC° nonagesimo quarto, XI. kalendas julii, indictione VII^{a}, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro Swigero de Teggenhusen, C. de Svezzenhusen et . . de Steten, cive in Martorf, aliisque pluribus fidedignis. 882.

Cod. Sal. II, 262 No. CCXXXVIIII. Reg. Ztschr. 3, 245.

[1] In der Ueberschrift steht Jetenhusen.

Digitized by Google

1294. Juli 27. Konstanz. C. de Friburch, prepositus Constantiensis, ertheilt den Dienern der Propstei (servis prepositure nostre) Eber(hardo) et Dietrico de Wintersulgen, die Erlaubniss, ihre Besitzungen daselbst, zumal da diese an die Propstei niemals Zins entrichtet haben, dem Kloster Salem zu übergeben. Datum Constancie anno domini M° CC° LXXXXIIII°. VI. kalendas augusti, indictione VII^a. 883.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers aus mit Fett vermischtem Wachs, befestigt wie an No. 432, spitzoval, 50:30 mm, III A 2a, im Siegelfelde ein stehender Kleriker, in der Rechten einen Kelch, in der Linken die Ferula, rechts von ihm eine Lilie, links eine 5blättrige Rose. Umschrift: † s.' cvn. de. fribvrg. prepositi. ecce. ostant. Rückseite Fingereindruck. Cod. Sal. II, 251 No. CCXLVIIII.

1294. Aug. 4. Ulm. Konrad von Plochingen, Ritter, verkauft seine Besitzungen in Elchingen um 550 Pfund Heller an das Kloster Salem, indem er sie zu diesem Zwecke an die Brüder Straif und Ernst von Stöffeln, von denen er sie zu Lehen trug, aufgibt. 884.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Cûnradus miles de Blochingen subscriptorum noticiam cum salute. Ut contractus bone fidei consensu mutuo celebrati sub stabi||litate incommutabili perseverent, et ne gesta modernorum oblivionis caligini involvantur, scripturarum indiciis tenaci et perpetue debent memorie commendari. Noverint itaque universi tam posteri || quam presentes, quod ego honorabilibus in Christo . . abbati et conventui ac monasterio in Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, possessiones meas sitas in Âlchingen juxta monasterium Âlchingen || cum pratis, agris cultis et incultis, nemoribus, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis necnon hominibus, iurisdictionibus et piscariis ac iure patronatus ecclesie dicti loci omnibusque suis pertinenciis et iuribus quibuscumque tam corporalibus quam incorporalibus et quocumque nomine censeantur, rite et legitime vendidi, adhibita in eadem vendicione per me et empcione per ipsos factis de possessionibus suisque pertinentiis antedictis verborum et gestuum sollempnitate debita et consueta, pro quingentis quinquaginta libris denariorum hallensium, quas me recepisse ac in utilitatem meam evidentem fore conversas scriptis presentibus recognosco. Et quia possessiones easdem cum suis attinentiis antedictis a nobilibus viris, videlicet dominis dicto Straîf et Ernesto[1] fratribus de

[1] Das Or. hat Crnesto.

Digitized by Google

Stôpheln in feodum habui et possedi, ipsas cum omnibus suis attinentiis ad peticionem dictorum . . abbatis et conventus ad manus eorundem fratrum liberaliter resignavi. Iidemque ad preces prefatorum de Salem strennuum virum dictum Sevelâr militem[1], Kraftonem dictum Schriber, Ûlricum dictum Strôli, Luiprandum et Hainricum de Halle, Ottonem et Ûlricum dictos Roten, et Hermannum dictum Welser, cives in Vlma, de possessionibus prefatis ipsorumque pertinenciis, attinenciis et iuribus predictis infeodarunt rite et legitime ac etiam investiverunt ad utilitatem et comodum ipsorum . . abbatis et conventus monasterii in Salem, cum feodorum huiusmodi non sint capaces, dictorum vasallorum se in hac parte committencium et subicientium pure fidei et sincere. Nos predicti Strâif et Ernestus recognoscimus scriptis presentibus, omnia et singula supradicta ad manus et per manus nostras rite et legitime fore peracta, et in evidenciam ac fidem inviolabilem eorundem appendimus presentibus sigilla nostra. Ego etiam Cûnradus de Blochingen predictus, volens indempnitati ipsorum . . abbatis et conventus et monasterii de Salem plenius consulere et cavere, obligo me meosque heredes eisdem hiis in scriptis per stipulationem legitimam et sollempnem ad subeundum pro ipsis in quocumque iudicio ecclesiastico vel civili in premissis omnibus et singulis plenam warandiam omneque periculum evictionis sine ipsorum laboribus et expensis. Renuncians nichilominus pro me meisque heredibus circa premissa et quodlibet eorundem beneficio restitutionis in integrum principaliter vel incidenter, exceptioni non numerate pecunie, literis a sede apostolica vel aliunde impetratis vel etiam impetrandis, defensioni non adhibite sollempnitatis, omnibus constitucionibus et statutis tam editis quam edendis et consuetudinibus generalibus, particularibus vel localibus quibuscumque et generaliter omni suffragio tam in specie quam in genere, quo mediante premissa vel ipsorum quodcumque ullo umquam possent tempore violari, appendens in evidenciam premissorum omnium presentibus sigillum meum. Nos etiam dictus Sevelâr miles, Krafto dictus Schriber, Ûlricus dictus Strôli, Luiprandus et Hainricus de Halle, Otto et Ûlricus dicti Roten et Hermannus dictus Welser, cives suprascripti, recognoscimus, nos possessiones prefatas cum universis attinenciis

[1] Das Or. hat über litem einen Abkürzungsstrich.

Digitized by Google

superius nominatis in feodum recepisse a prefatis nobilibus Strâif et Ernesto ad utilitatem et comodum memoratorum . . abbatis et conventus, promittentes eisdem pro nobis nostrisque heredibus, nos et nostros heredes ipsis ipsorumque monasterio per stipulationem legittimam presentibus obligamus ad faciendum et consumandum de possessionibus iam dictis ipsarumque attinentiis, prout superius exprimitur, verbis et operibus quicquid per ipsos vel ipsorum nomine circa resignationem earundem et in aliis quibuscumque utilibus et necessariis aut voluntariis a nobis petitum fuerit de ipsis possessionibus ipsarumque pertinenciis quibuscumque et generaliter quicquid circa ipsas dictis . . abbati et conventui visum fuerit utile seu etiam expedire. Et in evidenciam et firmitatem incommutabilem predictorum presentibus appendi procuravimus et petivimus sigillum universitatis civium in Vlma, sigilla propria non habentes. Nos etiam Otto minister, . . consules et universitas civitatis predicte ad peticionem partium sigillum nostrum appendimus huic scripto in evidentiam et firmitatem incommutabilem singulorum et omnium premissorum . . Actum in Vlma, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet spectabili viro Ůlrico comite de Helfenstain, domino Ludewico de Stovfenegge, Gebehardo milite, advocato in Gerhvsen, Rûdolfo de Nallingen, Ludewico de Svnderbûch, Cûnrado advocato in Erfingen, Heinrico dicto Obenhvser, Heinrico dicto Schriber, Gozoldo, fratre Burchardo de Campidona, sacerdote monacho, fratre Gerungo, converso in Salem, Heinrico, rectore puerorum in Vlma, aliisque pluribus fidedignis, anno domini M° CC° nonagesimo quarto, II. nonas augusti, indictione VII^a.

Perg. Or. im kgl. Reichsarchiv in München. Fremde Hand. 4 Siegel — 1, 3, 4 aus Malta, 2 aus Wachs — an Pergamentstreifen anhängend: 1. des Konrad von Plochingen, rund, 50 mm (IV A 2), der Dreieckschild fünfmal schräggetheilt. Umschrift: † **s. cvnradi * de * blochingen** * (Daumeneindruck). — 2. des Straif von Stöffeln, rund, 35 mm (IV A 2) im Dreieckschild ein nach rechts aufsteigender Löwe. Umschrift: † **sigillum. cvonradi. de. winberc.**[1] (Rückseite etwas erhöht mit 2 schrägen Einkerbungen). — 3. des Ernst von Stöffeln, rund, 50 mm (IV A 2), im Dreieckschild das gleiche Wappenbild, oben und zu beiden Seiten unten am Schilde sind im Siegelfelde Arabesken angebracht, Umschrift: † **s.' ernesti. de. winberch.** (Rückseite erhöht mit 3 wagrechten Einkerbungen).

[1] Die Herren von Stöffeln gehören dem gleichen Geschlecht an wie die von Weinberg.

Digitized by Google

— 4. der Stadt Ulm, dreieckschildförmig, 70:55 mm (IV A 1), im Siegelfelde der Reichsadler, Umschrift: † **sigillvm. universitatis. ciuivm. in. vlma.** (Rückseite glatt). Cod. Sal. II, 351 No. CCCXXXVII. Druck nach dem Or. Ulm Urkb. I, 212 No. 181. Regest: Zeitschrift für Baiern 1817 S. 149. Ztschr. 3, 352.

1294. Aug. 13. Salem. Frater Ůlricus . . abbas et . . conventus in Salem bekennen, dass sie, nachdem ihr Converse H. von Wintersulgen, ehemals Bürger in Pfullendorf, unter andern Dingen, die er um Gottes Willen dem Kloster zubrachte, ihnen auch seine Besitzungen in Wintersulgen, Bettenbrunnen und Egge übergeben hatte, die erwähnten Besitzungen in Wintersulgen und Bettenbrunnen und einen Jahreszins von 1 Pfund in Egge und ein Haus in Pfullendorf, das er ihnen ebenfalls geschenkt hatte, seinem Sohne Eberhard gegen einen auf Martini fälligen Jahreszins von ½ Pfund Wachs verliehen haben unter der Bedingung, dass im Falle seines kinderlosen Todes die sämmtlichen Güter u. s. f. dem Kloster zufallen und dass für dieselben das Vorkaufsrecht dem Kloster zustehe. Actum apud Salem anno domini M° CC° XC° quarto, idus augusti, indictione III[a][1] H. dictus Græmelich, miles, minister, et consules civitatis in Pfullendorf, besiegeln die Urkunde. 885.

Cod. Sal. II, 281 No. CCLXX.

1294. Aug. 29. Rheineck. Fridericus miles et Swigerus germani dicti Tumben de Nůwenburch vertauschen an Eber(hardus) dictus de Kobelon gegen dessen Hof bei Muntigel genannt *hinder der burch*, der jährlich bis zu 25 Schilling Konstanzer Pfennig an Zinsen abwirft, jährlich 10 Schilling Pfennig von den Einkünften der Fähre, die *daz var ze Gamprin* genannt wird, 6 Mutt Hafer, ferner von ihren Gütern zu Eschen (Escha) jährlich 10 und von jenen zu Valgendige 6 Viertel gemischten Getreides, Feldkircher Maaßes. Ferner vertauschen sie an Rudolfus dictus *der Wildebehain* von Birchach, Hainricus et Albertus fratres de Kobelon gegen den ihnen gehörigen Hof, genannt *der hove ze Blattun*, welchen Albert genannt *ze dem Böngarten* baut und der auf einen Jahresertrag von 25 Schilling geschätzt ist, die Aecker genannt *an der Zobcerde* bei Getzis, die jährlich 9 Schilling und 6 Pfennig

[1] Wohl nur ein Schreibversehen statt VII[a].

Digitized by Google

ertragen, und die Wiesen, genannt *der Swesteron mat*[1] bei Chummingen, von denen jährlich 3 Mutt Heu Feldkircher Maaßes gewonnen wird. Nach erfolgter Verzichtleistung seitens der Genannten verkaufen die Brüder Tumb diese Höfe um 30 Pfund Pfennig an das Kloster Salem. Es siegeln die beiden Tumb, Rudolf genannt *der Wildebehain* von Birchach und für die Brüder von Kobelon auf deren Bitte dominus Hugo de Werdenberch, conmendator domorum hospitalis sancti Johannis in Veltkilch et in Vberlingen. Actum apud Rinegge anno domini M° CC° XCIIII°. IIII. kalendas septembris, indictione VII[a]. 886.

Perg. Or. Salemer Hand. Von 4 Siegeln hängen noch 3 an Pergamentstreifen an, aus Malta, 1 u. 2 der Brüder Tumb wie an No. 847 bezw. 852. — 3. des Johanniterhauses in Ueberlingen, spitzoval, 45:29 mm, II B, im Siegelfeld zwischen zwei Sternen eine geballte Hand, deren Zeigefinger nach oben deutet. Umschrift: † s.' **domvs. sc̄i. iohanis. ī. vberlige.** Auf den Rückseiten je 1 Daumeneindruck. Das 4. Siegel fehlt, es ist auch kein Pergamentstreif mehr an der Urkunde, nur der Einschnitt für den Streifen ist vorhanden. Cod. Sal. II, 269 No. CCLVII. Reg. Ztschr. 3, 245. Druck: Ztschr. 10, 415.

1294. Aug. 29. Rheineck. Dieselben verpflichten sich, da der Hof zu Blatten ein Lehen des römischen Königs ist, dessen Zustimmung zu der Veräusserung beizubringen, eventuell das Kloster Salem durch entsprechende andere Besitzungen bei Illbruck (Illebrugge prope Veltkilch) zu entschädigen und stellen hiefür als Eideshelfer und Leistungsbürgen: strennuos viros et discretos, Cûnradum de Grimmenstain, H. de Rankwil, militem, necnon dominum H. de Nidegge nobilem, von denen sich der erste zum Einlager in Rheineck, der zweite in Feldkirch, der dritte in Bregenz (Brigancie) verpflichtet. Actum apud Rinegge anno domini M° CC° XCIIII°. IIII. kalendas septembris, indictione VII[a]., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorando in Christo Rûdolfo incurato in Tal, Ûlrico de Vttewile et Wern(hero) de Tal, militibus, Jo(hanne) de Yberch, C. ministro seniore, H. et Jo(hanne) fratribus, dictis ministris de Rinegge, H. de Griezzerrun, . . dicto Kelner, Hainrico de Aems, C. de Horn aliisque pluribus fidedignis. 887.

Perg. Or. Salemer Hand. Die Siegelformel mit Actum und Zeugen grösser geschrieben, doch wohl von derselben Hand, aber mit anderer

[1] In der nächsten Urk. heisst es: *der Swesteron mat in den medern.*

Digitized by Google

Tinte und sichtlich später als der Text der Urkunde, die demnach vorher vorbereitet gewesen ist. An Pergamentstreifen 5 Siegel aus Malta: 1 und 2 der Brüder Tumb wie an No. 886. — 3. des Heinrich von Nidegg, rund, 42 mm, IV A 2, im Dreieckschild 3 Sterne, je 1 in jeder Schildecke. Umschrift: † s.' heinrici. de. nidegge. — 4. des Rudolf von Rorschach wie an No. 527. — 5. des Konrad von Falkenstein, rund, 41 mm, IV B 2, im Dreieckschild, der mit den 3 Ecken in den Schriftrand hereinragt, der Helm mit Kleinod, zwei Krallen. Umschrift: † s. cv̂radi. de. falhiusten. Die Rückseiten von 1, 2 und 4 mit je 1 Daumeneindruck, 2 mit 2 Eindrücken, 5 mit 3 schräglaufenden Einschnitten. Druck: Ztschr. 10, 417. Nach dem Tenor der Urkunde erwartet man neben den Siegeln der Aussteller die der 3 Leistungsbürgen. Konrad von Falkenstein könnte mit Konrad von Grimmenstein identisch sein, die Beispiele sind ja nicht selten, dass eine und dieselbe Person in der Urkunde anders als auf ihrem Siegel heisst. Bezüglich des Rudolf von Rorschach ist die Annahme, dass er mit H. v. Rankweil identisch sei, weniger wahrscheinlich, doch trotz der Ungleichheit des Vornamens, der zudem bei dem von Rankweil nur mit dem Anfangsbuchstaben angedeutet ist und daher möglicherweise anders lauten könnte, nicht absolut ausgeschlossen, da es wohl vorkommt, dass ein Sohn das Siegel des Vaters — trotz der Verschiedenheit der Vornamen — nach dessen Tode weiterführt. In der Zeitschrift 10, 419 sind die Umschriften beider Siegel ungenau wiedergegeben, daher auch die Anm. 11 geäusserte Vermuthung hinfällig.

1294. Nov. 1. Konstanz. Johannes von Kesswyl verkauft an das Kloster Salem seine Besitzungen, Juggen genannt, zwischen Muntigel und Griessern unter Stellung von Leistungsbürgen. 888.

Omnibus presencium inspectoribus Johannes de Keswille fidem presentibus adhibere. Noverint omnes et singuli, ad quos presens scriptum devenerit, quod ego, gravibus oppressus oneribus debitorum, honorabilibus et religiosis viris . . abbati et conventui monasterii de Salem possessiones dictas Juggun, sitas inter Muntigel et Criêszerrun prope Renum, datas mihi a Dietrico quondam dicto de Juggun et Ber(toldo) de Âms, fratribus, in dotem Adelhaidis, uxoris mee, sororis eorundem, de consensu expresso eiusdem Adelhaidis rite et legittime, iuramento per eandem vallato [267] de non repetendo easdem, venditionis titulo, receptis ab eisdem duodecim marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quas in usus meos necessarios converti, de quibus michi confiteor plenarie satisfactum, libere et absolute tradidi et donavi, constituendo sibi Johannem, filium strennui viri Rûdolfi militis dicti de Rinegge, Rûdolfum de Ahe, filium quondam Ûlrici de Bôngarten, et Gôtfridum de Keswille, fratrem meum, warandos et fideius-

Digitized by Google

sores super evictione dictarum possessionum sub forma subscripta et hoc, quo ad filium meum Ůlricum, cum alium filium iam non habebam, si forte dictis abbati et conventui per eundem Ůlricum de iure vel de facto moveri contingeret questione super dictis possessionibus, quod iidem Jo(hannes), R(ûdolfus) et Gôtfridus, quousque dictus filius legittime cum sollempnitate debita et consweta sub certa forma verborum, que eisdem videbitur necessaria, dictum vendicionis contractum ad ipsorum arbitrium approbabit, se, monicione octo dierum premissa, presentabunt in obstagium in civitate Constantia apud certum hospitem aut hospites, nunquam inde recessuri, donec predicta approbacio vendicionis premisse fuerit legittime consummata, et si ad alterius observacionem obstagii sint ligati, alios eque ydoneos obsides sibi in dicto loco Constantia, quos dicti abbas et conventus, monitione quatuordecim dierum premissa, acceptandos duxerint, subrogabunt. Si vero unum de predictis obsidibus seu warandis precedente approbatione predicta, quod deus avertat, mori contigerit, alii, qui superstites fuerint, ad eorum requisitionem infra unius mensis spacium, donec pro mortuo per me substitutus fuerit eque ydoneus, se in loco predicto sub forma prescripta in obstagium presentabunt. Ceterum, ut sepedictis abbati et conventui super contractu predicto plenius caveatur, Ber(toldus) dictus de Åms, frater Adelhaidis, uxoris mee predicte, unâ nobiscum, videlicet mecum et uxore mea predicta, se warandum constituit dictarum possessionum et obligat se ad evictionem perpetuo, si fortassis in posterum contingeret eis quotienscumque vel a quocumque ratione nostri vel a nobis seu aliquo ex nobis moveri super dictis possessionibus questionem. Promittimus insuper ego et . . uxor mea prefata, corporale prestantes super hoc nichilominus sacramentum, quod si nos vel alter ex nobis seu aliquis nostro nomine sepedictos abbatem et conventum super dictis possessionibus impetere contingerit ratione pene, dampni et interesse, viginti quatuor marcas argenti ponderis Constantiensis ante litis ingressum sine contradictione qualibet persolvemus, et quod Ůlricum, filium nostrum supra dictum, ad hoc idem et ad prestandum nobiscum warandiam, ut est premissum, sub pena iam dicta, postquam ad etatem legitimam pervenerit, astringemus, renunciantes pro nobis nostrisque heredibus universis omni iuri tam in genere

Digitized by Google

quam in specie, quod nobis in prefatis possessionibus in Juggen et earum attinenciis ac iuribus universis competebat vel competere videbatur. In cuius rei testimonium et robur perpetuum hanc litteram, quia sigillo proprio non utor, sigillo honorandi in Christo officialis curie Constantiensis communiri procuravi. Nos Ber(toldus) de Åms, Johannes de Rinegge, R(ûdolfus) de Ahe et Goetfridus de Keswille prelibati omnia et singula premissa, prout premissa sunt, [268] vera esse profitentes, quia sigillis propriis non utimur, sigillo honorandi in Christo . . officialis curie Constantiensis petivimus communiri in robur et testimonium omnium premissorum. Nos . . officialis curie Constantiensis omnia et singula premissa rite ac rationabiliter ac cum sollempnitate debita et consweta fore peracta plenius recognoscentes, ad peticionem Johannis de Keswille et aliorum suprascriptorum sigillum curie Constantiensis huic appendimus instrumento. Datum Constantie anno domini M° CC° XC° IIII°., kalendas novembris, indictione VII^a^.

Cod. Sal. II, 266 No. CCLV.

1294. Nov. 2. Lausheim. Ulrich von Königsegg und sein gleichnamiger Sohn verkaufen dem Kloster Salem ihre von Burchard von Laiterberg erworbene Burg zu Laiterberg sammt Zugehör und geloben, den Bischof von Konstanz und die Edeln von Gundelfingen, denen die Lehenshoheit über Theile des Verkauften zustand, nach deren Heimkehr zur Uebergabe des Eigenthumsrechtes an das Kloster zu bewegen. 889.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Ůlricus de Kůnigesegge, miles et Ůlricus, filius suus, dyocesis Constantiensis, subscriptorum noticiam cum salute. || Presentis vite negocia consumit edax oblivio, nisi fidelis et perpetue scripture testimonio in thesauris memorie reponantur. Noverint itaque universi tam posteri || quam presentes, quod, cum nos oppressi essemus oneribus debitorum et ab eisdem non possemus nisi per vendicionem possessionum nostrarum comode liberari, castrum nostrum in Laiterberch, nobis iure pertinens || proprietatis, cum suis pertinenciis, appendiciis ac iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis eo iure, quo quondam pater mei, Ůlrici militis predicti, idem castrum cum suis attinenciis universis a Burchardo de Laiterberch comparavit, retentis nobis dumtaxat caldariatoribus, qui *kesseler* vulgariter appellantur, et piscaria in Cruchenwise, vendicioni publice decrevimus exponendum. Et cum inter alios, licitacione sollemp-

Digitized by Google

niter facta, honorabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem nobis maius et utilius precium obtulissent, nos, deliberacione prehabita diligenti et nostra utilitate diligencius considerata, dictum castrum cum agris, pratis, silvis, iurisdictionibus, viis et inviis et cum suis pertinentiis ac iuribus tam corporalibus quam incorporalibus universis, quocumque nomine censeantur, exceptis dumtaxat caldariatoribus et piscaria in Cruchenwise antedictis, eisdem . . abbati et conventui monasterii de Salem ipsorumque monasterio pro centum et viginti marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis rite et legittime vendidimus et in ipsos ipsorumque monasterium vendicionis titulo transtulimus cum sollempnitate verborum ac gestuum debita et consueta. Peccuniam itaque supradictam nos a dictis . . abbate et conventu integraliter recepisse et in utilitatem nostram evidentem fore conversam scriptis presentibus recognoscimus et sollempniter confitemur. Et quia possessionum supradicto castro pertinentium sunt alique feodales, harum literarum contextu nos dictis . . abbati et conventui per stipulacionem legittimam obligamus ad procurandum cum effectu, quod, cum reverendus pater et dominus noster, . . dei gratia Constantiensis episcopus, cui directum dominium earundem possessionum in parte pertinet, ad suam dyocesim et nobilis vir dominus Bertoldus de Gundoluingen, cui similiter dictarum possessionum dominium una cum fratribus suis indivisim in aliqua parte noscitur pertinere, ad suas partes reversi fuerint, resignacione ipsarum per nos ad ipsorum manus, sicut moris est, primitus facta, possessiones easdem cum suis attinentiis universis et proprietatem earundem infra mensem post ipsorum reditum transferent sollempniter donacionis titulo in . . abbatem et conventum ipsorumque monasterium antedictos, alioquin nobilis vir Anshelmus de Justingen iunior, Bur(cardus) de Tobel, Bertholdus de Dankratswiler et Cûnradus de Stuben, milites per nos ipsis . . abbati et conventui super expedicione plena premissorum usque ad dictum terminum per obligationem fidei prestite eis ab ipsis vice et nomine sacramenti obsides constituti, ad ipsorum monicionem se in obstagium presentabunt, dictus nobilis apud Mængen et reliqui tres apud Rauenspurch antiquum, in eodem obstagio tamdiu in personis propriis remansuri, quousque ea, que predicta sunt, prout sunt premissa, comple-

Digitized by Google

tum perducta fuerint ad effectum. Et si aliquem dictorum obsidum seu fideiussorum ante complementum eorum, que predicta sunt, cedere vel decedere continget aut extra provinciam proficisci, extunc tres residui se in locis predictis in obstagium ad monicionem eorundem abbatis et conventus debent celeriter presentare, donec per nos eisdem in locum cedentis, decedentis aut extra provinciam[1] proficiscentis alter eque ydoneus fuerit subrogatus, hoc adiecto, quod, si eorundem obsidum seu fideiussorum aliquem tempore sue monicionis in alio morari continget obstagio, idem quo ad observacionem sui obstagii debet alium sibi substituere, facientem equales expensas in locis antea nominatis. Ceterum ne prefatis abbati et conventui circa premissa vel ipsorum quodcumque possit inposterum impedimentum afferri aut quodcumque dispendium seu preiudicium generari, obligamus nos nostrosque, quicumque fuerint, heredes pro tempore et successores, eisdem abbati et conventui ipsorumque monasterio sub omnium rerum nostrarum ypotheca expressa presencium et futurarum per stipulationem legittimam et sollempnem ad subeundum pro ipsis et ipsorum monasterio in omnibus et singulis supradictis quodlibet onus evictionis, interesse, expensarum, laborum et warandie in quocumque iudicio civili, ecclesiastico et seculari et nichilominus extra iudicium in locis quibuscumque, placitis et alibi, quandocumque et quocienscumque id ipsum dictis abbati et conventui utile fuerit aut aliquatenus profuturum et quandocumque ac quocienscumque id nobis nostrisve heredibus in iure vel extra ius ex parte ipsorum denunciatum fuerit aut intimatum. Denique ut premissa et singula eorundem robur incommutabile assequantur, renunciamus hiis in scriptis circa ipsa et quodlibet ipsorum tam pro nobis quam pro nostris heredibus in futurum beneficio restitucionis in integrum principaliter et etiam incidenter, defensioni et auxilio non adhibite sollempnitatis, omnibus litteris a principalibus ecclesiasticis aut secularibus et a quibuscumque judicibus concessis et concedendis aut in posterum impetrandis, excepcioni et suffragio non numerate pecunie, non tradite aut non solute, omnibus constitucionibus et statutis tam editis quam edendis, auxilio consuetudinis generalis et particularis, omni remedio legum et canonum ac generaliter et specialiter omni suffragio

[1] Or. hat provinciciam.

Digitized by Google

tam in genere quam in specie, quo mediante premissa vel ipsorum quodcumque ullo unquam possent turpari vel impediri tempore aut aliquatenus violari. In evidenciam itaque et firmitatem perpetuam eorundem presens instrumentum prelibatis abbati et conventui ipsorumque monasterio tradimus, sigillorum nostrorum necnon Anshelmi de Justingen, Bur(cardi) de Tobel, Ber(tholdi) de Dankratswiler et Cûnr(adi) de Stuben militum, obsidum prefatorum, robore communitum. Nos Anshelmus, Bur(cardus), Ber(tholdus) et Cûnr(adus), obsides supradicti, ad peticionem prelibatorum Ůlrici de Kůnigsegge militis et Ůlrici, sui filii, huic instrumento appendimus sigilla nostra ob fidem perpetuam et robur incommutabile singulorum et omnium premissorum. Datum et actum apud Lushain anno domini M° CC° nonagesimo quarto, IIII°. nonas novembris, indictione VIII^a., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûd(olfo) dicto Græmelich, . . dicto Ohsobach et . . dicto Ekhart, fratre H(ainrico) medio cellerario, fratre Alberto pistore, fratre Eber(hardo) de Stekboron et fratre Dietrico de Nůfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 6 Siegel aus Malta: 1. des Ulrich von Königsegg (Vater) wie an No. 724. — 2. des Ulrich von Königsegg (Sohn), rund, 40 mm, IV A 2, der Dreieckschild geweckt. Umschrift: † s.' **ůlrici. ivnioris. de. kvnigesegge.** — 3. des Anselm von Justingen, rund, 40 mm, IV A 2, im schraffierten Dreieckschild das bekannte Wappenbild (von links nach rechts gehender Stufenschnitt). Umschrift: † s.' **anshalmi. ivnioris. de. Jvstingen.** — 4. des Berthold von Tobel wie an No. 656. — 5. des Berthold von Dankertsweil, rund, 35 mm, im damascierten Siegelfeld der Dreieckschild, in demselben eine Lilie. Umschrift: † s.' **berhtoldi. de. dancratiswillaer.** — 6. des Konrad von Stuben, dreieckschildförmig, 40:35 mm, IV A 2, in dem von einer Perlstab-Linie eingefassten schraffierten Dreieckschild 3 Fenster (2, 1). Umschrift: † s.' **cvonradi. de. stvbvn.** Rückseiten: 1, 2, 3, 6 Daumeneindrücke, 4 durch Fingerdruck erhöht, 5 zwei Einkerbungen. Cod. Sal. II, 289 No. CCLXXIX. Erwähnt Ztschr. 3, 479 Anm. 4.

1294. Nov. 2. Lausheim (Dez. 13. Heiligenberg). **Dieselben stellen eine weitere Urkunde über den Verkauf der Burg Leiterberg an das Kloster Salem aus.** 890.

Omnibus etc. **(wörtlich mit der vorigen Urkunde übereinstimmend bis confitemur, dann heisst es weiter:)** Et quia possessionum supradicto castro pertinencium sunt alique feodales, harum lite-

Digitized by Google

rarum contextu nos dictis abbati et conventui per stipulacionem legittimam obligamus ad procurandum cum effectu, quod reverendus in Christo pater et dominus noster, dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus, cui directum dominium earundem possessionum in parte pertinet, et nobiles viri Swigerus, Cûnradus et Bertholdus germani, Swigerus dictus Burger et Hainricus fratres de Gundeluingen, quibus similiter dictarum possessionum dominium indivisim in aliqua parte dinoscitur pertinere, resignacione ipsarum per nos ad ipsorum manus, sicut moris est, primitus facta, possessiones easdem cum suis attinenciis universis et proprietatem earundem infra festum beati Martini proximo nunc instans transferent sollempniter donacionis titulo in abbatem et conventum ipsorumque monasterium antedictos, alioquin strennui viri et discreti Burcardus de Tobel miles, Burchardus de Hohenuelse, Rûdolfus de Rosenberch, Bertoldus de Hôdorf, Rûdolfus de Ramensperch, Rûdolfus dictus Swendi, Cûnradus dictus Rihter, item Cûnradus dictus Woluegger, Albertus dictus Hûpscheli, Johannes dictus Trolle, Johannes dictus Heller et Cûnradus dictus Gôtfrid, cives in Rauenspurch, per nos ipsis abbati et conventui super expedicione plena premissorum usque ad dictum terminum per obligacionem sacramenti eis ab ipsis sollempniter prestiti obsides constituti, ad ipsorum monicionem se in obstagium presentabunt apud Constantiam, Rauenspurch vel Vberlingen civitates, in eodem obstagio tamdiu in personis propriis remansuri, quousque ea, que predicta sunt, prout sunt premissa, completum perducta fuerint ad effectum. Ut autem dictis de Salem super predictis plenius caveatur, illustrem virum dominum Hugonem comitem de Werdenberch, strennuos viros Rûdolfum et Hermannum de Sulzberch fratres milites ipsis de Salem veros warandos constituimus de observandis et exequendis omnibus articulis suprascriptis, tali condicione adiecta, quod, si omnia suprascripta infra terminum prenotatum ad execucionem debitam per nos deducta non fuerint, extunc predictis fideiussoribus seu obsidibus in obstagio per unum mensem durantibus iidem dominus comes et . . de Sulzberch fratres in obstagium apud Constantiam, Rauenspurch vel Vberlingen se recipiant, sub nostro dampno et periculo abinde non exituri, donec omnia prescripta per nos modo debito compleantur. (Die weiteren Bestimmungen über die

Digitized by Google

Bürgen, das Versprechen der Vertretung und der Verzicht sind wesentlich, zum grossen Theil sogar wörtlich wie in der vorhergehenden Urkunde.) In evidenciam itaque et firmitatem perpetuam eorundem presens instrumentum prelibatis abbati et conventui ipsorumque monasterio tradimus, sigillorum illustris viri domini Hugonis de Werdenberch necnon Rûdolfi et Hermanni fratrum de Sulzberch et nostrorum robore communitum. Nos Hugo comes de Werdenberch, Rûdolfus et Hermannus de Sulzberch sepefati omnia et singula premissa, prout prescripta sunt, vera esse profitentes, obligamus nos ad peticionem dictorum Ůlrici de Kůnigesegge militis et Ůlrici, filii sui, et veros warandos constituimus pretaxatis domino abbati et conventui de Salem, data fide vice prestiti sacramenti de observandis et exequendis omnibus suprascriptis, promittentes bona fide, si infra dictum terminum omnia et singula premissa ad effectum debitum, ut premissum est, deducta non fuerint, predictis fideiussoribus seu obsidibus per unum mensem in obstagio durantibus, nos apud Constantiam, Rauenspurch aut Vberlingen in obstagium recepturos, nunquam inde exituri, donec omnia premissa ad effectum debitum perducantur. Et in huius rei evidenciam et robur hanc literam nostris sigillis fecimus roborari. Actum apud Lushain anno domini M° CC° nonagesimo quarto, IIII°. nonas novembris, indictione VIII^a., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Rûdolfo dicto Græmelich, . . dicto Ohsobach et . . dicto Ekhart, item Hainrico, medio cellerario, Alberto pistore, Eber(hardo) de Stekboron et Dietrico de Nůfron, monachis in Salem, consumatum vero postea apud Sanctum montem anno domini suprascripto, idus decembris, indictione predicta, presentibus infra scriptis, videlicet domino Rud(olfo) sacerdote *us der Egge*, . . notario domini Hugonis comitis supradicti, Her(manno) [de] Apphelŏwe, Rûdolfo dicto Vrŏmich, Ber(tholdo) dicto Schůtze, Benzone pannicisore et . . dicto Snider, cellerario in Sancto Monte, item Hainrico, cellerario maiore, Alberto pistore, D(ietrico) de Bermetingen seniore, Bur(cardo) de Campidona, sacerdotibus, Eber(hardo) de Stekboron et D(ietrico) de Nůfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv zu Sigmaringen. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 5 Siegel aus Malta: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg wie an No. 750. — 2. des Rudolf von Sulzberg, dreieckschildförmig, die Spitze abgebröckelt, IV A 2, der Dreieckschild durch Wellenlinien

Digitized by Google

5mal getheilt (das Bild weicht aber wesentlich von dem bei No. 796 beschriebenen ab, erinnert eher an Feh, vgl. v. Hefner, Handbuch 1, 42 Anm. 4). Von der Umschrift zu erkennen: † s.' **rudolfi. (m)ilitis. d. svlzberg.** — 3. des Hermann von Sulzberg wie an No. 796. — 4. u. 5. der Brüder von Königsegg wie an der vorhergehenden Urkunde. 1—3 und 5 haben auf der Rückseite einen Daumeneindruck, 4 deren 2.

1294. Nov. 17. Weissenau. .. divina miseracione abbas totusque conventus monasterii Augie Minoris, ordinis Premonstatensis übertragen das Eigenthumsrecht von Besitzungen zu Wittenhofen (Wittenhouen), welches von Wernerus dictus Gniftinch de Raderai, dem es zustand, Heinrich Ræscheli, Bürger zu Mengen (Mængen), unter der Bedingung erworben hatte, dass es, sobald er die Besitzungen veräussere, mit denselben an den Käufer übergehen solle, und nachdem derselbe sie an das Kloster Salem um 9 Pfund Konstanzer Pfennig verkauft hat, vertragsmässig an das genannte Kloster. Datum in monasterio nostro iamdicto, anno domini M° CC° nonagesimo quarto, XV. kalendas decembris, indictione VII[a]. 891.

Perg. Or. Fremde, wohl Weissenauer Hand. 2 Siegel aus dunkelgrün gefärbtem Wachs an Pergamentstreifen: 1. des Abtes, spitzoval, II B, 50:30 mm, ein stehender Abt mit Buch und Stab. Umschrift: † **s. abbatis. m(ino)ris. avge.** — 2. des Convents, rund, II B, 45 mm, der heil. Petrus und der heil. Paulus, zwei stehende Figuren, Umschrift: † **s. conventus. minoris. avgie.** Auf den Rückseiten je 1 Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 249 No. CCXLVI. Vgl. oben No. 756.

1294. Nov. 29. Raderach. Wernherus dictus Gniftinch de Raderai überträgt das Eigenthumsrecht der Güter genannt *der Winterbacher gůt* in Urnau (Vrnŏwe) nahe dem Flusse Aach (rivum dictum *dů Ahe*), welche Heinrich Ehinger von Markdorf (Martorf) von H. Stier, der sie von dem Aussteller zu Lehen trug, gekauft hatte, nach erfolgter Resignation und auf Bitten des Ehinger, der ihm dafür 25 Schilling Konstanzer Pfennig bezahlte, an das Kloster Salem. Datum et actum apud Raderai anno domini M° CC° nonagesimo quarto, III. kalendas decembris, indictione VIII[a]. 892.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel, befestigt wie an No. 432, abgefallen. Cod. Sal. II, 262 No. CCXXXVIII.

Digitized by Google

1294. Dez. 20. Esslingen. **Cudis, Sohn des Berthold genannt Cudis von Urach, verkauft an das Kloster Salem einen Hof bei Nürtingen, Schürlinshof genannt, für 61 Pfund Pfennig.** 893.

Harum literarum inspectoribus universis Cvdis, quondam Berhtoldi dicti Cudis de Vrach, militis filius, Constantiensis dyocesis, rei noticiam subnotate. Hiis scriptis tamquam in || jure confessus publice recognossco et cunctis facio notorium fidedignis, quod curiam apud Nivrtingen sitam, dictam *Schivrlinshof*, cuius proprietas seu verum dominium ad nobi||lem virum quondam Berhtoldum de Nifen olim pertinuit et nunc ad religiosum monasterium de Salem, Cisterciensis ordinis, predicte Constantiensis dyocesis, dinosscitur pertinere, || cum omnibus eiusdem curie fundis, areis, domibus, horreis, ortis, agris, pratis, pascuis, silvis, plantis, aquis, aquarum usibus, viis, inviis, juribus, jurisdictionibus et pertinenciis quibuscumque memorato monasterio pro sexaginta libris et una denariorum bonorum hallensis monete michi ab eodem monasterio numerans et etiam assignatis vendidi abso[lvens ve]rborum[1] et gestuum sollempnitatem debitam et consuetam, nichil iuris, facti, cause vel occasionis michi aut aliquibus heredibus meis reservans in vendito prenotato, in quo casu duxi renunciandum exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti precii, doli, malicie, pacti conventi, actioni in factum et generaliter omni exceptioni seu defensioni, quibus mediantibus de jure, facto vel consuetudine in judicio vel extra judicium quicquam posset incontrarium attemptari. Ut autem huic instrumento plena fides debeat adhiberi, placuit idem instrumentum sigillis populorum de Ezzelingen ac de Rutelingen et meo proprio communiri, nec non per viri discreti . . dicti Schivrlin et eius uxoris de Rutelingen, a quibus conparavi eandem curiam roborari. Ceterum nos predicti coniuges per hanc subscriptionem publice confitemur, quod voluntarie renunciamus omni juri, facto, cause et occasioni, que nobis conpetere poterat in vendito memorato. Placuit etiam omnia prenarrata virorum discretorum: Marquardi capitanei, Rudegeri sculteti dicti Rupreht, Rudolfi dicti Hasenzagel, Hugonis dicti Nallinger, Ruperhti et Cûnradi fratrum dictorum Rupreht, Truhliebi et Friderici dictorum de Hallis fratrum, Alberti dicti Gerter,

[1] Das eingeklammerte stand auf einer Stelle des Or., die durch Mäusefrass zerstört ist.

Digitized by Google

Berhtoldi dicti Schongowe, juratorum de Ezzelingen, Alberti dicti Bahte, capitanei, Rumpoldi de Grifenstain, sculteti, Ůlrici dicti Mv̂nt, Walteri dicti de Haigingen, Walteri dicti Kisterich, . . dicti Livze ac ceterorum juratorum de Rutelingen, fratris Nicolai hospitalarii tituli sancti Johannis et Ludewici dicti Zvtelman testimoniis confirmari. Datum Ezzelingen anno domini M° CC° LXXXXIIII. XIII. kal. januarii indictione VIII^a.

Perg. Or. im kgl. württemberg. Staatsarchiv zu Stuttgart. Von den 3 Siegeln hängen 2 an Pergamentstreifen an: 1. der Reichsstadt Esslingen, von Wachs, wie an No. 203. — 2. Siegel der Stadt Reutlingen ist abgegangen. — 3. des Ausstellers, von Wachs, Rundsiegel (I V B 2) im Schilde ein Querbalken. Umschrift: † s.' **cvdisl. militis. de. vrach**.

1294. Dez. 21. Esslingen. Divina permissione . . abbas totusque conventus monasterii Hyrsaugensis, ordinis sancti Benedicti, Spirensis dyocesis, genehmigen, dass Berta, begina de Ezzelingen, einen Weingarten am Keselsberg, *Lofels wingart* genannt, mit aller Zugehör, dessen Eigenthumsrecht ihnen zusteht, und den sie mit des Klosters Hirsau Zustimmung um 20 Pfund guten Hellergeldes von der mit demselben (emphiteotico titulo) belehnten honesta matrona . . dicta Pullisin de Ezzelingin erkauft hatte, dem Kloster Salem schenke (elemosinarie contulisset seu simpliciter propter deum), behalten sich jedoch, als Zeichen ihres Eigenthumsrechtes (in signum veri dominii), die Entrichtung eines an Martini fälligen Jahreszinses von 1 Pfund Pfeffer (una libra piperis) vor. Datum Ezzelingen anno domini M° CC° XC° IIII°. XII. kalendas januarii, indictione VIII^a. 894.

Cod. Sal. III, 309 No. CCLXII.

1294. Dec. 28. Hayingen. Swicker, Berthold und Konrad, Ritter von Gundelfingen, Brüder, (Swicker) genannt Burger und Heinrich, deren Vettern, verzichten auf alle Ansprüche an Besitzungen zu Neufrach, Lehen von Reichenau, zu Gunsten des Klosters Salem. 895.

Universis hanc literam inspecturis Swigerus, Bertoldus, Cûnradus milites de Gundeluingen germani, || . . dictus Burger[1] et Hainricus, fratrueles eorundem, noticiam rei geste. Noverint universi, ad quos || presentes pervenerint, quod nos omnes et singuli possessiones universas sitas in Nůfron, quas Wern||herus, Ůlricus et Adeloldus, cives in Vberlingen, dicti Besserer

[1] Er heisst Swicker (s. unten das 4. Siegel).

Digitized by Google

a Hainrico quondam milite de Nûfron in feodum tenuerunt, quasque idem Hainricus a nobis in feodum tenuit et possedit, ad peticionem honorandi viri Hermanni clerici dicti de Hornstain reverendo in Christo domino nostro, . . dei gracia abbati Augie Maioris ac suo monasterio cum omnibus suis appendiciis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis et omnibus aliis tacitis et expressis, dictis possessionibus intus et extra pertinentibus, resignavimus et tenore presencium resignamus[1]. Presertim cum venerabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem, qui possessiones sepedictas cum universis suis attinenciis a predictis civibus dictis Besserer iusto titulo empcionis et ius infeodandi, quod Hainrico quondam de Nûfron predicto conpetebat in eisdem, a Hermanno clerico de Hornestain memorato, tutore seu curatore Hainrici, filii . . militis scpedicti de Nûfron, suo monasterio pro certa summa peccunie conpararunt, velint ius proprietatis possessionum prefatarum de manu domini nostri abbatis prefati, a quo et nos possessiones easdem in feodum tenuimus, et de manu sui capituli conparare. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis omni consuetudini loci et patrie et generaliter omni iuri, tam in genere quam in specie, quod nobis in possessionibus sepedictis et earum attinenciis universis conpetebat vel conpetere videbatur, et omnibus, per que predicta nostra resignacio posset inposterum quibuscumque in dubium revocari. In cuius facti evidenciam et robur inconmutabilis firmitatis presens insrumentum sigillis nostris, videlicet Swigeri, Ber(toldi) et C(ûnradi) predictorum et sigillo, quo nos. dictus Burger et H(ainricus) germani utimur, fecimus conmuniri. Actum apud Hâigingen[2] anno domini M° CC° nonagesimo quarto, V. kalendas januarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis, viris C. rectore ecclesie in Tûwingen, H. rectore ecclesie in Haigingen, Friderico vicario suo, Her(manno) de Hornestain, rectore ecclesie in Blochingen, nobilibus viris Anshelmo de Justingen seniore et Anshelmo filio suo, Swigero et Cûnrado, filiis domini Swigeri de Gundeluingen senioris et H. filio C. de Gundeluingen, ac viris discretis Johanne de Hornestain, Bur(cardo) Senfeli, Oswaldo Bosse et Cûnrado de Enselingen, cive in Rûdelingen, et aliis quam pluribus fidedignis.

[1] Vgl. No. 864. — [2] Von hier an blassere Tinte.

Digitized by Google

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 4 Siegel aus Wachs: 1. des Bertold von Gundelfingen wie an No. 843,2. — 2. des Swicker von Gundelfingen wie an No. 843,3. — 3. des Konrad von Gundelfingen wie an No. 600,3. — 4. des Swicker von Gundelfingen (genannt Burger) wie an No. 843,1. Rückseiten: 1 und 2 mit je 2 wagrechten Einschnitten, 3 mit einem schräglaufenden tiefen Einschnitt, 4 mit Daumeneindruck.

1294. o. T. u. Ort. . . divina miseracione abbas totusque conventus monasterii in Wingarten, ordinis sancti Benedicti, Constanciensis dyocesis, gestatten, dass honesta matrona Gertrudis, relicta quondam strennui viri Jacobi de Hermstorf militis, Cûnradus, filius suus, ac . . filie eorundem ihren Hof in Reuthe (Rûti), welchen sie gegen einen Jahreszins von 1 Schilling Heller vom Kloster Weingarten inne hatten, mit aller Zugehör an das Kloster Salem vergaben, doch unter der Bedingung, dass der vorgenannte Zins fortan von dem Kloster Salem oder dessen Rechtsnachfolgern auf dem Hofe zu Reuthe an das Kloster Weingarten entrichtet werde. Datum et actum in[1] . . anno domini M° CC° nonagesimo quarto. 896.

Perg. Or. Salemer Hand. An einem Pergamentstreifen das Siegel des Abtes von Weingarten, aus Wachs, spitzoval, 47:39 mm, III A 2a, stehender Abt mit Stab und Buch, Umschrift: † **s. hermanni. abbatis. in winegarten.** Rückseite: 3 Einschnitte. Das Siegel des Convents ist abgefallen, ein Rest des Pergamentstreifens noch an der Urkunde. Cod. Sal. II, 256 No. CCXXX.

1295. Jan. 4. Frickingen. Graf Hugo von Werdenberg und Heiligenberg, Rudolf von Sulzberg und Burkart von Ramsberg entscheiden einen Streit zwischen dem Kloster Salem und Berthold von Rohrdorf über ein Gut in Wirrensegel. 897.

Wir der grave Huge von Werdenberg und von dem Hailigen Berge, Rûdolf von Sulzberg, ain ritter, unde || Burcart von Ramsperg tûgen kunt allen den, die disen brief lesent oder hôrent lesen, daz dû ansprâch unde krieg, den || Berhtolt von Rordorf het gegen dem . . abbet unde gegen der samenunge von Salemanswiler umbe daz gût ze Wirrinsegel, || daz in gap Cûnrat von Helmesdorf, daz der gelâzen wart Berhtoltshalp an hern Hainrich von Phullendorf, den amman, ainen ritter, unde an mich, Burcart von Ramsperg, unde der herron halp von Salemanswiler an mich, Rûdolf von Sulzberg und an Herman, minen brûder, unde also daz wir grave Hug da vor

[1] Ausstellungsort, Monat und Tag fehlen.

Digitized by Google

genannt oberman wârint, daz wir alle oder vier oder drie, ob wir alle ûber aine nit komen môhtint, ertailtint uf unsern ait unde uf die trûwe, die wir schidelût gaben uf unsern ait, waz rehtes Bertolt hette nâch siner ansprâch an dem vorgenantem gût, do kamen wir alle des ûber aine gelihlich unde ainmûteklich unde tuht uns reht uf ûnsern ait, môhti der abbet unde dû samenunge von Salemanswiler beredon mit zwain erbâren mannen, die des lehens genôzze wârint oder ûbergenôzze, das daz gût also herkomen wâre, alse si von alter her vernomen hettint unde von ir vorderon, daz es lehen wâre von Hohenberg der graveschaft unde von graven Albreht, von dem och si ez gevertegot hant fûr ain vriges aigen, daz si dez geniessen soltint, unde daz si Bertolt unbekûnbert an ir gût solti lân. Wâri aber daz si ez nit beredon môhtin, so soltin si ime ledig lazzen sin gût. Dez gaben wir in baiden ainen tag ze Frickingen an dem zinstage vor dem zwelften tage alde darnach in drin wochon, ob si ez des tages nit getûn môhtin. Dar kam der abbet von Salemanswiler, brûder Hainrich, der grôzze keller von Isenin, brûder Albreht, der phistermaister von Salemanswiler, brûder Eberhart von Stecboron unde brûder Dietrich von Nûfron an dez klosters stat von Salemanswiler, unde behûbent da mit dem herrn Hainrich von Ebersperg unde herrn Claus von Helmesdorf, zwain rittern, die daz uf ir ait seiton, unde darumbe sworen[1] ze den hailigon, daz das gût ze Wirrinsegel unde swas dar zû hôret, also von alter dar komen si, unde daz si ez also von ir vorderon vernomen habent, daz ez lehen wâre von Hohenberg der graveschaft, unde daz ez herre Hainrich von Ebersperg der vorgenant von dem graven Burkart unde von graven Albreht enphie unde mit siner hant lihen bat herrn Burcart sâligem von Helmesdorf. Dez selben iahent uf ir aide an demselben tage herre Swigger von Teggenhusen, herre Burcart von Tobel, herre Cûnrat von Mânlishouen, herre Bertolt von Dankratswiler, ritter, unde brûder Marquart von Guntzenrûti. Unde won der tag also dar geben wart, ob si daz da berettint, unde wir alle dar nit komen môhtin, ob unser vier, drie, zwên, aine dar kôment, swaz vor den berette wurde, daz das stâte belibe, unde wir drie, der grave Huge, Rûdolf von Sulzberg, unde Burcart[2] von Ramsperg die vorgenanten da warent,

[1] swren Or. — [2] Or. hat Burcat.

Digitized by Google

unde vor uns reht und redelich behept ist, so ertailen wir uf unsern ait, daz Bertolt von Rordorf der vorgenant enhain reht habe an dem gût ze Wirrinsegel, unde daz darzu hôret, won ez die von Salemanswiler behebt hant, als in ertailt wart. Unde ze ainem urkûnde dierre dinge so haigen wir disen brief gesigelt mit ûnsern insigeln. Diz geschach ze Frickingen, do von gottes gebûrte warent tusent zwaihundert unde fûnf unde nûnzig iar an dem vorgenanten zinstage, unde warent dabi die vorgenante lûte, die och daz uf ir ait saiton, daz da vor geschriben ist, unde ander biderbe lûte.

Perg. Or. Fremde Hand. 3 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg wie an No. 750. — 2. des Rudolf von Sulzberg wie an No. 890. — 3. des Burkart von Ramsberg wie an No. 286. Auf den Rückseiten je ein Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 278 No. CCLXVII. Vgl. oben No. 838.

1295. Jan. 22. Konstanz. Bischof Heinrich von Konstanz vidimiert die Bulle Papst Innocenz' III. für Salem d. d. 1209 Sept. 7. (oben No. 74) und gebietet allen Geistlichen seiner Diöcese, den Vorschriften derselben entsprechend das Kloster gegen seine Widersacher zu schirmen. Datum Constantie anno domini M° CC° nonagesimo quinto, XI. kalendas februarii, indictione VIII^a. 898.

Perg. Or. Hand der bischöflichen Kanzlei von Konstanz. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Malta, spitzoval, 72:45 mm, III A 2b, sitzender Bischof auf einem mit 2 Hundeköpfen verzierten Stuhl mit Infel und Stab, die Rechte zum Segen erhoben, unterhalb des Stuhles, ein Zweig. Umschrift: † s.' hāīr. d(ei gracia e)pī. eccl'ie constanciensis. Rückseite glatt.

1295. Febr. 17. Konstanz. Magister Cûnradus Pheffer-hardus, canonicus ecclesie Constanciensis, et Burcardus dictus Vnderschoph junior, civis Constantiensis, verkaufen an Abt Ulrich und den Convent zu Salem ihren Weinberg bei Hagnau (Hagenow), genannt Horlach, den sie von Burkard, dem Schwestersohn des verstorbenen H(einrich), des Domkellers (cellerarii ecclesie Constantiensis) und Canonicus zu Konstanz erkauft und seither nach Marktrecht (eo iure, qui *marchtrecht* vulgariter appellatur) ungetheilt besessen haben, um 56 Pfund Konstanzer Pfennig. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° LXXXX quinto, XIII. kalendas martii, indictione VIII^a. 899.

Digitized by Google

Perg. Or. 2 Siegel aus Wachs, befestigt wie an No. 482: 1. des Officials von Konstanz wie an No. 671, Rückseite Daumeneindruck. — 2. des Canonicus Konrad Pfefferhart, spitzoval, oben und unten abgebröckelt, ca. 45:33 mm, III A 1 in Verb. mit II B, im Siegelfelde eine Darstellung der Geburt des Heilandes, darunter unter einem gothischen Bogen, soweit es sich erkennen lässt, ein Brustbild, wohl Porträt des Canonicus. Umschrift: (†) s. magri. cvnr. c(anonici). ecce. ostancie(n). Rückseite durch Fingerdruck etwas erhöht. Der Cod. Sal. II, 265 enthält diese Urkunde mit der unrichtigen (durch ein Versehen des Abschreibers, der ein X wegliess, verschuldeten) Jahrzahl 1285. Danach ist das Regest oben unter No. 685 irriger Weise eingereiht. Wegen des Marktrechtes vgl. oben No. 801.

1295. Febr. 21. Salem. Hainricus dictus Græmelich, miles, minister in Pfulwendorf beurkundet, dass er für sich und seine Erben die Zehnten in Waldbeuren (Waltbvron) und in Altenbeuren (Altenbvron), welche er, die ersten von den nobiles viri de Gundolfingen, die anderen von dem nobilis vir . . de Druchburg, zu Lehen trug, nachdem diese ihr Recht an diesen Zehnten an das Kloster Salem verkauft hatten, nunmehr von diesem Kloster zu Lehen trage (iure enphitheotico) gegen einen Jahreszins von 2 Schilling Pfennig für jeden Zehnten, den auch seine Erben und etwaige andere Rechtsnachfolger jährlich an Martini entrichten sollen. Datum et actum in Salem anno domini M° CC° XCV°. IX. kalendas marcii indictione VIII^a. 900.

Cod. Sal. II, 266 No. CCLIIII. Regest: Ztschr. 3, 481.

1295. März 9. Biberach. Waltherus Dapifer de Warthusen miles übergibt die Mühle zu Birkendorf (Birkidorf, Birkadorf), nachdem der mit derselben von ihm belehnte Cûnradus dictus Vrûg, civis in Biberach (et suorum puerorum fideles portatores et iuris defensores ac heredes) Verzicht auf dieselbe geleistet, und ihr Eigenthumsrecht mit aller Zugehör, *ze wasen oder ze zwie* genannt und aller Nutzniessung (usufructuum perceptiones), auch ohne Vorbehalt des Rechtes, welches *ehæftin* genannt wird, der Aebtissin und den Nonnen des Klosters in Heggbach (Heggebach), Cisterzienser Ordens, in der Diöcese Konstanz, und verpflichtet sich für sich und seine Erben, keine andere Mühle am Gestade der Riß (in litore aque Rûssaigie) von Warthausen bis zur Mühle von Birkendorf zu erbauen, noch jemand von Benützung dieser

Digitized by Google

Mühle abzuhalten (nec aliquem molendinum Birkidorf suis frugibus querentem impedire), vielmehr überall als Gewähr des Klosters betreffs dieser Schenkung sich zu stellen und auszuführen, was der Convent zu Heggbach hinsichtlich der genannten Mühle bei dem Römischen König oder bei anderen zu thun beschliessen würde (et omnia, que dictus conventus in Heggebach apud dominum meum regem Romanorum de molendino pretaxato facere decreverit vel alios, sine dolo adimplere). Testes huius sunt: Cûnradus Pincerna de Wintersteten, dominus Andreas de Lanquart, dominus Waltherus de Mûngoltingen, dominus Cûnradus de Brihsen, milites. Helwigus de Busteten, Ûlricus de Mûlibrunnen, dictus Schad *us der Lindun*, Ber(htoldus) Kuzenkouen, Hainricus, filius prepositi in Osenhusen, Hainricus dictus Hûpman, Berhtoldus Monetarius, Gretarius, Ber(htoldus) de Tûwingen, Hainricus de Menbrehzwilar, Wernzo Panicida, Puggo Panicida, Her(mannus) dictus Hase, Luit(holdus) Vrugo et alii plures fidedigni. Datum et actum Biberach anno domini M° CC° LXXXX quinto, feria IIII^a^ ante dominicam qua cantatur Letare. 901.

Perg. Or. Fremde Hand. Das Siegel des Ausstellers ist wie an No. 432 befestigt, aus Wachs, sehr undeutlich ausgeprägt, doch sind im Schild die drei leopardierten Löwen zu erkennen. Vgl. die Urkunde No. 561 und die Schlussbemerkung zu derselben.

1295. Apr. 13. Rom, im Laterân. Papst Bonifacius VIII. bestätigt die Privilegien des Klosters Salem. Datum Laterani idibus aprilis, pontificatus nostri anno primo. „Cum a nobis petitur." 902.

Derselbe untersagt jedermann, unter dem Vorwande eines Rechtsanspruches, sich an Mönchen, Conversen oder Besitzgegenständen des Klosters Salem zu vergreifen. „Ex parte vestra." (Wörtlich wie No. 563.) 903.

Derselbe ermächtigt das Kloster Salem, bewegliche und unbewegliche Güter freier Personen, die in das Kloster eintreten, mit Ausnahme der Lehen, in Besitz zu nehmen. „Devotionis vestre precibus." (Wörtlich wie No. 616.) 904.

Drei Perg. Or. jedes mit Bleibulle an roth und gelbem Seidenstrang. Avers die Apostelköpfe, Revers: **Boni|fatius|pp. VIII.** Links unter dem Buge: Cosmas, rechts auf dem Buge: P. Gen. Auf der Rückseite oben: Phs. P. de Asisio.

Digitized by Google

1295. Apr. 14. Ueberlingen. Burkard von Tettingen belehnt den Albert von Heudorf und dessen Stiefsohn Luitfried Münzer mit dem Zehnten zu Tüfingen. 905.

Universis Christi fidelibus presentis scripti inspectoribus Burcardus de Tettingin, natus quondam Burcardi de Tettingen, militis Constantiensis dyocesis, noticiam subscrip|torum. Ne ea, que rite et rationabiliter fiunt, per lapsum temporis a memoria humana recedant, scripturarum debent indiciis perduci ad noticiam tam presencium quam futurorum||. Noverint igitur universi presentes et futuri, quod cum ego et Waltherus, Ůlricus et Hainricus, mei fratres, gravibus debitorum oneribus pregravati essemus in tan|tum, quod propter cottidianas usurarum excrescentias et graves obsidum et fideiussorum expensas iam velut in exterminio rerum positi videremur, nec ab huiusmodi oneribus sine distractione aliquarum rerum nostrarum possemus aliqualiter exonerari, ego prefatus Burcardus, de consensu et voluntate prenominatorum fratrum meorum habitoque consilio amicorum nostrorum, dedi et vendidi in feodum et iure feodi Alberto dicto de Hôdorf et Lůtfrido Monetario, filiastro suo, pro se et eius filiis et nepotibus et omnibus ex eis imperpetuum descendentibus masculis videlicet legitimis decimam meam sitam in Tivingin cum omnibus suis pertinenciis ad habendum, tenendum, possidendum predicto iure et quicquid eisdem prelibato iure deinceps placuerit perpetuo faciendum cum decima prenotata et cum omnibus et singulis suis pertinenciis omnique iure et actione, usu seu requisicione michi in dictis bonis modo aliquo pertinente pro precio triginta marcarum puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quod precium me recognosco ab ipsis emptoribus habuisse et integraliter recepisse, profitens dictum precium ad utilitatem meam et meorum fratrum predictorum esse conversum. Preterea prelibati emptores et eorum filii et nepotes omnesque ex eis, ut predictum est, in perpetuum descendentes necnon ipsorum successores debent prenominatam decimam tenere et habere in feodum et iure feodi a me et meis fratribus prefatis et nostris heredibus seu successoribus, quam eciam decimam cum omnibus suis pertinenciis ego prelibatus Burcardus sepenominatis Alberto et Lůtfrido in feodum et iure feodi concessi et presentibus concedo, adhibitis in premissis pro me omnibus verborum et gestuum sollempnitatibus

Digitized by Google

debitis et consuetis. Insuper promitto pro me meisque fratribus pretaxatis et meis heredibus sepefatis emptoribus pro se et predictis ab eis descendentibus stipulantibus eis vel suis successoribus litem vel controversiam de predictis rebus venditis seu parte ipsarum ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam rem eis a prefatis meis fratribus et ab omni alio homine et universitate in omni loco et quovis iudicio prestare warandiam secundum iuris exigenciam atque formam, et predictam vendicionem et concessionem et omnia et singula supra scripta perpetua, firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per me vel alium aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto. Preterea renuncio pro me meisque fratribus sepenotatis et heredibus exceptioni non dati et non soluti precii et omni alii auxilio michi aut meis heredibus a lege vel canone vel iure non scripto competenti. Ad que omnia et singula observanda me meosque heredes et successores obligo per presentes. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei munimine sepefatis emptoribus et suis successoribus patenter trado communitam. Nos quoque Waltherus, Ůlricus et Hainricus, fratres prenominati, profitemur expresse, vendicionem predictam et concessionem, ut premissum est, superius de nostro consensu et beneplacito processisse, promittentes omnia et singula supra vel infrascripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire nec restitucionem aliquam impetrare contra predicta vel aliquod predictorum pretextu minoris etatis vel occasione alterius cuiuslibet. In cuius rei testimonium, quia sigilla propria non habemus, sigillo Burcardi, fratris nostri prelibati, utimur et contenti sumus in hac parte. Acta sunt hec Ůberlingen, anno domini M° CC° LXXXXV°. XVIII. kalendas maii[1], indictione VIII^a, presentibus Hainrico Monetario, magistro Ůlrico, doctore scolarium in Vberlingin, Cůnrado in Fine juniore, Cůnrado Rasore, Egglino, Cůnrado Probissimo, civibus de Vberlingen, Burcardo de Rast, Hainrico dicto Mılli, ministro meo, et Bertoldo dicto Brvsse, quos omnes iam dictos videlicet presentes volo et concedo per presentes fore testes, qui vulgariter *ze genozzami* appellantur, condicione seu statu dispare non obstante.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Aus-

[1] XVIII. kal. maii mit dunklerer Tinte, aber von derselben Hand.

Digitized by Google

petuo perseveret, idem Johannes de consilio et mandato venerabilis patris nostri, domini Ůlrici de Salem, nostri visitatoris, statuit et ordinavit, ut quocumque anno ipsa ordinacio non fuerit adinpleta, quod absit, tunc in transgressionis penam cellerarius prefatus omni sexta feria sit in pane et aqua, quousque redditus illius anni tantum, videlicet septem libre, bursario domus per dictum cellerarium presentate fuerint domino visitatori de Salem, qui pro tempore fuerit, in primo suo adventu in domum per ipsum bursarium assignande. Quas quidem libras ipse visitator in usus sui monasterii expendere debet et potest, secundum quod sue placuerit voluntati. Nos itaque prelibati abbas et conventus de Wetingen prenotato Johanni super prefata donacione tam laudabili grates et gratias referentes, ad ipsius ordinacionis conservacionem et complecionem presentibus literis sigillis videlicet prenotati domini nostri de Salem et nostri signatis, nos et nostros successores firmiter obligamus. Et ut predictus dominus et pater noster de Salem de observacione premissorum et ministratione aliarum quinque librarum, quas sepedictus Johannes nostro conventui donavit[1], annuatim in visitatione inquisitionem faciat, a memorato cellerario pro ammonicione sibi, cum visitaverit, debent duo solidi presentari. Datum Wettingen anno domini M° CC° LXXXX° septimo, in die Barnabe apostoli.

Nos memoratus frater Ůlricus, abbas de Salem, in premissorum omnium evidenciam et firmitatem ad peticionem sepedictorum, videlicet abbatis et conventus de Wettingen et Johannis, huic litere nostrum sigillum duximus appendendum.

Perg. Or. Fremde, wohl Wettinger Hand. 2 Siegel, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, des Abtes von Salem, bekannt und des Abtes von Wettingen, spitzoval, 45:27 mm, II B, stehender Abt mit Stab und Buch. Umschrift: † s.' **abbatis. de. maris. stella.** Rückseiten glatt.

1297. Juni 12. Löwenthal. Die Priorin und der Convent des Klosters in Löwenthal überlassen ihren Hof in Habertsweiler dem Kloster Salem. 973.

Universis hanc literam inspecturis . . priorissa et conventus monasterii in Lewental, ordinis || fratrum predicatorum, notitiam cum salute. Ut rebus gestis a futuris litigandi caveatur || periculis, expedit ipsas scripturarum et testium amminiculo suffulciri. Noverint igitur universi tam posteri quam

[1] Vgl die Urk. d. d. 1290 Apr. 9 No. 778.

Digitized by Google

presentes, quod nos, prehabita deliberatione diligenti, venerabilibus in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem curiam sitam in Habrehtswiler iure nobis proprietatis pertinentem, quam Hainricus dictus Hôwiz et . . uxor sua, nostro monasterio iure proprietatis pertinentes, a nobis, dumtaxat pro vite sue tempore, possidere debebant, de consensu ipsorum voluntario, libero et expresso cum suis pertinentiis ac iuribus universis pro septem marcis cum dimidia puri et legalis argenti, ponderis usualis et quinque solidis denariorum monete Constantiensis, quas nos recepisse et ad usus necessarios nostri monasterii, videlicet in exonerationem gravium debitorum, que ex ignis voragine incidimus, nos convertisse publice profitemur, cum omni sollempnitate verborum ac gestuum, que in huiusmodi contractibus adhiberi solet, vendidimus et tradidimus ac in ipsos ipsorumque monasterium transtulimus et transferimus, iure proprietatis quiete et pacifice in perpetuum possidendam. Renuntiantes pro nobis nostroque monasterio ac Hainrico et . . uxore sua prenotatis omni iuri tam in genere quam in specie, quod nobis in prefata curia cum suis attinentiis competebat vel competere videbatur. Et in huius rei evidentiam et robur indubitatum hanc literam predictis de Salem tradidimus, sigillorum religiosi viri . . prioris fratrum predicatorum domus in Constantia ac nostri robore conmunitam. Ego . . prior supradictus ad petitionem prescriptarum dominarum de Lewental sigillum meum huic apposui instrumento. Actum apud Lewental pridie idus iunii, anno dom. M° CC° XC° septimo, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet domino Rûdolfo sacerdote, plebano in Eschôwe, Hainrico incurato in Lûtkilch, fratre Hainrico de Stadeln et fratre Walthero, conversis in Lôwental, dicto Wanner et fratre Dietrico de Bermetingen, monacho in Salem aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta, beide spitzoval: 1. des Priors der Prediger zu Konstanz wie an No. 715. — 2. des Convents zu Lôwenthal, 48:38 mm, II B, eine Lôwin mit 2 Jungen, rohe Arbeit. Umschrift: † s.' **convent. soror. in. lewental. ord. frm. pred.** Die Rückseiten beider Siegel erhöht mit je 3 Einschnitten. Cod. Sal. II, 342 No. CCCXXIII. Reg. Ztschr. 3, 249.

1297. Juli 4. Augsburg. Bischof Wolfhard von Augsburg schenkt die Pfarrkirche in Elchingen an den Tisch des Klosters Salem. 974.

Wolfhardus, dei gratia ecclesie Augustensis episcopus, re-

Digitized by Google

verendis et deo amabilibus, . . abbati totique conventui de|| Salem, sinceram in domino caritatem. Conditionem fragilitatis humane ac insufficientie nostre considera||tione intenta inperfectum pensantes, ad devotarum orationum suffragia, que inter cetera pietatis opera mul||tum prosunt ad divinam gratiam promerendam, cogimur recurrere, ut, quod per nos non possumus, valeamus per alios adimplere. Quapropter tum propter cultum divini numinis, tum propter hospitalitatem et elemosinas pauperum, que utraque supra multas religiones apud vos clarent et precellunt, anime nostre saluti prospicere cupientes, de consensu et assensu totius capituli nostri, nemine penitus discrepante, termino ad hoc secundum conswetudinem nostri capituli constituto, ecclesiam parrochialem in villa Elchingen, cuius iuspatronatus vobis conpetit, in proprios usus vestros et ad mensam vestram et successorum vestrorum, salvis episcopalibus et archidiaconi iuribus salvoque iure vicarii, quam primum vacare ceperit, assignamus, tradimus, concedimus et donamus. In cuius nostre gratie donationis et concessionis fidem et evidentiam presentes nostri et capituli sigillorum dedimus munimine roboratas. Datum Auguste, anno domini M° CC° LXXXXVII°, IIII. nonas julii.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Hand der bischöfl. Augsburgischen Kanzlei. Von den 2 Siegeln ist das des Bischofs abgefallen. Von dem Siegel des Capitels (wie das erste an Pergamentstreifen anhängend) ist noch ein Fragment erhalten (II B), rund, aus Wachs, die hl. Jungfrau mit dem Kinde. Cod. Sal. II, 306 No. CCLXXXIX. Druck nach dem Cod. Sal. Ulm. Urkb. I, 238 No. 198.

1297. Aug. 19. Banzenreuthe. Ůlricus de Kivngesegge verkauft, von Schulden bedrückt, seine Höfe in Banzenreuthe (Banzenrivti), welche Eber(hart) Bart baut, mit aller Zugehör an das Kloster Salem um 24 Mark Silber. Es siegeln der Aussteller und Ber(toldus) minister ac universitas civitatis in Sulgen. Actum apud Banzenrivti in strata publica, anno domini M° CC° XCVII°. XIIII. kalendas septembris, indictione IX^a, subnotatis testibus et rogatis, videlicet Cůnrado de Stubun milite, Jo(hanne) Dapifero de Waltpurk, C. dicto Moshain, R. dicto Wehter, Friderico ministro de Kivngesegge, Ber(toldo) dicto Funden, ministro in Sulgen, C. dicto Kroel, H. dicto Offenburger, R. de Hittenrivti, Ber(toldo) dicto *der Wiscsuter*, Ber(toldo) dicto Bolsterer, C. et Eber(hardo), filiis suis, et

Digitized by Google

Werhero dicto Stivrzel, civibus in Sulgen, fratre mercatore in Salem aliisque pluribus fidedignis. 975.

Cod. Sal. II, 322 No. CCCIIII. Reg. Ztschr. 3, 249

1297. Sept. 18. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass der Fischer Bodemer aus Petershausen auf eine näher bezeichnete Fischenz zu Gunsten des Klosters Salem verzichtet habe, von dem Kloster aber sofort wieder mit derselben belehnt worden sei. 976.

. . Officialis curie Constantiensis omnibus presencium inspectoribus salutem cum noticia subscriptorum. Con||stitutus coram nobis in figura iudicii Eber(hardus) dictus Bodemer, piscator, una cum uxore et liberis || suis, residentes in Petridomo, recognoverunt, se renunciasse ad manus honorandi domini . . abbatis de || Salem, nomine suo et conventus dicti monasterii stippulantis, cum sollempnitatibus legitimis et consuetis iuri piscandi seu piscarie, quam habebant in Reno retro monasterium et aream predicatorum iuxta civitatem Constanciensem titulo feodi ab hon(orando) in Christo . . abbate et conventu monasterii de Salem predicti pro octava parte ipsius piscarie seu iuris piscandi, quod vulgariter dicitur *traht* et *löffer*, a qua quidem piscaria racione octave partis eiusdem, singulis annis dari consueverunt in epiphania domini mille et ducenti pisces dicti *ganchvische* et tres solidi denariorum nomine census . . abbati et conventui monasterii antedicti, receptis propter hoc quatuordecim libris denariorum monete Constanciensis ab ipso . . abbate, de quibus sibi coram nobis recognoverunt integraliter satisfactum. Post confessionem vero renunciacionis predicte factam legitime coram nobis idem Eber(hardus) de dicto iure piscandi seu piscaria pro parte octave, que supra premittitur, per ipsum . . abbatem, nomine monasterii et conventus predicti, de novo fuit infeodatus iuxta formam premissam, videlicet ut singulis annis in epiphania domini mille et ducentos pisces bonos et ydoneos in eadem piscaria captos et tres solidos denariorum dictis . . abbati et conventui representet, post mortem vero predicti Eber(hardi) idem . . abbas et conventus ad infeodandum predictam uxorem vel aliquem de liberis eiusdem Eber(hardi) de predicta piscaria sive iure piscandi, videlicet *traht* et *löffer*, minime sunt astricti, sed extunc piscaria sive ius piscandi totaliter vacat monasterio supradicto. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum pre-

Digitized by Google

sentibus duximus appendendum. Datum Constancie anno domini M° CC° XCVII°, XIIII. kalendas octobris, indictione X.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel abgegangen. Cod. Sal. II, 309 No. CCXCIIII.

1297. Oct. 29. Reichenau. Das Kloster Reichenau verkauft das Obereigenthum der von ihm an die Grafen von Kirchberg und Ulrich Rot, Bürger zu Ulm, verliehenen Güter in Elchingen an das Kloster Salem. 977.

Omnibus presentium inspectoribus Ulricus prepositus, Johannes decanus totusque conventus monasterii Augie Maioris, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, subscriptorum notitiam cum salute. Cum || monasterium nostrum oppressum foret gravibus honeribus debitorum et ab eisdem non posset nisi per alienationem bonorum eiusdem aliquatenus liberari, dominium directum possessionum nostrarum cum ipsarum pertinentiis || universis et specialiter cum iure patronatus eidem annexo sitarum in Ælchingen, quas cum dictis suis pertinentiis et iure patronatus eidem annexo Conradus miles de Blochingen a dictis Straiffen in feodum || habuit et possedit, quasque predicti dicti Straiffen a nobilibus de Kilchberch comitibus in feodum habuerunt et quas cum eisdem pertinentiis et iure patronatus iidem nobiles de Kilchberch comites a nostri monasterii abbatibus et a nostro monasterio in feodum habuerunt, item possessiones et dominium directum earundem sitas ibidem, quas Cůnradus de Ælchingen a dictis Straiffen in feodum habuit et possedit, quas iidem dicti Straiffen a nobilibus de Kilchberch comitibus in feodum habuerunt, quasque iidem nobiles comites a nostri monasterii abbatibus et a nostro monasterio in feodum habuerunt, cum ipsarum pertinentiis universis, item dominium directum possessionum, quas Ůlricus dictus Rote, civis in Ulma, ibidem sitas cum ipsarum pertinentiis universis a nostri monasterii abbatibus et a nostro monasterio habuit in feodum similiter et possedit, venditioni decrevimus exponenda, et cum inter alios ad emptionem dominii directi ipsarum possessionum iurisque patronatus eis annexi[1] cum earundem pertinentiis universis necnon dominii directi, quod nobis dumtaxat nunc competit in eisdem, procedere volentes venerabiles in Christo abbas et conventus monasterii in Salem nobis maius et utilius pretium obtulissent,

[1] Or. hat annexo.

Digitized by Google

receptis ab eisdem viginti quinque marcis argenti puri et legalis ponderis Constantiensis, nobis per ipsos traditis et assignatis, in utilitatem evidentem nostri monasterii conversis, prout scriptis presentibus recognoscimus et confitemur, dominium directum possessionum supradictarum, que tantum ad decem hůbas se extendunt, cum iure patronatus eisdem annexo ipsarumque pertinentiis universis in prefatos . . abbatem et conventum ipsorumque monasterium titulo venditionis transtulimus et transferimus per presentes, habendum ab eisdem omni eo iure, quod nobis competit vel competere potuit nostroque monasterio in eodem, et suis usibus, prout voluerint, applicandum, promittentes eisdem . . abbati et conventui per stipulationem sollempnem, fide data nomine iuramenti, nos procuraturos et effecturos ratihabitionem et confirmationem singulorum et omnium predictorum faciendam per . . gubernatorem nostro monasterio auctoritate sedis apostolice deputandum vel . . abbatem, quicunque eadem auctoritate nostro fuerit monasterio deputatus. Et nichilhominus pro ratihabitione et confirmatione singulorum et omnium premissorum per nos, ut est premissum, effectualiter procuranda hos, videlicet dominum H. de Fridingen, dominum C. villicum de Lůtgeringen, dominum C. de Salunstain et Eberhardum Pincernam[1] de Salunstain, nostri monasterii ministeriales, dictis abbati et conventui deputavimus et dedimus obsides seu fideiussores, qui fide data nomine iuramenti promiserunt, se ad predictorum abbatis et conventus monitionem apud Constantiam sine dolo et fraude, monitione octo dierum premissa, in obstagium presentare, si per nos ratihabitio et confirmatio omnium premissorum, si premittitur, deputato nobis gubernatore vel . . abbate a sede apostolica, cum effectu non fuerit procurata. Et si unus obsidum premissorum medio tempore cesserit vel decesserit, ex tunc alter eque idoneus in locum suum debet per nos infra unius mensis spatium subrogari, alioquin superstites se apud Constantiam iterum sine dolo et fraude, monitione octo dierum premissa, in obstagium recipient ad dictorum . . abbatis et conventus monitionem, donec id per nos perductum fuerit ad effectum. Et in evidentiam premissorum ipsorumque indubitabilem firmitatem presentibus una cum sigillo episcopali,

[1] Im Or. steht zwischen Eberhardum und Pincernam das durchstrichene Wörtchen de.

Digitized by Google

quo gerentes vices venerabilis patris ac domini Hainrici, dei gratia Constantiensis episcopi, in absentia constituti utuntur, et cum sigillis predictorum obsidum appendimus sigilla nostra. Nos magister Walterus, scolasticus et C. Phefferhardus, canonicus ecclesie Constantiensis, vicem gerentes venerabilis patris ac domini Hainrici, dei gratia Constantiensis episcopi, in absentia constituti, ad petitionem supradictorum, Ulrici prepositi, Johannis decani totiusque conventus monasterii Augie Maioris et obsidum predictorum, presentibus episcopale sigillum, quo utimur, unâ cum appensione sigillorum eorundem obsidum duximus appendendum. Datum Augie Maiori, anno domini M° CC° XCVII°, IIII° kal. novembris, indictione XI^a^.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Reichenauer Hand. An Pergamentstreifen hängen 8 Siegel aus Wachs: 1. des Bischofs Heinrich III. von Konstanz (bekannt, Rückseite glatt). — 2. des Propstes Ulrich von Reichenau, spitzoval, 50:30 mm (II B) im damascierten Siegelfeld ein Schlüssel, oben und unten sind Stücke abgebröckelt. Umschrift: († s.) **prepositi. (monasterii.) augie. maioris.** (Daumeneindruck). — 3. des Dekans Johann von Reichenau, spitzoval, 45:30 mm, unten ein Stück abgebröckelt (II B), im Siegelfelde der englische Gruss. Umschrift: † **s. iohannis. (decani.) augie. maioris.** — 4. des Capitels der Reichenau (bekannt). — 5. des H. von Friedingen, dreieckschildförmig, so beschädigt, dass eine genaue Messung unthunlich ist (IV A 2), im Dreieckschild ein Querbalken, in dem oberen Theile des Schildes ein Löwe. Umschrift: († **s.**) **h. advocat(i d)e fridi(ngen).** — 6. des C. Maier von Liggeringen, dreieckschildförmig, 35:30 mm (IV A 2), der Schild quadriert, beschädigt. Umschrift: († **s. c)vn. villici. (de. lutg)eringen.** — 7. des C. v. Salenstein, dreieckschildförmig, die untere Hälfte abgebröckelt (IV A 2), im Schild ein Berg von pyramidaler Form. Umscrift: † **s. cvnradi . . . salvn-s(ta)in.** — 8. des Eberhard Schenk von Salenstein, rund, 40 mm (IV A 2), im gespaltenen Dreieckschild das gleiche (nur etwas anders gezeichnete) Wappenbild. Umschrift: († **s.**) **eb'hardi. pic'ne. de. salvnstai(n).** — (4, 5, 8 durch Fingerdruck erhöht, 6, 7 Daumeneindruck). Cod. Sal. II, 315 No. CCXCVII. Druck nach dem Or. Ulm. Urk.-Buch I, 240 No. 200. Ztschr. f. Baiern 1817 S. 359 f. Regest Ztschr. 3, 354. Vgl. unten No. 987.

1297. Nov. 29. Pfullendorf. Hærtnidus dictus Fuhse de Ötinswiler verkauft die ihm eigenthümlich gehörende Wiese bei Hausen (Husen), *der akker* genannt, um 7 Pfund Konstanzer Pfennige an das Kloster Salem. Auf seine Bitte besiegeln die Urkunde Hainricus miles dictus Græmelich, minister et universitas civitatis in Phullendorf. Actum apud Phullendorf anno domini M° CC° nonagesimo septimo, in vigilia Andree, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Hainrico

Digitized by Google

dicto Græmelich; milite prenotato, H(ainrico) Ohsebach, Ber(toldo) de Husen, H(ainrico) de Homberch, R(ůdolfo) dicto Græmelich, Alber(to) dicto Gůder, H. Hůter, Ber(toldo) dicto Hoppe, C. dicto Ernst, Růdolfo precone, fratre Ger(ungo) mercatore, fratre C. de Růdelingen, magistro in Lushain, aliisque pluribus probis viris. 978.

Perg. Or. im fürstl. Thurn und Taxis'schen Centralarchiv in Regensburg. Siegel in ein Säckchen eingenäht.

1297. Dez. 5. Munderkingen. Albertus nobilis dictus Schedel überträgt an das Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Besitzungen in und bei dem Dorfe Grötzingen (Grezzingen), genannt *des Velwen gůt*, welche Konrad Ernst baut und Cunradus dictus de Kilchain von ihm zu Lehen trug und um 8 Pfund Heller an das genannte Kloster verkaufte. Datum et actum apud Munderchingen, anno domini M° CC° nonagesimo septimo, nonas decembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorando viro Růdolfo, rectore ecclesie in Stůzelingen, Eglolfo, filio meo, Walgero de Bernhusen, Hainrico de Kilchain, Hainrico de Almendingen, Cůnrado dicto Walh, fratre Cůnrado, medio cellerario, fratre C. dicto Riederer et fratre H. de Altmanshusen, conversis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 979.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers aus Wachs, dreieckschildförmig, 55:40 mm, IV A 2, im Schild der Stufenschnitt (Dorn). Umschrift (rohe Arbeit): † **s. albert. scedil. von. stvzelīg.** Rückseite Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 310 No. CCXCV.

1297. Dez. 12. Konstanz. Magister Ber(toldus) de Scafusa, canonicus ecclesie sancti Johannis Constancie, verschreibt testamentarisch alle seine liegende und fahrende Habe dem Kloster Salem. Acta sunt hec Constancie per me, magistrum Ber(toldum) predictum, anno domini M° CC° XC° VII°, pridie idus decembris, presentibus reverendo in Christo R(ůdolfo) de Hewen, decano ecclesie Constanciensis, magistro Ber(toldo) de Lůtzelsteten, penitenciario ecclesie predicte Constanciensis, domino Ůl(rico) de Richental, magistro Cůnrado Pfefferhardo, canonicis ecclesie Constanciensis, et aliis quampluribus fidedignis. Die Urkunde besiegeln auf Bitten des Ausstellers der Domdekan R(udolf) von Hewen und der Official des Hofes von Konstanz. Datum Constancie anno domini M° CC° XC° VII, pridie idus decembris, indictione XI^a. 980.

Digitized by Google

Perg. Or. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Wachs, 1. des Domdekans, spitzoval, 55:34 mm, III A 2c in Verb. mit II B. Ueber 3 Rundbogen, zwischen 2 gothischen thurmartigen Aufsätzen die hl. Jungfrau mit dem Kinde, darunter der heil. Petrus, vor ihm kniend ein Kleriker. Umschrift: (†) s. rvdolfi. decani. constanc. eccl'(ie). Auf der Rückseite ein von einem Instrument (Stempelgriff) herrührender Eindruck. — 2. des Officials, bekannt. Rückseite Daumeneindruck.

1298. Jan. 14. Bermatingen. Konrad Schenk von Beihenburg setzt dem Leutpriester Heinrich von Leutkirch seinen Knecht Heinrich Held für ein Darlehen von 1 Pfund Pfennig zum Pfand und bestimmt, dass er nach des Darleihers Tode in des Abtes von Salem Gewalt bleiben solle bis er gelöst wird. 981.

Ich Cûnrat der Schenke von Bigenburk tûn kunt allen den, die disen brîef lesende oder hôrende || sint, daz ich von hern Hainrich dem liûtprîster von Livtkilch enpfangen han ain pfunt pfenninge ko||stenzærre miunze unde im darumbe minen kneht, Hainrich den Helt, zainem pfande gesezzet han || mit allem reht in sôlchem gedinge, daz weder ich noch nieman von minen wegen stiure, dienstes oder kaines rehtes, des ain kneht sinem herren gebunden ist, von im mûten sol. Unde ist, daz niemer geschehen mûzze, daz der vorgenante liutpriester stirbet, e der kneht von im werde erlôset, so sol er in gewalt unde gewer dez . . abtes unde der samenunge von Salmanswiller beliben in demselben reht, daz ist, daz ich enkain gewaltsami an im han sol, alle die wile er in ze pfande stat. Unde zainem urkiunde dirre dinge, so henke ich min insigel an disen brîef. Diz geschach ze Bermatingen in des Schenken Albrehtes hus, do von gottes gebiurte waren tusent zwai hundert unde ahdiu unde niunzeg iar, an sante Felix tage, ze gegenwiurti dirre geziuge: hern Albrehtes de[s] vorge[nan]ten Schenken, herren Cûnrades des liupriesters von Bermatingen, Hainrich Vogelsanges, Hainrich des Koches unde ander biderber liute.

Perg. Or. Fremde Hand. Befestigt wie an No. 432 das Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 668,2. Rückseite: 3 Fingereindrücke.

1298. Febr. 1. Konstanz. Simon, Pleban und Johannes Pfefferhart, Canonicus zu St. Stephan in Konstanz, entscheiden als Schiedsrichter einen Streit zwischen den Klöstern Petershausen und Salem über verschiedene Gerechtigkeiten in und bei Mimmenhausen. 982.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, Symon, plebanus ecclesie sancti Stephani Constanciensis, necnon magister Johannes dictus Phefferhart, canonicus ibidem,

Digitized by Google

orationes in domino cum || notitia subscriptorum. Ne labili hominum memoria gesta presentium in dubium revocentur, a posteris expedit, ipsa instrumentorum serie perennari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum || interdilectos in Christo Diethalmum, abbatem et conventum monasterii de Petri domo ex una, necnon dilectos in Christo Ůlricum, abbatem[1] et conventum monasterii de Salem ex parte altera super || iure propinandi vinum in villa Mimenhûsen, super iure piscandi in aqua, que vulgariter *dù Ahe* dicitur, a ponte dicte ville usque ad finem nemoris, quod vulgariter *Aîchilô* nominatur, decoquendi seu pistandi panes, ponendi pastores gregis ac custodes frumenti et pratorum, qui vulgariter *Eschhaien* appellantur in villa predicta, necnon super censu duorum solidorum seu vomeris, qui vulgariter *Wagense* dicitur, annis singulis ipsorum altero persolvendo de prato sito ante *Aîchilô* villico residenti in curia dicta *Baldewinshof*, pertinente monasterio de Petri domo, ac ipso prato iam dicto, quod memorati abbas et conventus de Petri domo sibi adiudicari petebant eo quod dictus census non solum per biennium sed per viginti annos et amplius sit neglectus, super prato, quod *Gvmpoltærieth* dicitur, dictis abbate et conventu de Petri domo asserentibus quod pratum iam dictum semper in anno tercio hominibus dicti monasterii de Petri domo patere debeat pro suis animalibus pascendis et aliis hominibus de villa Mimenhûsen memorata aliisque duobus annis dicti abbatis et conventus monasterii de Salem tantum usufructum primi feni recipere debeant, ipsoque recepto dictum pratum aperire pro pascendis animalibus hominum predictorum et super prato *Elsegge*, quod dicti abbas et conventus de Petri domo asserebant ad pascua communia dicte ville pertinere, super transitu bigarum et curruum per agros, prata et possessiones opidi in Menwank, pertinentes monasterio de Petri domo supradicto, et super ponte ville in Mîlnhoven, quem memorati abbas et conventus de Petri domo in ipsorum preiudicium esse constructum affirmabant, cum limites dicti pontis ab utraque parte ripe possessiones dicto monasterio de Petri domo pertinentes contingere videantur, questio verteretur, prelibate partes, volentes parcere laboribus et expensis, omni sollempnitate debita observata et tractatu debito procedente, nos in

[1] Von hier an hellere Tinte.

Digitized by Google

arbitros arbitratores seu amicabiles compositores concorditer elegerunt, promittentes per sollempnem stipulationem ac sub periculo cause seu causarum omnium predictarum, ratum habere et non contra venire de iure vel de facto, quicquid per nos in omnibus et singulis premissis articulis diffinitum, ordinatum fuerit sive dictum. Quo arbitrio in nos suscepto et diligenti inquisitione prehabita diffinimus, dicimus et ordinamus, ut homines utriusque monasterii perpetuo et irrefragabiliter ab exercitio iuris propinandi unum de cetero debeant abstinere. Decernentes, ut persona seu persone monasterio in Petri domo pertinentes, que officium propinandi vinum a tempore presentis ordinationis exercuerint in villa Mimenhûsen seu in confinibus dicte ville pertinentibus, quotienscumque id attemptaverint, abbati et conventui monasterii de Salem unam libram denariorum monete Constantiensis persolvere teneantur. Quod et observari debet in hominibus dictis de Salem pertinentibus, ut unam libram dictorum denariorum exsolvant abbati et conventui monasterii de Petri domo, si dictum officium propinandi vinum in villa predicta vel eius confinibus presumpserint exercere. Super iure vero piscandi in aqua memorata et infra limites supradictos dicto abbati et conventui de Petri domo silentium imponimus perpetuum, cum prefatos abbatem et conventum monasterii de Salem huiusmodi iure piscandi invenimus quadraginta annos et amplius pacifice fore usos. Super iure vero pistandi seu decoquendi panes decernimus, ut homines utriusque monasterii eo uti valeant, qui sibi id crediderint expedire. Super iure autem seu iuribus eligendi pastores gregum seu custodes frumenti et pratorum, qui vulgariter dicuntur *Eschhaien*, cum huiusmodi officia homines utriusque monasterii contingere videantur, decidimus et diffinimus, ut quocienscumque ad dicta officia aliqui fuerint eligendi homines utriusque monasterii, in dicta villa residentiam facientes convenire habeant, eosque communiter ad dicta officia eligere, quos sibi in dictis officiis magis crediderint expedire. Ab impeticione vero census predicti et prati memorati, quid sibi adjudicari petebant, abbas et conventus de Petri domo predicti eo, quod dictus census tempore debito non fuerit persolutus, et ab impeticione iuris, quod tam suis hominibus, quam aliis in sepedicta villa Mimenhûsen residentibus dicebant competere in prato, quod *Gvmpoltsrieth* nuncu-

Digitized by Google

patur, et in prato, quod *Elsegge* nominatur, prefatos abbatem et conventum monasterii de Salem seu ipsorum monasterium, cum spatio quadraginta annorum dictus census non fuerit persolutus hominesque dicti monasterii vel alii in dicta villa Mimenhûsen residentes dicto iure pro suis pascendis animalibus usi non fuerint, absolvimus per presentes. Diffinientes, ut prefati abbas et conventus monasterii de Salem prata iam proxime dicta fossatis et sepibus claudere valeant ac clausa sine contradictione qualibet decetero detinere. Decernimus insuper, ut abbas et conventus monasterii de Salem, qui pro tempore fuerint, via seu strata communi contenti esse debeant, nec transire bigis vel curribus vel aliis quibuscumque vehendi instrumentis per agros, prata seu possessiones sitas apud villam Mainwank sine speciali licentia dictorum abbatis et conventus monasterii de Petri domo vel hominum residentium in dictis possessionibus eorundem. De ponte vero in Mîlnhoven diffiniendo dicimus, ut pro transitu hominum in loco, quo nunc est, manere debeat cum ipsum invenimus de communi consensu hominum et advocati dicte ville ac monasterii de Petri domo fore constructum ipsique monasterio de Petri domo in recompensam preiudicii, quod sibi ex constructione pontis potuit generari locum, qui vulgariter *der brugge aker* dicitur, qui ad communes usus dicte ville pertinuit fore traditum et assignatum, quem locum dicto monasterio de Petri domo adiudicando dicimus specialiter pertinere. Et ut hec omnia et singula rata et firma in perpetuum remaneant, presens instrumentum sepefatis partibus fieri fecimus nostris sigillis unâ cum sigillo dictarum partium communitum. Acta sunt hec Constantie, presentibus infra scriptis, videlicet Hainrico de Castello, canonico ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Alberto fratre eiusdem, Ůlrico de Berge, canonico ecclesie sancti Johannis Constanciensis, Hainrico dicto Strît, cive Constantiensi, et aliis quam pluribus fidedignis, an. dom. M° CC° XC° VIII°, kalendas februarii, indictione XI^a. Nos . . abbates et conventus dictorum monasteriorum presentibus profitemur, quod dictum arbitrium recepimus et approbavimus, recipimûs ac etiam approbamus. Et in evidentiam nostre receptionis et approbationis presenti carte nostra sigilla duximus appendenda.

Perg. Or. Fremde Hand. An leinenen Litzen (1 und 3 braun und gelb, 2 und 4 weiss) hängen 4 Siegel aus Wachs: 1. des Plebans Symon

Digitized by Google

von St. Stephan zu Konstanz wie an No. 940. — 2. des Johannes Pfefferhart, Canonicus daselbst, spitzoval, 50:33 mm, II B, Bild eines Heiligen, der mit dem Kreuz in der Rechten einen Drachen bezwingt. Umschrift: † **s.' magri. iohannis. phefferhart. can. ecce. sci. stephani. constanc.** (sehr undeutlich ausgedrückt). — 3. des Abtes Diethelm von Petershausen, spitzoval, 60:40 mm, III A 2b, sitzender Abt, in der Rechten den Stab, in der Linken ein Buch. Umschrift: † **s.' diethelmi. abb(a)tis. mon. de. petridomo.** — 4. des Convents von Petershausen, rund, 55 mm, II B. Brustbild des hl. Gregor d. Gr., mit der Infel, die Rechte zum Segen erhoben, in der Linken ein aufgeschlagenes Buch, beim rechten Ohr eine Taube (Symbol des hl. Geistes), rechts und links des Hauptes im Siegelfelde: **s̄cs.** — **gr̄g.** Umschrift: † **sigillvm. conventv(s. m)on. de. petrid(omo.).** Das 5. Siegel, des Abtes von Salem, ist abgegangen. Rückseiten: 1. Einkerbung in Form eines liegenden Kreuzes. 2. Zwei Eindrücke. 3. Ein querlaufender tiefer Einschnitt. 4. Glatt. Cod. Sal. II, 313 No. CCXCVI und 413 No. CCCCXVII.

1298. Febr. 12. Bodman. Johannes de Bodmen, miles übergibt die Besitzungen in Spöck (Spekke), genannt *das gůt von Bræmen* (ad culturam duorum boum se extendentes), welche Burkardus, Hainricus et Hermannus germani dicti Hv̊tærre, cives in Pfullendorf, von ihm zu Lehen trugen, an das Kloster Salem um 8 Mark Silber verkauften und ihm durch die Hände der Gebrüder Eggehardus et Růdolfus dicti cognomine Eggeharde resignierten, auf deren Bitten dem genannten Kloster zu rechtem Eigenthum. Actum in Pfullendorf anno domini M° CC° XC° septimo, in vigilia omnium sanctorum, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet nobili viro domino Anshelmo de Justingen, Hainrico dicto Græmelich, milite, ministro in Pfullendorf, Ůlrico de Kivngsegge, Eggehardo et Růdolfo fratribus prelibatis, Růdolfo dicto Kesselær, Burkardo dicto Swende, Cůnrado et Hainrico, filiis predicti ministri, Hainrico de Hônberck aliisque pluribus fidedignis. Datum in Bodmen anno domini M° CC° nonagesimo octavo, pridie idus februarii, indictione XI. 983.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen, aus Malta, wie an No. 686. Cod. Sal. II, 305 No. CCLXXXVII irrig zum Jahre 1297. Danach ebenfalls zu 1297 das Reg. Ztschr. 3, 249.

1298. Apr. 16. Esslingen. Abt und Convent des Cistercienserklosters Kaisheim reversiren sich über die Besetzung einer Pfründe an der aus der Stiftung des Arztes Trutwin gestifteten Kapelle zu Esslingen, welche, wenn sie es versäumen, von dem Abt von Salem vergeben werden soll. 984.

In nomine domini amen. Nos frater Heinricus, abbas de

Digitized by Google

Cesarea, totusque conventus ibidem, Cisterciensis ordinis, Augustensis dyocesis, notum fieri || volumus presencium inspectoribus universis, quod cum magister Trutwinus, phisicus in Ezzelinga, sue devocionis affectum circa nos habunde exprimens per effectum anno || domini M° CC° XCIII° domum suam sitam infra muros civitatis Ezzelingensis, in monte, qui *Schonenberch* dicitur, cum uno et dimidio jugere vinearum sitarum in monte, || qui *Ebershalde* vocatur, et uno iugere vinearum in *Helblingesprunne* ac redditibus solventibus 40 panes per singulas septimanas de mensis panificum in foro Ezzelingensi positorum, que *brôtlauben* vulgariter appellantur, ac de pistrino iuxta capellam sancti Egidii situm, quod *ovenhus* vulgariter appellatur, nobis et ecclesie nostre in anime sue remedium donacione sollempni liberaliter tradidisset, sicut in instrumento principali super hoc confecto plenius continetur, et post donacionem prehabitam nobis factam capellam iuxta domum predictam in area nostra de propriis sumptibus, accedente nostra voluntate et consilio, construxisset, nos, quia id affectare ipsum novimus desiderio estuanti, ad hoc nostras nostrorumque successorum conscientias presentibus duximus obligandas, quod capellam eandem officiabimus in perpetuum vel per nostri monasterii sacerdotes aut per aliquem clericum secularem, ita exnunc ordinantes, quod quilibet, cui eandem capellam inofficiandam conmiserimus, sive persona nostri ordinis fuerit, seu eciam secularis, omnes proventus sive redditus tam de vineis quam de mensis panum ac de pistrino sine diminucione qualibet recipiat pro suis necessitatibus integraliter universos, nec nos nec aliquis successorum nostrorum abbatum hanc nostram ordinationem poterit inmutare, sed predicti redditus seu proventus, sicut premissum est, integraliter cedent in prebendam eius, qui capellam inofficiaverit supradictam. Ne autem nos vel nostri successores capellam ipsam officiare negligamus, quemadmodum est predictum, sic ad officiandum eam perpetim taliter nos artamus, ut, quocienscumque per tempus semestre capella eadem officiante eam caruerit sacerdote, divina in ea more solito celebrante, nisi generale inibi fuerit interdictum vel inpedimentum intervenerit aliud, quod ab officiando eam racionabiliter nos excusit, extunc, pro vice illa dumtaxat, dominus abbas de Salem, quicunque pro tempore illo fuerit, liberam habeat facultatem con-

Digitized by Google

ferendi prefatam capellam cuicumque voluerit ydoneo sacerdoti, qui eam officiet pro tempore vite sue, et qui percipiat interim proventus possessionum sive bonorum omnium prescriptorum, proprietate tamen ac dominio possessionum predictarum omnium penes nostrum monasterium remanente, illoque mortuo sacerdote ius conferendi eandem capellam cum proventibus bonorum prescriptorum extunc habebimus liberam facultatem nullumque nobis generabit preiudicium talis negligencia iam purgata. Et in horum omnium robur et evidens testimonium presentem litteram sigillorum nostri ac venerabilium abbatum de Salem et de Bebenhusen munimine voluimus roborari. Datum et actum in Ezzelinga anno domini M° CC° XCVIII°, XVI° kalendas junii.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 spitzovale Siegel, II B, alle 3 beschädigt, 1 und 3 aus grün, 2 aus mennigrothgefärbtem Wachs, 1. des Abtes von Kaisheim, stehender Abt mit Stab und Buch, Umschrift: (†) **sigillvm. abbatis. de. cesa(rea)**, — 2. des Abtes von Salem, bekannt, — 3. des Abtes von Bebenhausen, stehender Abt mit Stab und Buch. Umschrift: († s.) **abbat(is. de. beb)inhvsen.** Rückseiten: 1 mit 4 Einschnitten, 2 glatt, 3 mit 2 Fingereindrücken.

1298. Mai 17. Altstetten. Eglolfus miles de Altstetten verkauft dem Kloster Salem um 5 Pfund Konstanzer Pfennige einen Theil der Alp Vâile. Actum apud Altstetten anno domini M° CC° XCVIII[1], XVI. kalendas junii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet . . dicto Knelle, H. *hinder dem Bȗle*, Hainrico dicto Aetti et Cûnrado dicto Han aliisque pluribus fidedignis. 985.

Perg. Or. Salemer Hand. Siegel des Ausstellers, befestigt wie an No. 432, aus Wachs, dreieckschildförmig, beschädigt, der Schild fünfmal getheilt. Umschrift: († s. **eglo)lfi. m(ili)tis. d' a.stet(en).** Rückseite: zwei ganz oberflächliche Einschnitte. Druck: Ztschr. 11, 38.

1298. Juli 18. Salem. Hugo comes de Werdenberc et de Sancto Monte überlässt das Eigenthumsrecht des Hofes in Wittenhouen, genannt *hern Hermannes Schambliers hof*, den strennuus vir Cûnradus de Marthorf von ihm zu Lehen trug und nach erfolgter Resignation an das Kloster Salem um 13 Mark Silber verkaufte, an das genannte Kloster. Actum et datum in Salem, anno domini M° CC° XCVIII°, XV. kalendas augusti, presentibus testibus infrascriptis, videlicet domino

[1] Or. hat durch ein Schreibversehen M° XCVIII°.

Digitized by Google

Hainrico plebano in Livtkirch, Hainrico Pincerna de Vtendorf milite, nobili viro Swiggero de Teggenhusen, Burcardo de Ramsperk, Hainrico dicto Mædeling, fratre Rûperto priore, fratre Hainrico dicto Kæpfinc, fratre Ûlrico de Ehingen, fratre Rûdolfo dicto de Waltkilch, fratre Dietrico dicto de Nivfron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 986.

Perg. Or. Salemer Hand. 2 Siegel aus Malta an Pergamentstreifen: 1. des Grafen Hugo von Werdenberg und Heiligenberg, rund, 32 mm, im Siegelfelde der Helm mit Kleinod (Flug), daneben rechts die (werdenberg'sche) Kirchenfahne, links ein kleiner Dreieckschild mit der (heiligenberg'schen) Stiege (hier aber fast ganz in der Form des Stufenschnitts oder Dorns, wie ihn das Gundelfing'sche Wappen zeigt). Umschrift: † **s.' hvgonis. comtis. de. werdelberch.** Rückseite: 3 wagrechte Einschnitte. — 2. des Konrad von Markdorf wie an No. 841. Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 319 No. CCCI. Reg. Ztschr. 3, 249.

1298. Juli 23. Reichenau. Heinrich Bischof von Konstanz und Gubernator der Reichenau bestätigt den durch Propst, Dekan und Capitel der Reichenau erfolgten Verkauf des Obereigenthums der Güter des Klosters in Elchingen an das Kloster Salem. 987.

Hainricus, dei gratia Constantiensis episcopus necnon gubernator Augie Maioris, omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino cum || noticia subscriptorum. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod cum dilecti in Christo, Ûlricus prepositus, Johannes decanus, totusque conventus monasterii || antedicti directum dominium possessionum sitarum in Ålchingen cum omnibus suis pertinentiis et iure patronatus ecclesie in Ålchingen annexo eisdem, quasque Cûnradus miles de || Blochingen a viris discretis . . dictis Straifen in feodum habuit et possedit, et quas predicti dicti Straiffen a nobilibus viris . . comitibus de Kilchberg in feodum tenuerunt, iidemque comites a dicto monasterio Augie Maioris, dictas possessiones cum omnibus pertinentiis earundem et iure patronatus ecclesie antedicte annexo possessionibus iam predictis dicti de Kilchberg comites ab . . abbatibus dicti monasterii seu ab ipso monasterio in feodum tenuerunt, necnon dominium directum possessionum sitarum in loco memorato, quas C(ûnradus) de Ålchingen a . . dictis Straiffen iam premissis in feodum tenuit et possedit, et quas dicti Straiffen a . . comitibus antedictis habuerunt in feodum, ipsique comites ab . . abbatibus seu monasterio antedicto, cum ipsarum pertinentiis universis necnon directum dominium

Digitized by Google

possessionum sitarum ibidem cum[1] pertinentiis earundem, quas Ůlricus dictus Rote a predictis abbatibus seu monasterio memorato in feodum tenuit et possedit, ipsorum monasterio, oppresso gravi onere debitorum, tractatu debito prehabito et consueto, dilectis in Christo . . abbati et conventui monasterii in Salem tamquam maius precium offerenti nobis in remotis agentibus vendidissent ac etiam tradidissent pro viginti quinque marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quas se in evidentem utilitatem ac exonerationem debitorum dicti monasterii convertisse referebant, petiverunt a nobis unâ cum predicto abbate et conventu monasterii de Salem, ut venditioni et traditioni directi dominii possessionum omnium predictarum [cum] iure patronatus memorate ecclesie et universis pertinentiis earundem pium preberemus assensum, ipsamque venditionem ac traditionem ratificare, approbare et confirmare dignaremur, utpute in evidentem utilitatem dicti monasterii Augie Maioris cum sollempnitate debita celebratam. Nos advertentes, quod honesta et iusta petentibus favor debet merito adhiberi, cognitione debita premissa, quia nobis constitit dictam venditionem et traditionem in evidentem utilitatem dicti monasterii Augie Maioris, communi et sollempni tractatu prehabito, necnon servata forma debita et consueta fore factam et precium ex dicta venditione habitum in utilitatem iam predicti monasterii fore versum, dictosque abbatem et conventum monasterii de Salem maius precium obtulisse, deliberatione debita premissa, dicte venditioni ac traditioni nostrum consensum presentibus impertimur ipsamque venditionem ac traditionem, tamquam in evidentem utilitatem dicti monasterii Augie Maioris celebratam, ratificamus, approbamus ac auctoritate nobis tradita, tamquam gubernator iam dicti monasterii, valituram imperpetuum ex certa scientia confirmamus. Et in evidentiam premissorum dicto . . abbati et conventui monasterii in Salem presens instrumentum fieri fecimus, nostri sigilli, quo tamquam gubernator dicti monasterii Augie Maioris utimur, cum sigillo conventus monasterii Augie Maioris predicti munimine communitum. Datum et actum in monasterio Augie Maioris, anno domini M° CC° nonagesimo octavo, X. kalendas augusti, presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis, videlicet Hainrico de Schinen, rectore ecclesie in Wolmetingen,

[1] Or. hat et.

Digitized by Google

Burcardo de Salunstain, rectore ecclesie in Schlathain, Hainrico de Rinowe, canonico ecclesie sancti Johannis, Nycolao ministro dicto Bv̊rzeler, Johanne dicto Bv̊rzeler, Hainrico dicto Kôcheli, et fratre Eberhardo de Stekboron, monacho in Salem, et aliis quam pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. bair. Reichsarchiv in München. Reichenauer Hand. 2 Siegel, an Pergamentstreifen anhängend, aus Wachs, oben und unten etwas abgebröckelt: des Bischofs Heinrich als Gubernator der Reichenau, spitzoval, 70:45 mm (III A 2b) sitzender Bischof, in der Rechten ein Buch, in der Linken den Stab. Umschrift: (theilweise sehr undeutlich) († s. heinrici. epi. ecce. ɔstan(ciensis. gubern)atoris. mon. augie. maiori(s). (Rückseite erhöht mit 2 schräglaufenden tiefen Einkerbungen). — 2. des Capitels der Reichenau, bekannt. (Daumeneindruck.) Cod. Sal. II, 316 No. CCXCVIII. Erwähnt Ulm. Urkb. I, 240. Ztschr. f. Baiern 1817 S. 152. Ztschr. 3, 250 und 354. Vgl. No. 932, 977, 1019 u. 1020.

1298. Aug. 16. Ehingen. Ulricus comes de Berge dictus de Schælclingen gestattet, dass Hainricus de Nivuarvn (noster fidelis) dem nobilis vir Hugo comes de Werdenberch, seinem (des Ausstellers) Schwager, für das Eigenthumsrecht des von ihm an das Kloster Salem verkauften Hofes in Adriatsweiler (Adrehtzwiler), welches dem Grafen zustand, durch entsprechende Güter in Zusdorf, die er nunmehr von dem Grafen zu Lehen empfing, Ersatz leiste. Actum et datum in Ehingen anno domini M° CC° XCVIII°, XVII. kalendas septembris. 988.

Perg. Or. Fremde Hand. Befestigt wie an No. 432, das Siegel des Ausstellers aus Wachs wie an No. 765.

1298. Aug. 21. Konstanz. Officialis curie Constanciensis beurkundet, dass Waltherus, natus quondam C. molitoris de V̊berlingen et Cristine dicte de Capelle, uxoris sue legittime, dem durch seine Mutter und seinen Bruder Chünradus um 6 Pfund weniger 2 Schilling Konstanzer Pfennig erfolgten Verkauf eines Gütchens (scǒposce) in Tüfingen (Tiuingen), genannt *der mv̊llerinun gût von V̊berlingen*, an das Kloster Salem, nach erlangter Volljährigkeit die ausbedungene nachträgliche Zustimmung ertheilt habe. Acta sunt hec Constancie, anno domini M° CC° XCVIII°, XII. kalendas septembris, presentibus fratre Burchardo dicto *ze Bûrgtor*, monacho monasterii de Salem, magistris Johanne dicto Phefferhart, R. dicto de Tettikouen, canonicis ecclesie sancti Stephani Constanciensis,

Digitized by Google

Johanne, scolare predicti magistri R., R. dicto Schůler, Lůtoldo dicto Hôwer, H. dicto Phaffen et C. dicto Eppishuser, clericis, ac aliis fidedignis, indictione XI^a. 989.

Perg. Or. Hand des Officialats. Befestigt wie an No. 432, das bekannte Siegel des Officials aus mit Fett vermischtem Wachs, Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 361 No. CCCXLVIII. Reg. Ztschr. 3, 250.

1298. Aug. 21. Mengen. Eberhardus de Rosenôwe miles überträgt dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Jetkofen (V̊tkouen), welche Eggehardus de Ostrach von ihm zu Lehen trug und Hainricus dictus Sturm baut (extendentes se ad culturam trium boum vel paulo amplius). Actum in Mengen in horto Hainrici de Svarzach, civis ibidem, anno domini M° CC° XCVIII°, in crastino beati Bernhardi abbatis, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Růdolfo de Rischach milite, Hainrico de Swarzach prenotato, Berhtoldo de Landovwe, Wern(hero) Cementario[1], Cůnrado dicto Lôcheler, sutore et Hainrico de Bůrron, civibus in Mengen, maiore cellerario, Alberto pistore, Dietrico de Nv̊fron, monachis in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 990.

Cod. Sal. IV, 45 No. LXVII.

1298. Aug. 24. Pfullendorf. Rů(dolfus) miles et Burcardus de Ramsperch, germani, et Rů(dolfus), filius quondam Bur(cardi) militis de Ettenberch, gestatten dem Kloster Salem auf Bitten des Pfullendorfer Bürgers H. von Wintersulgen, über die zwei Theile des grossen und kleinen Zehnten zu Kreenrieth (Cragenriet) und zu Egge und die dortigen Aecker (ad culturam duorum boum se extendentes), welche dieser von ihnen zu Lehen trug, nach Gefallen zu verfügen, indem sie ihr Recht an diesen Zehnten und Aeckern dem genannten Kloster übertragen. Actum apud Phullendorf anno domini M° CC° XCVIII°[2], IX. kalendas septembris, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet viro strennuo H(ainrico) dicto Gramelich, Růdolfo de Nuwenhusen, H. dicto Ohsǫbach, Bur(cardo) de Wůlvelingen, Alberto de Ertingen, aliisque pluribus fidedignis, consumatum vero in Salem, anno predicto, pridie nonas mensis eiusdem.[3] 991.

Cod. Sal. II, 251 No. CCL. Reg. Ztschr. 3, 484.

[1] Cod. Sal. hat Connintario. — [2] Der Cod. Sal. hat in Folge eines Schreibversehens M° CC° VIII°. — [3] Sept. 4.

Digitized by Google

1298. Aug. 26. Langenstein. Ulricus miles de Bodmen gestattet, dass sein Eigenmann Eggehardus de Ostrach dem Kloster Salem seine Besitzungen zu Jettkofen (V̊tinkouen) — ad culturam duorum boum se extendentes — und zu Kalkreute (Galkrivti) — ad unius tantum bovis culturam se extendentes, quas a strennuo et dilecto patruele meo Johanne de Bodmen milite et a me in feodum tenuit — verkaufe; der Kaufpreis beträgt für jede Mark Einkünfte 14 Mark Silber, der Aussteller übergibt für sich und seinen genannten Oheim dem Kloster Salem das Eigenthumsrecht dieser Besitzungen und verzichtet auf alle ihm daran zustehenden Rechte. Acta sunt hec in Salem anno domini M° CC° XCVIII°, in die beati Laurencii,[1] presentibus R(ůdolfo) de Sulzberg, H(ainrico) dicto Græmelich, militibus, et R. ministro de Sancto Monte, aliisque pluribus fidedignis. Datum vero in Langenstain eodem anno, VII. kalendas septembris, presentibus H(ermanno) de Sulzberg milite, R. de Rosenberg, genero suo, Johanne filio meo, Wernhero de Riethusen, Bur(cardo) dicto Bodenzapfe et aliis probis viris. Es siegelt, zugleich für seinen Oheim Johannes, der Aussteller. 992.

Cod. Sal. II, 318 No. CCXCIX. Reg. Ztschr. 3, 250.

1298. Okt. 3. Konstanz. Hainricus dictus Mőseli, H. dictus Hohe verkaufen um 8 Pfund Konstanzer Pfennig die ihnen eigenthümlich zustehenden Besitzungen, genannt *ze Bongarten*, gelegen bei Roggenbeuren (Roggenb̊ron) an den discretus vir, magister Hermannus de V̊twille, advocatus in curia Constanciensi, durch die Hände des Domdekans von Konstanz R(udolfus) de Hewen und mit Zustimmung ihrer Herren: Albertus rector ecclesie in Bermetingen und H(ainricus) Pincerna de V̊ttendorf, miles. Diese beiden nebst Albertus, rector ecclesie in Merspurch, und Bruder H. Mőseli erklären sich als Gewähren für diesen Verkauf und die Freiheit der genannten Güter von allen Zinsen und jeglicher Vogtei (pro eo, quod dicte possessiones sint libere et ab omnis census exactione immunes nec subiecte alicui advocato). Acta sunt hec Constancie anno domini M° CC° XCVIII°, VIII° kalendas octobris, presentibus strennuo viro C(ůnrado) de Mænlishouen, milite, magistro Walthero dicto Tihtler, canonico sancti Stephani

[1] Aug. 10.

Digitized by Google

Constancie, Johanne, sacerdote, capellano capelle sancte Margarete ecclesie Constanciensis, C. fratre suo et Jacobo, scolari dicti domini decani, aliisque pluribus fidedignis. Datum Constancie anno domini predicto, V. nonas octobris, indictione XII[a].

993.

Perg. Or. Fremde Hand. An Pergamentstreifen 3 Siegel aus mit Fett vermischtem Wachs: 1. des Domdekans Rudolf von Hewen wie an No. 980, — 2. des Kirchherrn Albert von Bermatingen, eines Schenken von Ittendorf, spitzoval, oben abgebröckelt, 48:30 mm, IV A 2, im Dreieckschild der Doppelhaken, darüber ein Zweig mit 3 Rosen. Umschrift: († s.') **alb.' rectoris. ecce. in. bermetin(gen)**, — 3. des Schenken Heinrich von Ittendorf wie an No. 970, die Rückseiten von 1 und 2 mit 2 Fingereindrücken, dazwischen ein wagrechter Einschnitt, 3 ein Fingereindruck zwischen zwei wagrechten Einschnitten; das 4. Siegel (des Officials von Konstanz) ist abgegangen. Die Urkunde wird wohl beim Ankauf von Gütern zu Roggenbeuren in das Salemer Archiv gelangt sein.

1298. Nov. 28. Ehingen. Ůlricus comes de Berge sive de Schælklingen überlässt dem Kloster Salem auf Bitten des Eberhard Wintholtz und seines Sohnes Konrad die nachstehenden Besitzungen, welche diese von ihm zu Lehen trugen und an das genannte Kloster um 6 Pfund und 8 Schill. Hellerpfennige verkauft hatten, zu rechtem Eigenthum, nämlich: clivim cum silva et fundo dictam *Riethalde* et agros cultos sive incultos eidem contiguos usque ad fluvium dictum *Smîehe* sitos et agrum unum a superiori parte dicti clivi contiguum, item clivim sive silvam cum fundo dictam *Landoltzcelle* et agros cultos sive incultos eidem contiguos usque ad agros sive possessiones . . dictorum Hiltpolt et . . villici de Sundernach se protendentes. Datum et actum apud Ehingen in domo . ministri, anno domini M° CC° XCVIII°, IIII° kalendas decembris, indictione XII[a], presentibus C. dicto Zæhe, ministro, Bur(cardo) et H., filiis suis, H. notario nostro, . . dicto V̊l, quondam ministro, . . dicto Ruhe, ministro nostro, Eber(hardo) Wintholz iuniore, C. dicto Walh, Kraft dicto Balzholz, H. dicto Vesunherre et aliis quampluribus fidedignis. 994.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das beschädigte Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 765. Rückseite: 2 Fingereindrücke.

1299. Jan. 7. Salem. Hainricus, filius quondam Hainrici de Nůfron, übergibt das Eigenthumsrecht des Hofes zu Ostrach *hinder dem stainhûs*, welchen Egghardus de Ostrach von ihm

Digitized by Google

zu Lehen hat, nebst den dazu gehörigen Besitzungen — ad culturam quatuor boum se extendentes — an das Kloster Salem. Actum in Salem, anno domini M° CC° XC° nono, in crastino epiphanie, subnotatis testibus presentibus et rogatis, scilicet Hainrico dicto Swende seniore, Burcardo de Wildorf, Dietrico, ministro meo, Rûperto priore, Dietrico de Bermetingen seniore, monachis in Salem, fratribus Gerungo et Alberto de Lachon, conversis eiusdem monasterii, aliisque pluribus fidedignis. 995.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 40 mm, IV A 2, im eingegitterten Siegelfelde der dreimal getheilte Dreieckschild. Umschrift: † s.' hainrici. de. nvfron. Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einkerbungen. Cod. Sal. I, 339 No. CCCXXII.

1299. Jan. 12. Salem. Swigerus de Teggenhusen nobilis überträgt das Eigenthumsrecht aller Besitzungen in Jettkofen (V̊tkouen), welche Eggehardus de Ostrach von ihm zu Lehen trägt und H. Hartman baut, um 25 Schilling Konstanzer Pfennige an das Kloster Salem. Actum et datum in Salem anno domini M° CC° nonagesimo nono, II. idus januarii, indictione XII^a. 996.

Cod. Sal. IV, 5 No. V.

1299. Jan. 14. Mengen. Hainricus de Bůzikouen übergibt das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Ostrach bei der Brücke, welche Eggehardus de Ostrach von ihm zu Lehen trägt — extendentes se ad culturam duorum boum — auf dessen Bitten an das Kloster Salem. Datum apud Mængen, anno domini M° CC° nonagesimo nono, XIX. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Manegoldo de Hornestain, Ber(toldo) de Eberhartzwiler, militibus, Ber(toldo) filio predicti Ber(toldi) de Eberhartzwiler, et Hainrico fratre suo, Hainrico de Buwenburch, Gerboldo dicto *von der Hůbe*, Ber(toldo) de Landowe, Ber(toldo) dicto Banzîer, civibus in Mængen aliisque pluribus fidedignis. 997.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel der Stadt Mengen aus Malta wie an No. 763. Rückseite gratartig erhöht mit 2 Einschnitten. Cod. Sal. II, 337 No. CCXIX.

Digitized by Google

1299. Jan. 14. Salem. Die Brüder Rüdeger und Rudolf von Magenbuch verkaufen dem Kloster Salem verschiedene Besitzungen zu Ostrach um 26 Mark Silber, von welcher Summe sie 22 Mark sogleich, den Rest aber erst dann erhalten, wenn sie dem Kloster seitens der Edeln von Gundelfingen, denen über Theile des Verkauften die Lehenshoheit zusteht, die Eignung dieser Theile erwirkt haben. 998.

Universis hanc literam inspecturis Rûdigerus et Rûdolfus de Magenbûch fratres notitiam rei geste. Ne labente tempore memoria rerum pariter || evanescat, literarum debet offitio precaveri. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quod nos de consensu mutuo pleno et expresso medietatem curie || site ultra fluvium dictum Ostrach necnon areas et ortos sitos citra fluvium in eodem opido dicto Ostrach, videlicet aream sitam inter collem sive volgariter || loquendo *bühel* et inter curiam Rûdolfi villici, quam inhabitat Hainricus dictus Brûli, necnon aream *uf dem frithove* sitam, quam inhabitat Hainricus dictus Mitting, cum areis et ortis sitis inter curiam Rûdolfi dicti Eggehart et inter curiam Eggehardi, extendentibus se ab aqua predicta usque ad stratam, silvam quoque dictam *der Hŏ* sitam *an der staige* a parte dextra versus Bachhŏbton, aliasque possessiones omnes et singulas nobis in prefata villa iure proprietario pertinentes, quocunque nomine censeantur, cum suis attinentiis et iuribus universis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, aquis, aqueductibus ac aliis quibuscunque attinentiis eisdem possessionibus intus et extra pertinentibus, jus etiam proprietatis seu dominium medietatis cuiusdam curie site *uf dem frithove*, quam a nobis in feodum tenet Rûdolfus, filius Mehthildis dicte Mittingin, venerabilibus in Christo abbati et conventui monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, pro viginti sex marcis puri et legalis argenti ponderis Constanciensis, quarum viginti duas nos recepisse profitemur et in utilitatem propriam convertisse, iusto venditionis titulo de consensu omnium, quorum intererat, vendidimus, tradidimus et donavimus ab ipsis ipsorumque monasterio in perpetuum quiete et pacifice iure proprietatis libere possidendas, adhibitis per nos in premissis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Et quia pro dicta summa pecunie cum dictis possessionibus omnibus et singulis piscariam in dicto fluvio, extendentem se a molendino inferiore usque ad pontem et unam aream sitam *under dem frithove*,

Digitized by Google

cui ius taberne ab antiquo noscitur esse annexum, quam inhabitat Cûnradus dictus Ernfrit, quam piscariam et aream a nobilibus viris de Gundolvingen, videlicet Swiggero dicto *der Lange*, Cunrado, Berhtoldo militibus, Swiggero dicto *der Burger* et Hainrico in feodum hactenus tenuimus et possedimus, prefatis de Salem vendidimus, nec ius proprietatis earum de manibus predictorum dominorum nostrorum adhuc liberavimus, promisimus et tenore presentium promittimus fide data nomine iuramenti, quod cum primum poterimus iam dictam piscariam et aream de manibus supradictorum dominorum nostrorum liberabimus et in ipsos de Salem ipsorumque monasterium transferri procurabimus pleno iure, hoc adiecto, quod dicti abbas et conventus de prescripta summa argenti residuas quatuor marcas sibi retinere debent et nichilominus in possessione memorate piscarie ac aree permanere, donec ius proprietatis earundem per nos suo monasterio fuerit acquisitum. Renuntiamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis omni actioni, impetitioni, defensioni non adhibite sollempnitatis, exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non solute, beneficio restitutionis in integrum, omni consuetudini loci et patrie et generaliter ac specialiter omnibus, per que dictus contractus posset in posterum quovis ingenio violari, obligantes nos insuper ad prestandum warandiam de premissis quotienscunque, ubicunque, coram quocunque judice a prefatis de Salem fuerimus requisiti. Et in evidentiam premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presentem literam nostris sigillis eisdem de Salem porreximus communitam. Actum in Salem anno domini M° CC° nonagesimo nono, XIX° kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet Hainrico, ministro in Phyllendorf, milite, Hermanno, filio suo, et Alberto de Ertingen, servo eiusdem ministri, Rûperto priore, Eberhardo de Stekboron, Alberto pistore, Dietrico de Bermetingen, Cûnrado, medio cellerario et Dietrico de Núfron, fratribus monachis in Salem aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. im kgl. Regierungsarchiv in Sigmaringen. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta: 1. des Rüdeger von Magenbuch, dreieckschildförmig, 45:37 mm, IV A 2, nach rechts gekehrter Widderrumpf, Umschrift: † **sigillvm. rvdegeri. de. magenbûch.** — 2. des Rudolf von Magenbuch, rund, 30 mm, IV B 1, im Siegelfelde Helm mit Kleinod,

Digitized by Google

ein mit Federn besteckter Ball. Umschrift: † s. rv̊dolfi. d.' magenbv̊ch. Rückseiten: je 1 Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 338 No. CCCXX.

1299. Jan. 15. Heiligenberg. Hugo comes de Werdenberg et de Sancto Monte überträgt das Eigenthumsrecht der Besitzungen in Habertsweiler (Habrestwîler), welche Hainricus, filius quondam Hainrici militis de Nûfron, von ihm zu Lehen trug und um 35 Mark Silber an das Kloster Salem verkaufte, an dieses Kloster, nachdem derselbe auf die genannten Besitzungen verzichtet und ihm dafür nachstehende gleichwerthige Güter zu Lehen aufgetragen hatte: curia dicta *in der Hûrwi* in Zusdorf, quam excolit Bur(cardus) dictus Ŏwer, curia dicta *in der Hûrwi*, quam colit Cûnradus dictus Bok, curia Hermanni dicti Bûrrer et curia Johannis dicti Bok site ibidem. Actum in Sancto Monte anno domini M° CC° nonagesimo nono, XVIII. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet strennuis dominis Johanne de Bodmen, Hainrico de Sigeberg, Ortolfo de Hasenwîler, militibus, Jacobo de Dornbûrron, fratre Dietrico de Nûfron, monacho in Salem, aliisque pluribus fidedignis. 999.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta: des Ausstellers wie an No. 986 und des Heinrich von Neufrach wie an No. 995. Cod. Sal. II, 331 No. CCCXII. Reg. Ztschr. 3, 250.

1299. Jan. 23. Ertingen. Jan. 26. Konstanz. .. Commendator provincialis fratrum theutonicorum ordinis hospitalis sancte Marie Iherosolimitane beurkundet, dass er nachstehenden Brief gesehen und geprüft habe: Egno, commendator, nec non fratres universi domus fratrum in Alshusen, Constanciensis dyocesis, ordinis hospitalis sancte Marie Iherosolimitane verkaufen alle ihre Besitzungen in Ertingen und Heghain mit der Vogtei und aller Zugehör um 90 Mark Silber an das Kloster Salem. Actum apud Ertingen anno domini M° CCXC° VIIII°, X. kalendas februarii, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet fratre Hilteboldo de Alshusen, R. de Yttenrivti, Ludwico dicto Grivli, Livtrammo de Ertingen, Ber(toldo) et Walkone dictis Mûrzel, C. dicto Ortlieb, H. dicto Gv̊tiar, C. dicto Schihtink, Alberto pistore, C. medio cellerario, Dietrico de Nivfron, fratribus monachis in Salem, Gerungo et Wetzlone, conversis ibidem, aliisque pluribus fidedignis.

Digitized by Google

Consumatum vero apud Constanciam anno predicto, VII. kalendas februarii, presentibus H. cellerario maiore, Dietrico de Bermatingen, Jo(hanne) de Solodoro, monachis in Salem. Bischof Heinrich von Konstanz bestätigt diesen Verkauf und hängt sein Siegel neben das des Hauses von Altshausen an die Urkunde. Der commendator provincialis bestätigt den obigen Verkauf als im Interesse des Hauses Altshausen und des Ordens gelegen und bekräftigt diese seine Ratification durch Anhängen seines Siegels (quo in tractatibus et negociis ordinis uti consuevimus). 1000.

Cod. Sal. II, 325 No. CCCVI. Die Bestätigung seitens des commendator provincialis ist ohne Ausstellungsort und Datum. Vgl. No. 1002.

1299. Febr. 6. Konstanz. Der Official des Hofes von Konstanz beurkundet ein Uebereinkommen zwischen dem Kloster Salem und dem Konrad Mozo von Memmingen, betr. dem Kloster verschriebene Güter in Memmingen. 1001.

. . Officialis curie Constantiensis omnibus presentium inspectoribus salutem cum notitia subscriptorum. Noverint universi presentium inspectores, quod constitutus coram nobis proxima feria || sexta post festum purificationis beate Marie virginis Conradus dictus Mozo de Mâmmingen, Augustensis dyocesis, consentiens in nostram iurisdictionem ac asserens, in deposito se ha||buisse centum et octo marcas argenti ponderis Constantiensis apud dilectos in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, quod et ipsi confitebantur, et || idem Cûnradus confessus fuerat publice, se dedisse predicto monasterio prefatum argentum unâ cum domo sita in Mâmmingen, que dicitur *des Mozenhûs*, cum tota area post ipsam domum, quam inhabitare debet prefatus Cûnradus pro tempore vite sue, et curia dicta *Volknanzhouen* ac Adilhaidi, uxore Cûnradi dicti Hûber, coloni curie predicte, cum liberis suis natis et nascituris, et de novo tradidit et donavit, adhibitis in omnibus supradictis quibuslibet verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis. Promiserunt etiam coram nobis procuratores dicti . . abbatis et conventus, restituere eidem Cûnrado ex liberalitate et in recompensam dicte donationis quadraginta marcas argenti ponderis Constantiensis ac restituerunt. Promisit nichilominus predictus Cûnradus, non contrafacere predicta et quidlibet predictorum bona fide ratum habere, decernens irritum et inane, si per se seu per alium

Digitized by Google

nomine ipsius verbo vel facto aliquid in contrarium fuerit attemptatum. In cuius rei testimonium nos . . officialis predictus ad peticionem predictorum . . abbatis et conventus monasterii de Salem necnon supradicti Cûnradi Mozonis sigillum curie nostre predicte presentibus duximus appendendum. Datum et actum Constantie anno domini M° CC° XC° nono, dicto die, presentibus et ad hoc inductis testibus infra scriptis, videlicet Hainrico cellerario et Burcardo dicto *ze Bürgetor*, fratribus monachis monasterii predicti in Salem, magistro Johanne dicto Pfefferhart et domino Hermanno de Bvchhorn, canonicis ecclesie sancti Stephani Constantiensis, Hainrico dicto Vlo et Cûnrado dicto Åppishuser, clericis de Constantia, Hermanno dicto Bôsche, cive Constantiensi, et Cûnrado dicto Rôte, cive in Mâmmingen, et aliis pluribus fidedignis, indictione XII^a^.

Perg. Or. Hand des Konstanzer Officialats. Am Pergamentstreifen das bekannte Siegel des Officials aus Malta. Daumeneindruck. Cod. Sal. IV, 93 No. CXXV.

1299. Febr. 22. Ertingen. C. de Landôwe comes überträgt um 17 Mark Silber dem Comthur und den Brüdern des Deutschordenshauses zu Altshausen (Alshusen) die ihm zustehende Vogtei über die Güter des Ordens in Ertingen und Hegehain, welche dieser von Cûnradus de Heghain erworben. Datum et actum apud Ertingen, anno domini CC° XC° IX°, in die beati Vincentii martiris, presentibus testibus infrascriptis, videlicet honorandis viris Egenone commendatore et fratre Hilteboldo domus in Alshusen, H. vicario in Ertingen, R. de Hittenrivti, Ludwico Grivli, Livtrammo de Ertingen, Walkone et B. dictis Murzel, C. Ortliep, H. Gvtiar, C. Dietolf, C. Schihting, C. Krvgeli, H. fratre suo, H. dicto Butze, fratre C. medio cellerario, fratre Alberto pistore, monachis in Salem, fratre Gerungo et fratre Wetzlone, conversis ibidem, aliisque pluribus fidedignis. 1002.

Cod. Sal. II, 327 No. CCCVII. Vgl. No. 1000.

1299. Febr. 23. Salem. Rudolf von Hausen vermacht dem Kloster Salem testamentarisch seine ganze fahrende Habe. 1003.

In nomine domini amen. Ego Rûdolfus de Hûsen in presenti seminare cupiens, quod metere valeam in futuro, meum || secundum formam subscriptam condo et ordino testamentum.

Digitized by Google

Volo igitur et testando ordino, ut omnes res mee mobiles, || in quacumque materia consistant, numero, pondere vel mensura, post mortem meam, ubicumque decedere me continget, venerabilibus || in Christo . . abbati et conventui monasterii de Salem ob specialem devocionem, quam ad eosdem habeo et habui, et ob fervorem religionis, que ibidem noscitur hactenus viguisse, pro salute anime mee meorumque progenitorum integraliter presententur. Et in signum dicte ordinationis testamentarie promitto, eisdem de Salem in festo purificationis beate virginis unum fertonem cere annis singulis me daturum. Et quia voluntas hominis ambulatoria est, reservo michi auctoritatem dictam ordinationem revocandi in toto vel in parte vel etiam in loca alia vel personas transferendi, ita tamen, quod si ego dictam ordinationem testamentariam revocare, minuere, augmentare in toto vel in parte vel etiam in alias personas vel loca transferre voluero, talis revocatio, diminutio, augmentatio vel etiam translatio in toto vel in parte per me facta, nisi per scriptum sigillo meo fuerit roborata, nullum robur obtineat firmitatis. In evidentiam igitur dicte ordinationis presentem litteram eisdem de Salem meo sigillo tradidi communitam. Actum et datum in Salem, anno domini M° CC° XC° nono, septimo kalendas marcii, presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis, videlicet honorando viro Cûnrado plebano de Teggenhûsen, Rûdolfo dicto Eggehart, Dietrico de Zvsdorf, Cûnrado dicto Grâwe, Berhtoldo dicto Schv̊zze, fratre Dietrico, monacho in Salem, dicto de Nûfron, fratre Hermanno dicto de Rôtenberg, converso ibidem, aliisque pluribus fidedignis.

Perg. Or. Salemer Haud. Befestigt wie an No. 432, das Siegel des Ausstellers aus Malta, rund, 40 mm, IV A 2, im Dreieckschild auf 3 Bergen ein Steinbock. Umschrift: † s.' rv̊dolf. de. hvsen. Rückseite erhöht mit 3 wagrechten Einschnitten.

1299. Febr. 26. Salem. Swiggerus nobilis de Teggenhusen übergibt das Eigenthumsrecht des Hofes in Sælgunstat, welchen Rudolfus dictus Græmelich von ihm seither zu Lehen trug, an das Kloster Salem. Datum in Salem anno domini M° CC° XCIX°, IIII°. kalendas marcii, indictione XII^a, presentibus testibus infrascriptis, videlicet reverendo domino . . abbate dicti monasterii, fratre Rûperto priore, fratre Dietrico de Bermatingen seniore, fratre Dietrico de Nivfron aliisque pluribus fidedignis. 1004.

Digitized by Google

Perg. Or. Salemer Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus Malta wie an No. 621. Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 330 No. CCCXII.

1299. März 13. Mengen. Anshelmus senior de Justingen et Anshelmus, filius suus, übergeben das Eigenthumsrecht der Renterswiese und eines daran stossenden Stückes Land dem seither damit von ihnen belehnten Bürger von Mengen, Burkard Hûter. Dat. et actum in Mængen anno dom. M°CC°XCIX°, III. idus marcii, indictione XII^a, coram domino Eber(hardo) milite de Rosenôwe, domino Ber(toldo) milite de Eberhartswiller, Ber(toldo) et Cûnrado dictis Lôcheler, Hert(manno) dicto Hunvbel seniore, astantibus aliis pluribus fidedignis.

1005.

Cod. Sal. II, 357 No. CCCXLII. Vielleicht ist dies die später unter dem Namen „Münchbrielwiese" vorkommende, dem Kloster Salem gehörige Wiese bei Mengen.

1299. März 19. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt die inserierten Privilegien Friedrichs II. und Heinrichs (VII.) für das Kloster Salem. 1006.

Albertus[1], dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis imperpetuum. Veniens ad nostre maiestatis presentiam honorabilis et religiosus vir . . abbas monasterii de || Salem nobis humiliter supplicavit, quod nos privilegia clare recordationis Friderici, regis Sycilie, ducatus Apulie et principatus Capue, et Friderici secundi, Romanorum regis et Sycilie, ac Heinrici, et Heinrici septimi regum Romanorum, || illustrium predecessorum nostrorum sibi et monasterio suo tradita et concessa confirmare, approbare et innovare de benignitate regia dignaremur. Quorum privilegiorum tenor talis est. (Folgen die Urkunden König Friedrichs von Sicilien d. d. 1210 Januar, Catania oben No. 75. — König Friedrichs II. d. d. 1213 März 31 Konstanz, oben No. 84. — König Heinrichs (VII.) d. d. 1231 Aug. 9 Nürnberg, oben No. 172. — König Heinrichs (VII.) d. d. 1222 Dez. 10 Ueberlingen, oben No. 134.) Nos vero, predicti abbatis precibus favorabiliter inclinati, suprascripta privilegia de verbo ad verbum ex benignitate regia confirmamus, approbamus, innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis et

[1] Reich verzierte Initiale.

Digitized by Google

innovationis infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. Testes huis rei sunt venerabiles Constantiensis, Brixinensis et electus Curiensis episcopi, spectabiles viri comes Hugo de Werdenberch, comes Rudolfus de Monte Forti et frater eius Hugo, comes Ůlricus de Schelchelingen, comes Johannes de Cabilone, strennui viri Ůlricus et Marquardus fratres de Schellenberch, Ůlricus et Albertus fratres de Chlingenberch et quamplures alii fidedigni. **Signum domni Alberti Romanorum regis invictissimi** (Monogramm). In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Constantiam XIIII° kalendas aprilis, indictione XII^a, anno domini M° CC° nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Perg. Or. An roth und grünem Seidenstrang das Thronsiegel König Albrechts I. (Heffner Taf. VIII No. 66). Rückseite: 3 tiefe Eindrücke.

1299. März 20. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt die inserierten Privilegien Kaiser Friedrichs II. und der Könige Philipp, Heinrich (VII.) und Konrad für das Kloster Salem. 1007.

Albertus[1], dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis imperpetuum. Accedens nostre maiestatis presentiam honorabilis et religiosus vir . . abbas monasterii || de Salem, Cysterciensis ordinis, celsitudini nostre humiliter supplicavit, quod nos privilegia dive memorie domini Friderici, imperatoris et regis Sicilie, Philippi et Heinrici, regum Romanorum, et Conradi, in regem Romanorum electi, || filii predicti domini Friderici, predecessorum nostrorum illustrium, sibi et monasterio suo pie tradita et concessa confirmare, approbare et innovare de benignitate regia dignaremur, quorum privilegiorum tenor inferius declaratur. (Folgen die Urkunden Kaiser Friedrichs II. d. d. 1233 Febr. Canossa, oben No. 174, — König Philipps d. d. (1200) März 29. Ulm, oben No. 69, — dort „vor 1208" eingereiht, vgl. indess Böhmer-Ficker, Reg. V No. 44, — König Heinrichs (VII.) d. d. 1224 Jan. 23 Ulm, oben No. 136, — desselben d. d. 1229 Oct. 23. Ueberlingen, oben No. 17a, — König Konrads IV. d. d. 1241 Oct 6, oben No. 223). Nos vero, predicti abbatis precibus favorabiliter inclinati, suprascripta privilegia de verbo ad verbum ex benignitate regia confirmamus, approbamus, innovamus et presentis scripti patrocinio com-

[1] Reich verzierte Initiale.

Digitized by Google

munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, approbationis et innovationis infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. Testes huius rei sunt: venerabiles Heinricus Constantiensis, Landolfus Brixinensis et Sifridus electus Curiensis episcopi, spectabiles viri comites Hugo de Werdenberch, Rudolfus de Monte Forti et frater eius Hugo, Ulricus de Schelchelinge, Johannes de Cabilone, strennui viri Ulricus et Marquardus fratres de Schellenberch, Ulricus et Albertus fratres de Chlingenberch et quamplures alii fidedigni. **Signum domini Alberti Romanorum regis invictissimi.** (Monogramm.) In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Constantiam XIII. kalendas aprilis, indictione duodecima, anno domini M° CC° nonagesimo nono, regni vero nostro anno primo.

Perg. Or. Besiegelt wie No 1004. Siegel leicht beschädigt.

1299. März 21. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt dem Kloster Salem die Urkunde König Rudolfs I. betr. die Verträge des Klosters mit den Grafen von Heiligenberg. 1008.

Albertus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. || Accedens nostre maiestatis presentiam venerabilis . . abbas monasterii de Salem, devotus noster dilectus, nostro culmini humiliter supplicavit, quod nos quendam contractum inter ipsum et monasterium suum ex unâ et nobiles viros comites de Sancto Monte ex altera parte initos et per felicis recordationis dominum Rudolfum, inclitum regem Romanorum, genitorem nostrum karissimum, confirmatos approbare, innovare et confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius contractus tenor talis est. (Folgt die Urkunde König Rudolfs I. d. d. 1274 [Nov. od. Dez.] o. T. Nürnberg, oben No. 526.) Nos vero, predicti abbatis partibus favorabiliter inclinati, suprascriptum contractum, prout de verbo ad verbum superius est expressus, ex innata nobis clementia approbamus, innovamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio roboramus. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum apud Constantiam XII° kalendas aprilis, indictione duo-

Digitized by Google

decima, anno domini M° CC° nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Perg. Or. Besiegelt wie No. 1004. Cod. Sal. IV, 417 No. CCCC.

1299. März 21. Konstanz. König Albrecht I. bestätigt und erneuert dem Kloster Salem alle demselben von seinen Vorgängern verliehenen Privilegien. 1009.

Albertus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis || gratiam suam et omne bonum. In excellenti specula regie maiestatis ordinacione divina feliciter constituti ad pro||spiciendum utilitati fidelium, prospicacitatem oculorum longe lateque diffundimus regularium personarum indempnitatibus || precavendo precique religiosorumque locorum commoditatibus iugiter intendendo, ut, per lubricum huius vite transcursum salubriter transeuntes, eterne beatitudinis premia consequamur. Noverit igitur presens etas et successura posteritas, quod cum venerandum cunctis monasterium de Salem, Cisterciensis ordinis, discipline monastice luminositate preradians, sit ab inclite recordationis imperatoribus et regibus Romanorum, nostris predecessoribus, amplis privilegiorum, libertatum et iurium munificentiis insignitum, nos, eorundem predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, qui monasterium ipsum auxerunt honoribus et favoribus ampliarunt, attendentesque sincere devotionis et fidei puritatem, qua dilecti devoti nostri, . . abbas et conventus eiusdem monasterii, nostre celsitudinis gratiam indesinentius amplectuntur, predicto monasterio, abbati et fratribus ibidem deo famulantibus, omnes concessiones, privilegia, gratias, libertates et jura, prout ipsis a predictis nostris antecessoribus rite, pie ac provide sunt concessa, approbamus, innovamus, confirmamus et de benignitate regia presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, innovationis et confirmacionis infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri. Datum apud Constantiam XII° kalendas aprilis, indictione XII^a^, anno domini M° CC° nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Perg. Or. Besiegelt wie No. 1004. Cod. Sal. IV, 415 No. CCCXCVIII.

Digitized by Google

1299. Apr. 9. Buchau. . . Abatissa et conventus monasterii Bûchaugiensis, ordinis sancti Augustini, Constanciensis dyocesis, überlassen alle Besitzungen weiland des C. von Heghain in Ertingen und Heghain, welche seither von ihnen der Comenthur und die Brüder des Deutschordenshauses zu Altshausen gegen einen Jahreszins von 1 Pfund Pfeffer inne hatten und nunmehr an das Kloster Salem verkauften, gegen Entrichtung des gleichen an Martini fälligen Zinses an das genannte Kloster. Actum et datum in monasterio nostro predicto, anno domini M° CC° XCVIIII°, V. idus aprilis, presentibus testibus infra scriptis, videlicet H. dicto Græter, monacho in Salem, et fratre H. dicto Veser, converso eiusdem monasterii, Sigeboto, canonico memorati nostri monasterii Bûchaugiensis, et Cûnrado, rectore ecclesie in Canza, aliisque pluribus fidedignis. 1010.

Cod. Sal. II, 330 No. CCCX.

1299. Apr. 28. Konstanz. Der Official des Hofes zu Konstanz beurkundet, dass vor ihm (coram nobis in forma iudicii constituta) Adelhaid, die Witwe des H. Manzelle von Leimbach (Lainbach) auf ihre Rechte an Besitzungen in Unter-Leimbach (in inferiori Lainbach) — extendentes se ad culturam unius bovis —, welche ihr verstorbener Ehemann von H. Sidin, Bürger zu Markdorf, um 8 Pfund weniger 5 Schilling Konstanzer Pfennig erkauft hatte, um ihres und ihres Mannes Seelenheils willen zu Gunsten des Klosters Salem verzichtet habe, jedoch unter Vorbehalt lebenslänglicher Nutzniessung gegen Entrichtung eines auf Martini fälligen Jahreszinses von $^1/_2$ Pfund Wachs. Dat. Constancie et actum anno dom. M° CC° XCVIIII°. IIII. kalendas maii, indictione XII^a. 1011.

Perg. Or. Konstanzer Officialatshand. Siegel des Ausstellers bekannt, befestigt wie an No. 432. Daumeneindruck. Cod. Sal. II, 334 No. CCCXIV.

1299. Mai 1. Kirchheim. Herzog Hermann von Teck verkauft an das Kloster Salem alle seine Besitzungen in Steinbach, ausgenommen die Fischenz in der Vils. 1012.

Universis hanc litteram inspecturis Hermannus dux de Tekke noticiam rei geste. Ut contractus bone fidei, rite ac legittime celebrati, in suo robore perseverent, expedit, ut literarum indiciis et dictis testium tenaci et incommutabili memorie commendentur. Eapropter presentes noverint et futuri,

Digitized by Google

quod cum nos oppressi essemus oneribus debitorum, nec ab illis nisi per distractionem rerum nostrarum possemus aliqualiter liberari, possessiones nostras universas sitas in Stainbach iure nobis proprietario pertinentes empcioni decrevimus exponendas, et cum inter alios ad empcionem procedere volentes honorabiles in Christo . . abbas et conventus monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constanciensis dyocesis, utilius nobis et melius precium obtulissent, possessiones easdem in Stainbach omnes et singulas nobis pertinentes cum iure patronatus ecclesie in Stainbach ipsis possessionibus annexo et curia dicta *Vrîtaghove* et hominibus subnotatis, iure nobis proprietario pertinentibus, videlicet H. dicto Gerloch, Diemût et Judela, sororibus ipsius, Gerloch, fratruele eorundem, et Cûnrado, villico curie dicte *Vrîtaghove* supradicte, ac hominibus universis, iure nobis advocaticio et ecclesie in Kilchain [341] iure proprietario pertinentibus et tempore dicto[1] in Stainbach residentibus ac aliis attinenciis universis, agris videlicet cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, virgultis, nemoribus, uno dicto *Snait*, altero dicto *Birkach*, et aliis, si qua nobis specialiter ibidem pertinebant, ac aliis ibidem ville seu oppido in Stainbach attinentibus, viis, inviis, aquis, aqueductibus, agris sitis prope Blochingen in ulteriori parte fluvii dicti *Vilse* et citra et pratis ibidem et in ulteriori parte dicti fluvii sitis cum paludibus dictis *Altahe* iam vel in posterum in eisdem pratis existentibus, que navigio attingi non possunt, et nobis pertinentibus, que quidem prata et agros homines ville in Blochingen a nobis tenuerunt et coluerunt, ac aliis iuribus universis, bannis, iurisdictionibus, iure, quod dicitur *ehafti*, ac aliis intus et extra tacitis et expressis eisdem possessionibus in Stainbach et curie prenotate pertinentibus pro mille octingentis marcis librarum hallensium, quorum mille iam nos recepisse et in utilitatem nostram evidentem, videlicet in exoneracionem debitorum nostrorum, convertisse, reliquas octingentas libras nobis deberi secundum condictum cum eisdem de Salem in festo beati Johannis baptiste proxime venturo profitemur et recognoscimus, iusto vendicionis titulo de consensu omnium, quorum intererat, vendidimus, tradidimus et donavimus, ab ipsis ipsorumque monasterio cum omnibus suis attinentiis, ut premissum est, et iuribus tam corporalibus,

[1] Cod. Sal. hat dicti.

Digitized by Google

quam incorporalibus iure proprietatis libere et quiete possidendas sine cuiusvis obice contradictionis, adhibitis per nos in premissis omnibus et singulis verbis[1] ac sollempnitatibus debitis et conswetis. Renunciamus igitur pro nobis nostrisque heredibus universis circa omnia premissa et quodlibet ex eisdem omni actioni, impeticioni, exceptioni non numerate pecunie, non tradite non solute, beneficio restitutionis in integrum, omni auxilio legum et canonum, omni conswetudini loci et patrie et generaliter ac specialiter omnibus, per que dictus contractus posset in posterum quovis ingenio violari. Et ad prestandum warandiam de omnibus et singulis premissis et subeundum omne periculum evictionis omneque dampnum et interesse, si qua prefatis de Salem ex dicto contractu inminebunt, in quantum de iure subire debemus, nos nostrosque heredes unâ cum filio nostro Ludwico obligamus per presentes. Excepimus tamen et reservavimus nobis piscinas in fluvio dicto *Vilse*. Et in evidenciam omnium premissorum ipsorumque incommutabilem firmitatem presens instrumentum eisdem de Salem nostro sigillo tradidimus communitum. Ego Ludwicus dux de Tekke iunior omnia [342] et singula premissa vera esse profiteor et de consensu meo pleno et expresso facta. Et ad exequendum ea, in quantum me contingunt, me obligo per presentes iuramento prestito corporali, et quia sigillo proprio non utor, sigillo patris mei predicti usus sum in testimonium omnium premissorum. Actum in Kilchain anno domini M° CC° XC° IX°, kalendas maii, indictione XII, subnotatis testibus presentibus et ad hoc vocatis, videlicet nobili viro Cûnrado comite de Landôwe, honorabili viro magistro Ûl(rico) notario, canonico sancti Mauricii Augustensis, viris strennuis Marquardo de Lichtnegge, Wolframmo dicto Hôhschlizze, militibus, Marquardo capitaneo et H. Stainbîz, Rûperto et Rûdgero Rûperto fratribus, Walt(ero) de Rindbach, civibus in Ezzelingen, ac nobili viro Cûnrado duce juniore de Tekke, Marquardo dicto Kæner, Eber(hardo) de Schambach, Dîepoldo de Kilchain, fratre Dietrico de Bermatingen, C. medio cellerario, Dîetrico de Nivfron, monachis in Salem, fratre Ber(toldo), provisore domus in Ezzelingen, aliisque pluribus fidedignis.

Cod. Sal. II, 340 No. CCCXXII. Reg. Ztschr. 3, 251.

[1] Cod. Sal. hat verborum.

Digitized by Google

1299. Juli 14. Konstanz. Der Decan Heinrich, Kirchherr zu Kirchheim, übergibt, gegen eine ihm von den Kirchenpatronen, den Herzogen von Teck, zugewiesene Entschädigung, dem Kloster Salem genannte Eigenleute seiner Kirche zu Steinbach. 1013.

Universis hanc literam inspecturis Hainricus decanus, rector ecclesie in Kirchain, fidem presentibus adhibere. Quoniam humana memoria labilis et infirma rerum trabe (?) non sufficit, sed antiqua cottidie recentibus obruuntur, expedit, ut tractatus habiti studio caritatis literarumque indiciis et dictis testium tenaci et incommutabili memorie conmendentur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod ego, condicionem ecclesie mee predicte cupiens facere meliōrem, homines subnotatos utriusque sexus, eidem ecclesie iure proprietatis seu censuali et nobili viro Hermanno duci de Teke iure advocaticio pertinentes et in opido Stainbach residentes, videlicet R. dictum Raideler et uxorem eius Mæhthildim, Liutgardim dictam Birerin, Albertum dictum der Kotteler, Adelhaidim, uxorem eiusdem, Wal, Erwigum et Albertum, filios Waltheri dicti Kotteler ac sorores ipsorum, Adelhaidim relictam dictam Hivrrerin, R. dictum Schůzze ac uxorem ipsius Mæhthildim, Wal dictum Koteler, Cůn dictum Burger et uxorem eiusdem Irmen[355]gardim, Cristinam et liberos ipsius, Albertum dictum Hegelli et uxorem eiusdem Adelhaidim, Yrmengardim, uxorem C. sutoris, et liberos ipsius ac Marquardum fratrem eiusdem, Liutgardim relictam dictam Livzzin cum liberis eiusdem, Hedewigim de Nidelingen et liberos ipsius ac sororem eiusdem Liutgardim, Eber(hardum), filium Bur(cardi) et Adelhaidim, uxorem eiusdem, Ber(toldum) dictum Gôtze et Hedwigim, uxorem eiusdem ac liberos, Renzem pastorem et uxorem ipsius ac liberos, Mehthildim dictam Sivterin cum liberis eiusdem, C. dictum Grivbe et Mæhthildim, uxorem eiusdem, Eber(hardum) Kapphenhard et Hiltrudim, uxorem eiusdem, H. sacristam et Agnem sororem ipsius, Germůt dictam Sv̊nerin, liberos C. dicti Eggehard cum omni prole ipsorum omnium genita et in Stainbach tunc existente vel etiam inposterum gignenda, ubicumque extiterit, in honorabiles in Christo abbatem et conventum monasterii de Salem, ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, de consensu et approbacione reverendi in Christo patris ac domini H(ainrici), dei gratia Constantiensis episcopi, et nobilium virorum, domini H(ermanni) ducis

Digitized by Google

de Tekke prenotati, Symonis, Cûnradi, Ludwici et Friderici, fratrum, patruelium eiusdem, patronorum ecclesie in Kilchain predicte, nomine permutacionis transtuli et transfero eo iure, quo ecclesie mee predicte et mihi pertinebant, de consensu etiam ipsorum hominum omnium, inperpetuum quiete et pacifice possidendos, facta mihi et ecclesie mee sepedicte recompensacione per prefatum nobilem Her(mannum) de Tekke ducem cum redditibus trium librarum, unius videlicet comparati pro Kraft dicto Kener, que dari debet de molendino ipsius et agro prope Wangen sito inter duas stratas, in loco dicto *under Schüttengranshalden*, alterius comparate pro ministro dicto Grivlich, que dari debet de sex iugeribus agrorum *uf Hungerberc*, tercie vero comparate pro C. dicto Hopphere, que dari debet de vivario ipsius et prato eidem contiguo, quos idem nobilis iure proprietatis in ecclesiam eandem transtulit et qui utiliores mihi et ecclesie sunt et possunt esse quam homines supradicti hactenus fuerint vel fore possent in posterum, C. dicto Trûbe, R. dicto Schivtze et Walthero dicto Kottelær, hominibus ecclesie mee prenotate, per sacramentum dicentibus, taliter se habere et ecclesiam ipsam per predictam permutacionem melioratam et nullatenus fore lesam. Renuncio igitur pro me et ecclesia in Kilchain meisque, qui pro tempore fiunt, successoribus omni actioni, impeticioni, beneficio restitucionis in integrum, defensioni non adhibite sollempnitatis, excepcioni doli per obiectum decepcionis ultra dimidium iusti precii, literis a sede apostolica vel aliunde impetratis vel inposterum impetrandis et generaliter ac specialiter omnibus, per que dicta permutacio posset inposterum quovis ingenio violari, adhibitis per me in premissis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et conswetis. In cuius facti evidenciam presentem literam sigillis reverendi patris ac domini H(ainrici), dei gracia Constantiensis episcopi prenotati, nobilium virorum dominorum meorum predictorum de Teke ac meo eisdem de Salem tradidi conmunitam. Actum Constancie anno domini M° CC° XC° IX, pridie idus julii, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet honorandis viris Hainrico preposito de Fivrendôwe, magistro H. Pfepferhardo, H. de Altorf, Jo(hanne) dicto Swerteli, Jo(hanne) dicto Stengger, Wernhero dicto Rogwiller, H. dicto Mutschelle, civibus Constanciensibus, Dietrico de Bermatingen, Bur(cardo) de Bivrgtor,

Digitized by Google

fratribus monachis in Salem, C. dicto Åpishuser, clerico et aliis fidedignis. Nos H(ainricus), dei gracia Constanciensis episcopus, quia predictam permutacionem [356] pro utilitate ecclesie in Kilchain nobis constat esse factam, ipsam ad peticionem parcium auctoritate ordinaria ratificamus, approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nos H(ermannus) dux de Teke, omnia et singula premissa vera esse profitentes et per nos facta, sigillum nostrum huic appendimus instrumento. Nos quoque Symon dux de Tekke prenotatus sigillum nostrum, quo et nos Cunzo, Ludwicus et Fridericus, fratres ipsius predicti, in hoc facto utimur, quod omnia et singula premissa vera esse profitemur et per nos facta, presentibus appendimus in testimonium eorundem.

Cod. Sal. II, 354 No. CCCXXXIX.

1299. Aug. 30. Rottweil. König Albrecht I. theilt den Städten Ueberlingen, Ravensburg, Pfullendorf, Saulgau, Mengen und Aach mit, dass er Abt und Convent von Salem in seinen besondern Schutz genommen habe und befiehlt ihnen, dieselben gegen etwaige Widersacher zu schirmen.

1014.

Albertus, dei gratia Romanorum rex semper augustus. Strennuis ac prudentibus viris in Vberlingen, || Ravenspurch, Phullendorf, Sulgen, Meingen et in Aha advocatis, officiatis, scultetis, ministris, con|sulibus, scabinis ac civibus universis, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Equitatis vigor || expostulat et ordo suggerit rationis, ut eum in membris suis specialiter honoremus, qui nostris non exigentibus meritis regali solio nos prefecit, in hoc videlicet, ut defensionis presidio cunctas personas ecclesiasticas, religiosas et monasticas foveamus. Eapropter universis et singulis vobis mandamus et precipimus auctoritate regia per presentes, quatenus honorabilem ac religiosum virum . . abbatem et conventum monasterii in Salmanswiler, quos propter celebis vite sue fragranciam, quam longe lateque diffundunt, preclara per opera sanctitatis sincero favore prosequimur, quosque cum personis, possessionibus, grangiis et rebus omnibus necnon hominibus ipsi monasterio attinentibus in nostram et sacri imperii protectionem et tutelam recipimus specialem, tamquam vestros concives, ac si in quolibet opidorum vestrorum predictorum jus civile haberent auctoritate regia, defendentes non permittatis eos ab aliquo indebite molestari, ut sub vestre

Digitized by Google

protectionis umbraculo respirantes pacis auctori pacifice deserviant pacis humiles proffessores et pro bono statu regni nostri inperturbati iugiter divinam clementiam deprecentur, scientes, quod si secus in aliquo presumptum fuerit, vestram arguemus neglientiam in hac parte et molestatores huiusmodi iuxta suorum exigentiam meritorum nichilominus puniemus. Datum in Rotwil III° kalendas septembris, regni nostri anno secundo.

Perg. Or. Siegel, das an einem Pergamentstreifen hing, bis auf ein kleines Fragment abgefallen.

1299. Nov. 11. Schloss Nieder-Marchthal. Albertus dictus Schedel nobilis de Stvzzelingen, miles überträgt das Eigenthumsrecht von Besitzungen zu Theuringshofen (Tûringeshoven), sitas in loco dicto *Rûltal*, videlicet aream unam et pratum ad tonsiones quinque virorum cum agro unius iugeris, welche vir discretus Gôtfridus de Muschwank von ihm zu Lehen trug und nunmehr um 65 Pfund Heller an das Kloster Salem verkaufte, auf Bitten des Gotfried und nach erfolgter Resignation desselben, mit Zustimmung seines Sohnes Eglolfus, an das genannte Kloster. Actum in castro meo *Nidren Martel*, anno domini M° CC° XC° nono, in die beati Martini episcopi, presentibus Hainrico de Kilchhain, Cûnrado de Rôte, Cûnrado dicto Walch, Hainrico dicto Rvhe, Hainrico dicto Vokke, fratre Cûnrado dicto Riedrer, converso monasterii supradicti, et aliis fidedignis. 1015.

Perg. Or. Salemer Hand. An Pergamentstreifen 2 Siegel aus Malta, 1. des Albert Schedel von Steusslingen wie an No. 979. — 2. des Eglolf von Steusslingen, rund, 42 mm, IV A 2, im damascierten Siegelfeld der Dreieckschild mit dem bekannten Wappenbilde. Umschrift: † s.' **eglolfi. de. sthvzelingen**. Rückseiten: 1 mit zwei, 2 mit drei Einkerbungen. Cod. Sal. II, 348 No. CCCXXXII.

1299. Nov. 11. Schloss Marchthal. **Albrecht v. Steusslingen, genannt Schedel, und sein Sohn Eglolf übergeben das Eigenthumsrecht einer Wiese zu Theuringshofen dem Kloster Salem. 1016.**

Ich Albreht von Stuzzelingen, genant der Schedel, unde Egelolf, min sun, tugin kunt || allen den, die disen brief sehent alder horent lesen, daz ich die aiginschaft der wîze, || die abbet Ûlrich von Salmanswiler unde sine samenunge koftun umbe Gotfridin || von Mûswanch umbe fûnfe unde seschech phunde haller mit dem gûtilin, da der Snurrer uf sizcet, ze Turingeshoven under Stuzzelingen, haben luterlich durch got

Digitized by Google

gegebin an alle vorderunge und irritûn unserre erbo dem vorgenanten closter ze Salmanswiler. Unde daz darnach keiner slach criech gange, so henkin wir unser insigel an disen brief zainer ewigun stetikahet, wan es alles von uns nit lehen was, des wier hie mit disem briefe veriehin, wan niun etlich tail. Actum anno domini M° CC° LXXXX° IX°, in castro Marthel in die beati Martini. Dis sint die geziuge: Heinrich von Kirkain, Heinrich der Ruhe, Heinrich von Rote, Heinrich Vocko, frater[1] Heinricus, canonicus ecclesie Marthellensis, Rudigerus dictus de Haigingen, C. dictus Walch, civis de Ehingen, et alii quam plures ad hoc vocati specialiter et rogati.

Perg. Or. Fremde Hand. Siegel des Ausstellers wie an der voraufgehenden Urkunde, befestigt wie an No. 432. Rückseite: 2 tiefe wagrechte Einschnitte.

1299. Dez. 9. Vöhrenbach. Gebehardus comes de Fv̊rstenberg verzichtet gegenüber dem Kloster Salem auf den Zehnten im Linachthal (decima vallis dicte Lina) und auf die Wiese, genannt *dû Ôwe* bei Vöhrenbach (apud villam Verenbach). Datum Verenbach, anno domini M° CC° XCVIIII°, V. idus decembris, indictione XIII^a. 1017.

Perg. Or. Fremde Hand. Am Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers aus mit Fett vermischtem Wachs, dreieckschildförmig, 54:50 mm, IV A 2, das Siegelfeld von Feh eingefasst, im Schild der Adler. Umschrift: † s.' **comit. gebhardi. de. fv̊rstenberg**. Rückseite Daumeneindruck. Druck nach unserem Or. Ztschr. 10, 334. Danach Fürstenb. Urkb. 1, 343 No. 659. Die im Fürstenb. Urkb. vermuthete Lesart Lina statt (wie es in Ztschr. 1, 334 heisst) Rina, ist nach Ansicht des Or. und der Copie im Cod. Sal. II, 347 No. CCCXXX, wo deutlich Lina steht, richtig. Das Siegel ist nicht, wie im Fürstenb. Urkb. a. a. O. gesagt ist, das gleiche wie an der Urk. No. 656.

1300. Jan. 16. Schloss Wildenstein. Anshelmus de Wildenstain nobilis überträgt das Eigenthumsrecht aller Besitzungen zu Illwangen (Ylwanck), welche Bur(cardus) de Vrendorf, minister in Merspurch, et Ûlricus de Vrendorf nec non Hainricus bone memorie patruelis eorundem von ihm zu Lehen trugen und an Rûdolfus dictus Vrôninck verkauften, an das Kloster Salem. Datum in castro Wildelstain (sic!) anno domini M° CCC°. XVII. kalendas februarii. 1018.

Cod. Sal. II, 349 No. CCCXXXIII. Regest: Ztschr. 3, 251.

[1] Von hier an andere Hand.

Digitized by Google

1300. Jan. 26. Ulm. Die Edlen Streif und Ernst von Winberg sagen zu Gunsten des Klosters Salem ihre demselben von Konrad von Plochingen und von Konrad von Elchingen abgetretenen Besitzungen in Elchingen in die Hand der Grafen Konrad von Kirchberg und des Grafen Otto von Neuhaus auf. 1019.

